primo libro, alteram contemplantem et de illa decimo disputabit, quae est longe perfectior et exquisitior. Unde patet hominem, si perficiatur hac gemina felicitate, nonnihil accedere ad Dei similitudinem. Quare Plato dixit in Phaedone philosophiam esse ὁμοίωσιν θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ.[20] Neque datur ista distinctio practici et speculativi, ut quidam sentiunt, per intellectus et voluntatis nostrae opera,[21] hoc enim fieri non debet, quia scientiae per obiecta distinguuntur. Sed si quis rem diligentius excutiat, videbit penes res, quae intelliguntur, accipiendam. Nam ipsae aut causas habent Deum et naturam et tunc ad speculativum genus pertinent, quoniam talia nos electione nostra haud possumus facere. Aliae vero sunt, quae nos habent pro causis, qua volumus et eligimus, et huiusmodi sunt practicae facultatis.

Utra pars sapientiae alteri praestet.

Utra vero istarum sit praestantior videndum est. Vulgata et recepta opinione speculativum praefertur practico,[22] siquidem agens ad contemplans ordinatur et non secus. Id autem, quod in aliud ordinatur, esse illo indignius nemo ambigit. At se rursus opponunt θεωρετικόν genus ad actionem spectare, ideo enim contemplamur naturam, ut eius auctorem amemus, et Deum ideo quaerimus agnoscere, ut eum colamus, et nostra theologia ista de causa dicta est a nonnullis practica. At isti sic ratiocinando vehementer falluntur: non enim propterea dicitur aliqua scientia practica, quod ad illam notitiam consequatur
3 Z_1 opus, sed si illud idem perficiatur, | quod prius est cognitum.[23] Quando naturam et coelum contemplamur, etiamsi consequatur inde cultus et dilectio erga Deum, non debet dici talis noticia practica, siquidem id non efficitur, quod contemplamur. Nemo enim est, qui naturam et coelum possit facere, et alia opera, quae inde sequuntur, per accidens dicuntur consequi. Non enim omnes, qui haec contemplantur, Deum amant aut colunt, imo ab eo sunt frequenter longe alienissimi. Deinde opera, quae consequuntur illam noticiam et etiam theologiam nos-
3 Z_2 tram, eo spectant, ut Deum magis ac ma¦gis cognoscamus, quoad

[20] *Vgl. Plat. Theaet. 176b (Burnet I ibid.).*

[21] *Vgl. Acc. eth. a4r:* Est praeterea in nobis intellectiva potentia duplex, speculativa scilicet et activa, quibus non immerito respondere et accomodari talis philosophiae divisio potest, et non incongrue dici, ut altera activa, altera speculativa appelletur.

[22] *Vgl. Arist. met. 6,1, 1026a 22f. (Jaeger 123):* αἱ μὲν οὖν θεωρητικαὶ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν αἱρετώταται.

[23] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 1 a. 4 s. c. (STO II 185):* Omnis scientia practica est de rebus operabilibus ab homine; ut moralis de actibus hominum, et aedificativa de aedificiis. Sacra autem doctrina est principaliter de Deo, cuius magis homines sunt opera. Non ergo est scientia practica, sed magis speculativa.

ipsum in patria possimus a facie ad faciem intueri[24]. Et Christus servator noster hanc sententiam confirmavit, dicens: »Haec est vita aeterna, ut agnoscant te solum verum Deum et quem misisti, Iesum Christum«[25].

Intellectus humani divisio.

Nec solum haec duo membra dividunt philosophiam, sed etiam nostrum intellectum, unde unus vocatur practicus et alter speculativus, non quasi sint duae vires aut facultates animi, sed quia, ut circa ista vel illa versatur intellectus, aut speculativus aut practicus dicitur.[26]

Philosophiae speculativae divisio.

Philosophia speculativa secatur in tres partes, quoniam aliqua vel avulsa et secreta sunt prorsus a materia, ut Deus et intelligentiae, atque habentur τὰ μεταφυσικά; aut in materia sic inhaerent, ut absque illa nec definiri quidem possint, et ita sunt φυσικά; vel medio se habent modo, non enim esse possunt citra materiam ferream aut ligneam etc. et tamen absque illa et definiri possunt et intelligi, ut mathematica.[27]

Philosophiae practicae divisio.

Possunt haec ulterius distingui, sed supersedeo et τὰ πρακτικά sic dissecabo, ut praecepta ibi tradantur quoad vitam et institutionem vel unius vel multorum. Si unius, est liber ethicorum; si multorum, vel illi sunt numero plures aut pauciores. Si sint pauciores, oeconomica fiunt; sin complures, τὰ πολιτικά.[28] Sed artes ubi relinquemus? Comprehenduntur sub tertio genere practici et pertinent ad politica nec a genere sapientiae sunt excludendae. Ars enim est σύστημα ἐγκαταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ.[29] Duo in

Artes ad quod genus pertineant.

Z. 13 ligneam] lignem Z_2

[24] *Vgl. 1Kor 13,12* Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem.

[25] *Joh 17,3.*

[26] *Vgl. Acc. eth. aa4r:* Est praeterea in nobis intellectiva potentia duplex, speculativa scilicet et activa, quibus non immerito respondere et accomodari talis philosophiae divisio potest.

[27] *Vgl. Arist. met. 6,1, 1026a 18f. (Jaeger 123):* τρεῖς ἂν εἶεν φιλοσοφίαι θεωρητικαί, μαθηματική, φυσική, θεολογική. *Eustr. graec. (Heylbut 1,6–8):* τοῦ γοῦν θεωρητικοῦ αὖθις καθ' ὑποδιαίρεσιν εἰς τρία διαιρουμένου, εἰς τὸ φυσικὸν θεολογικόν τε καὶ μαθηματικόν. *Eustr. lat. (Mercken 1,6–8):* Theorica autem rursus secundum subdivisionem in tres partes divisa, in physiologicam, theologicam et mathematicam.

[28] *Eustr. graec. (Heylbut 1,9f.):* διαιρουμένου γὰρ καὶ τούτου εἰς τρία, εἰς τὸ ἠθικὸν εἰς τὸ οἰκονομικὸν καὶ εἰς τὸ πολιτικόν. *Eustr. lat. (Mercken 1,10f.):* Divisa enim et hac in tres, in ethicam, oeconomicam et politicam.

[29] *Eustr. graec. (Heylbut 6,27f.). Eustr. lat. (Mercken 9,24–26):* Ars est […] collectio ex adinventis comprehensionibus, exercitatis et probatis ad aliquem finem bonum eorum quae in vita. *Diese Definition von* τέχνη *geht auf die Stoiker zurück und wird von zahlreichen antiken Autoren zitiert, vgl. Luc. paras. 4 (Harmon 246):* τέχνη ἐστίν, ὡς ἐγὼ διαμνημονεύω σοφοῦ τινος ἀκούσας, σύστημα ἐκ καταλήψεων συγγεγυμνασμένων πρός τι τέλος εὔχρηστον τῶν ἐν τῷ βίῳ.

ista definitione patent. Primum quod ars sit habitus pertinens ad noticiam, qua certo comprehenduntur aliqua, nimirum per exercitationem et experientiam; unde a sapientia non potest excludi. Neque
4 Z_1 dubitandum est veteres appellasse sapientes | illos, qui has artes adinvenerunt, vel in eis excelluerunt. Unde Bezeleel et Aoliab dicti sunt in sacris literis sapientes.[30] Alterum, quod dicimus, est noticiam hanc esse practicam, nam per exercitationem ista noscuntur et aliquid his habitibus praestatur et efficitur, quod ad vitam iuvandam conducit, quare funambuli, praestigiatores et alii huiusmodi, qui nihil praestant, quod humanae vitae sit utile, non artifices, sed impostores et nugatores dici debent.

Possunt autem dividi artes in eas, quae aliquod opus producunt, et eas, quae in ipsa consumuntur actione. Apparet iam ex his, quidnam de dialectica sit existimandum, quandoquidem et ipsa inter artes censenda est et res in vita utilissimas efficit.[31] Unde non est a sapientia
4 Z_2 dividenda, praesertim cum ¦ sit μέθοδος, organum et via, qua vindicamus nobis sapientiam, neque via praecidenda est a termino. Quin et Cicero distinxit philosophiae partes, ut sit partim de vita et moribus, partim de natura et rebus occultis aut de arte disserendi in primo Academicorum, quod ex Platone refert.[32] Neque Galenus[33] ab ista sententia dissidet.[34] De auctoribus autem philosophiae sciendum est, quod plus orbi profuerunt quam Ceres[35], quae fruges invenit, quam Bacchus[36], a quo vina sunt reperta, quam Hercules[37], qui monstris orbem repurgavit: nam haec ad vitam corporis tuendam pertinent, sed philosophia ipsum animum alit et instruit.

Artium divisio.

Z. 9 praestigiatores] praestigatores Z_2 20 Academicorum] Academ[icorum] Z_2

[30] *Ex 36,1* Fecit ergo Beselehel et Hooliab et omnis vir sapiens, quibus dedit Dominus sapientiam et intellectum, ut scirent fabre operari [...].

[31] *Außer den Scotisten stimmten alle Logiker darin überein, dass die Logik als* ars *zu bestimmen sei, vgl. HWP V 360.*

[32] *Cic. ac. 1,19 (Rackham 428):* Fuit ergo iam accepta a Platone philosophandi ratio triplex, una de vita et moribus, altera de natura et rebus occultis, tertia de disserendo et quid verum, quid falsum, quid rectum in oratione pravumve, quid consentiens, quid repugnans esset iudicando.

[33] *Durch sein Wirken als Arzt der römischen Aristokratie und sein umfangreiches Œuvre (darunter »Methodus medendi«) wurde Galen (um 129–216) zur unumstrittenen Autorität auf dem Gebiet der Medizin. – NP IV 748–756; DPhA III 440–466; GGL II/2 912–924.*

[34] *Vgl. Gal. med. phil. (GO I 60f.):* πάντα ἤδη τῆς φιλοσοφίας ἔχοι [ὅ ἰατρὸς] τὰ μέρη, τό τε λογικὸν καὶ τὸ φυσικὸν καὶ τὸ ἠθικόν.

[35] *Ceres, römische Göttin des Getreidebaus. – NP II 1070–1074.*

[36] *Bacchus wurde in der römischen Religion zum Namen des griechischen Gottes Dionysos. – NP II 390f.*

[37] *Herakles (Herkules), griechischer Heros, der für seine Stärke berühmt war. – NP V 387–394.*

Primus liber philosophiae practicae quomodo se habeat ad reliquos.

In istis autem libris philosophiae practicae primus, quem habemus prae manibus, nimirum ethicorum, sic se habet ad reliquos uti liber de Physico auditu,[38] nam ut ibi traduntur elementa naturalium tractationum, ita hic oeconomicae et politicae prima videas contineri principia.[39] Ideo istum ante omnes alios interpretabimur. Et licet fateamur hanc facultatem quaedam sumere a physico, ut est distinctio partium animi quodque affectus in eisdem animis reperiantur, ex quibus principiis multa instituit et efficit, non tamen potest iudicari ex numero scientiarum subalternarum, quoniam physica et ethica toto genere distant, quod non oportet esse in subalternis, ubi est necessarium ut subiectum scientiae superioris comprehendat subiectum inferioris.[40]

Ethica et physica an sint scientiae subalternae.

Ethica unde dicta sit.

Ethica dicitur ἀπὸ τοῦ ἤθους, quod est mos. ἦθος vero ἀπὸ τοῦ ἐθίζειν, ε in η converso, non enim mores et bonos habitus adipiscimur nisi consuetudine.[41] Versatur autem totus iste liber circa hominem, qua praeditus fiat virtutibus, et felicitatem quae hic haberi potest assequatur. Quare Plato in Θεαιταίτῳ hanc partem philosophiae μεγίστην μουσικήν appellavit, non quasi agatur hic de sonis, vocibus aut fidibus, verum de concordia partium animi cum ratione.[42] Qua vero ratione docendi utatur Aristoteles in hoc libro, videre non est difficile.

5 Z_1

Z. 7 affectus] effectus Z_2

[38] *Arist. phys. 1,1–9, 184a 10–192b 7 (Ross ibid.).*

[39] *Vgl. Acc. eth. a5v:* Nam, sicut liber de Physico audito se habet ad reliquos libros philosophiae naturalis, sic moralis doctrina se habere videtur ad reliquas partes philosophiae activae. Continet enim prima elementa primaque principia; itaque moralis in ordine praecedit, deinde oeconomica, demum civilis sequitur disciplina.

[40] *Zum Begriff der* subalternatio scientiarum *vgl. Thom. Aqu. an. post. 1,41,2 (STO IV 295):* Haec enim est dispositio scientiae subalternantis ad subalternatam […]: nam scientia subalternata separatim scit quia, nesciens propter quid. *Thom. Aqu. an. post. 1,25,2 (STO IV 285):* Dicit ergo primo quod huiusmodi scientiae sunt […] quaecunque sic se habent ad invicem, quod altera est sub altera. Sed intelligendum est unam scientiam esse sub altera dupliciter. Uno modo, quando subiectum unius scientiae est species subiecti superioris scientiae; sicut animal est species corporis naturalis, et ideo scientia de animalibus est sub scientia naturali. Alio modo, quando subiectum inferioris scientiae, non est species subiecti superioris scientiae; sed subiectum inferioris scientiae comparatur ad subiectum superioris, sicut materiale ad formale.

[41] *Eustr. graec. (Heylbut 4,21–24):* ἠθικὰ δὲ ὀνομάζονται ἀπὸ τοῦ ἔθους κατὰ τροπὴν τοῦ ε εἰς η ὅτι δεῖ ἐθίσαντα ἕκαστον αὐτὸν ἐν ταῖς ἐπαινεταῖς ἐνεργείαις καὶ πράξεσιν οὕτως ἐν ἕξει γενέσθαι τῶν καλῶν καὶ δικαίων καὶ ἄνδρα καταστῆναι ἀγαθόν τε καὶ ἀξιέπαινον. *Eustr. lat. (Mercken 5f.,26–31):* »Hthica« autem […] nominantur ab hoc nomine »ethos« […] secundum conversionem »e« litterae in »H« litteram, quoniam oportet assuescentem unumquemque se ipsum in laudabilibus operationibus et actibus sic in habitu fieri bonorum et iustorum et virum constitui bonum et laude dignum.

[42] *Vermigli meint wohl Plat. Phaed. 61a (Burnet II ibid.):* ὡς φιλοσοφίας μὲν οὔσης μεγίστης μουσικῆς.

Dividit et definit, et omnibus ferme argumentorum generibus utitur, nonnunquam exemplis, aliquando inductione, interdum enthymematis, aliquando ratiocinatione perfecta, quam syllogismum appellant, eoque demonstrativo, sed raro, quoniam instabilis et incerta est natura morum, ideoque verisimilibus frequenter utitur et demonstrationibus aliquando, sed a posteriori, per causas autem et priora nunquam fere aut quam rarissime. Ratio docendi, qua Aristoteles in ethicis utitur.

Inventores philosophiae huius partis dicuntur fuisse Pythagoras, Socrates et Plato. Quoniam antiquiores Parmenides[43], Melissus[44], Anaxagoras[45], Democritus[46], Empedocles[47], Hippocrates[48] toti fuerunt in natura rerum excutienda. Socrates primus animum serio appulit ad mores et vitam instituendam.[49] Ante quem illi septem Graeciae sapientes aliqua sane dixerunt quae ad vitam ¦ componendam facerent, ut Solon[50], Pittacus[51] et alii, sed tantum, quae dixerunt, erant sententiae quaedam, elegantes quidem et celebres, in quibus tamen nihil fuit absoluti aut perfecti. Post Platonem vero successit Aristoteles vir ingenii acutissimi, qui omnia huc spectantia in methodum quandam redegit et accuratissime conscripsit. Natus est post septem annos quam Roma fuit a Gallis recuperata. Stagyras habuit patriam in Thracia, obscuram alioqui civitatem nisi tantum habuisset civem. Patrem item habuit Nicomachum arte medicum et propter illam artem Amyntae[52] regi patri Philippi[53] charissimum. Audivit Aristoteles aliquandiu So- Ethicae inventores. Aristotelis patria et parentes.

5 Z_2

[43] *Parmenides (um 500 v. Chr.), Philosoph aus Elea, Schlüsselfigur der Eleatischen Schule. – NP IX 337–341; GGL I/1 312–315.*

[44] *Melissos von Samos (5. Jh. v. Chr.), eleatischer Philosoph und Flottenkommandant. – NP VII 1188f.; DPhA IV 391–393.*

[45] *Der Vorsokratiker Anaxagoras (500–428 v. Chr.) lehrte ab ca. 461 in Athen. Zu seinen Schülern zählte u. a. Perikles. – NP I 667f.; DPhA I 183–187.*

[46] *Der Vorsokratiker Demokrit (2. Hälfte des 5. Jh. v. Chr.), Schüler des Leukippos, war einer der Hauptvertreter des antiken Atomismus. – NP III 455–458; DPhA II 649–716.*

[47] *Der Vorsokratiker Empedokles von Agrigent (ca. 490–430 v. Chr.) verfasste das Naturgedicht »Über die Entstehung der Welt« und die »Reinigungen«. – NP III 1011–1015; DPhA III 66–88.*

[48] *Hippokrates von Kos (geb. um 460 v. Chr.) gehörte zu den berühmtesten Ärzten der Antike. – NP V 590–599; DPhA III 771–790; GGL I/1 764–766..*

[49] *Vgl. Cic. tusc. 5,4,10 (King 434):* Socrates autem primus philosophiam devocavit e caelo et in urbibus collocavit et in domus etiam introduxit et coegit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere.

[50] *Solon von Athen (geb. ca. 640 v. Chr.), Dichter und Reformer der politisch-sozialen Organisation Athens, zählte in der Antike zu den sog. »Sieben Weisen«. – NP XI 705–710.*

[51] *Pittakos, um 600 Tyrann von Mytilene auf Lesbos, wurde in der Antike als einer der großen Gesetzgeber zu den sog. »Sieben Weisen« gezählt. – NP IX 1054–1056.*

[52] *Amyntas III. (gest. 370 v. Chr.), makedonischer König. – NP I 636.*

[53] *Philipp II. (um 382–336 v. Chr.), ab 356 makedonischer König, Vater Alexanders des Großen. – NP IX 798–803.*

Alexander Aristotelis discipulus.

cratem, sed viginti annos totos Platonem.[54] Discipulum instituit Alexandrum[55] Macedonem, qui dicere solebat se Aristoteli plus debere quam Philippo regi, a quo fuerat procreatus, quod Philippus tantum sibi dedisset ut esset, Aristoteles autem ut bene ac feliciter esse posset.[56] Isque in sui praeceptoris gratiam Stagyras, quae fuerat a Philippo diruta, instauravit et in meliorem formam reipublicae redegit quam antea fuisset, quam everteretur.[57] Ab hoc Aristotele secta Peripateticorum est orta, quae minus habet errorum quam ullae aliae sectae et usque in hunc diem floret.

Ethica haec quare dicta Nicomachia.

| Haec Ethica dicuntur Nicomachia, quod illa scripserit ad filium Nicomachum, ut Cicero libros De officiis.[58] Praeclara sane duo scriptorum genera, quamvis doctrina et fama neuter istorum filiorum parentibus responderit. Scios esse nonnullos, qui putarint Nicomachum ipsum filium Aristotelis hos libros conscripsisse, quasi a patre doctrinam prius acceperit, postea ipse collegerit ac in unum volumen redegerit. Et Suidas[59] testatur Nicomachum scripsisse de moribus 10 libros, sed an illi sint isti, plurimum est incertum.[60] Quin et Cicero sentire videtur Nicomachum hos libros conscripsisse libro 5. De finibus.[61] Extant et Magna moralia et quae vocantur Eudemia, sed cum istis non sunt conferenda.[62] 6 Z_1

Ethicae ordo ad alias scientias.

Quoad ordinem huius facultatis moralis ad alias scientias, ita veteres constituerunt, ut qui grammaticam, rhetoricam et dialecticam iam didicisset, ad moralia statim animum appelleret, quoniam si animus aestuet affectibus et vitiis obruatur, non est idoneus ad mathematica, divina et naturalia contemplanda, cum ea tranquillum et sedatum ani-

[54] *Diog. Laert. vit. 5,1 (Hicks I 444).*

[55] *Alexander der Große (356–323 v. Chr.), Sohn Philipps II., makedonischer König. In den Jahren 343–340 v. Chr. wurde er von Aristoteles unterrichtet. Durch einen Eroberungsfeldzug dehnte Alexander in den Jahren 336–323 sein Reich über Kleinasien, Palästina, Ägypten und Persien bis an den indischen Subkontinent aus. – NP I 468–474.*

[56] *Vgl. Plut. mor. 327E-F (Babbitt et al. IV 390):* πλείονας παρ' Ἀριστοτέλους τοῦ καθηγητοῦ ἢ παρὰ Φιλίππου τοῦ πατρὸς ἀφορμὰς ἔχων διέβαινεν ἐπὶ Πέρσας.

[57] *Diog. Laert. vit. 5,4 (Hicks I 446–448):* αἰτῆσαι ἀναστῆσαι αὐτοῦ τὴν πατρίδα κατασκαφεῖσαν ὑπὸ Φιλίππου καὶ τυχεῖν· οἷς καὶ νόμους θεῖναι.

[58] *Vgl. Cic. off. 1,1 (Miller 2).*

[59] *Suidas galt bis in die 1930er Jahre als Verfasser der griechisch-byzantinischen Enzyklopädie »Suda«, die im 10. Jh. n. Chr. von mehreren Kompilatoren zusammengestellt worden war, vgl. NP XI 1075–1078.*

[60] *Suda* N *398 (Adler III 469,15–17).*

[61] *Cic. fin. 5,12 (Rackham 404):* Quare teneamus Aristotelem et eius filium Nicomachum, cuius accurate scripti de moribus libri dicuntur illi quidem esse Aristoteli, sed non video cur non potuerit patri similis esse filius.

[62] *Vgl. Arist. mag. mor. (Armstrong 446–685); Arist. eth. Eud. (Rackham 198–476).*

mum requirant.[63] Inter haec vero moralia primum locum habent ethica, deinde oeconomica, postremo politica, in quo ego ordine circulum animadverto. Quoniam primum per ethicam fiunt boni singillatim, qui eius studiosi fuerint; qui si probi evadent, bonas reddunt familias; at-
6 Z_2 que familiae cum recte fuerint institu¦tae, bonas efficiunt respublicas. In quibus rursus et leges et magistratus nil aliud spectant, quam ut boni fiant singuli cives. Non enim tantum corporibus prospectum volunt sed animis, atque id curant ut cives ex virtute vivant.[64]

Ethicorum methodus.

De methodo autem horum decem librorum sic accipite. Primum de fine humanae vitae agitur et is definitur in primo, ubi traditur felicitatem esse operationem virtutis perfectae. Quare sequitur, ut natura virtutis consideretur, quod fit in secundo, ubi primum de virtutibus agitur, non quidem intellectus, sed quae pertinent ad affectus moderandos, et declaratur talis virtus esse habitus inter excessum et defectum. In tertio principia virtutum traduntur, nam ibi de voluntario, involuntario, electione atque huiusmodi agitur, et a fortitudine singillatim inchoatur virtutum particularium tractatio et deinceps in ea re totus quartus et quintus consumitur. Postea in sexto de his habitibus disputat Aristoteles, qui rationem seu intellectum ornant, ut est pru-
7 Z_1 dentia, industria, solertia, ut huius ordinis complu¦res alii. Septimo de virtute heroica, quae iam descriptas longe superat et de continentia seu incontinentia, quae ad virtutes et vitia perfecte non attinent. Octavo et nono de amicitia. Decimo vero permulta scribuntur de voluptate ac denique sermo est de vera et absoluta felicitate, quae in rerum praesertim divinarum contemplatione sita est. Ego vero sum interpretando rationem ac formam hanc persecuturus. Primum partiar propositum Aristotelis textum; secundo scopum et propositionem loci assumpti exponam cum eius probatione; tertio sensum et verba excutiam, quae visa fuerint expositione indigere; quarto, quae dubia fuerint, ostendam;

Methodus in his commentariis observata.

Z. 17 particularium] particulariam Z_1

[63] *Vgl. Amm. cat. (Busse 5,31–6,8):* Ζητήσωμεν τρίτον πόθεν ἀρκτέον· ἀκόλουθον μὲν ἦν ἀπὸ τῆς ἠθικῆς ἄρξασθαι πραγματείας, ὡς ἂν πρότερον τὰ ἑαυτῶν ἤθη κοσμήσαντες οὕτω τῶν ἄλλων ἐντὸς γενώμεθα λόγων· ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἐν ἐκείνῃ κέχρηται ἀποδείξεσι καὶ συλλογισμοῖς, ἐμέλλομεν δὲ αὐτοὺς ἀγνοεῖν ἀνήκοοι τῶν τοιούτων ὑπάρχοντες λόγων, διὰ τοῦτο ἄρα ἀπὸ τῆς λογικῆς ἀρκτέον, προκοσμήσαντας μέντοι τὰ ἑαυτῶν ἤθη καὶ δίχα τῆς ἠθικῆς πραγματείας· μετὰ δὲ τὴν λογικὴν ἰτέον ἐπὶ τὴν ἠθικήν, καὶ οὕτως ἀντιληπτέον τῶν φυσικῶν, καὶ μετ' ἐκεῖνα τῶν μαθηματικῶν, καὶ οὕτως ἐσχάτων τῶν θεολογικῶν.

[64] *Vgl. Arist. pol. 3,5, 1280b 5–8 (Rackham 214):* περὶ δ' ἀρετῆς καὶ κακίας πολιτικῆς διασκοποῦσιν ὅσοι φροντίζουσιν εὐνομίας· ᾗ καὶ φανερὸν ὅτι δεῖ περὶ ἀρετῆς ἐπιμελὲς εἶναι τῇ γ' ὡς ἀληθῶς ὀνομαζομένῃ πόλει, μὴ λόγου χάριν.

et ad extremum pro locis communibus admonebo, quid cum divinis literis, quae allata fuerint, vel consentiant vel dissentiant.

An christiano liceat philosophiae studere.

Nunc ad exponendum Aristotelem facile possem descendere, nisi remora quaedam prius esset amolienda. Ea vero est, quod Paulus 2. ad Colossenses dicit: »Videte, ne quis vos depraedetur per philosophiam«[65]. Quibus sane verbis christianos viros a philosophiae studio videtur absterrere. Sed vos animadverso apostoli sensu certo scio nil turbabimini. Vera philosophia, cum ex notitia creaturarum colligatur et multa concludat ex his propositionibus de iustitia et rectitudine, quae Deus naturaliter mentibus hominum inservit, iure accusari non potest. Est enim Dei opus et absque illius munere singulari ab hominibus haberi non potuit. Sed Paulus eam philosophiam reprehendit, quae hominum inventis et ambitiosis certaminibus philosophorum est vitiata. Quod si constitissent intra limites et de his tantum pronunciassent, quae notitia creaturarum de Deo et natura certissimis rationibus indicabat, a vero non aberrassent. Un¦de ait apostolus: Διὰ τῆς 7 Z_2

Philosophia quatenus a Paulo damnetur.

φιλοσοφίας, et per ἐπεξήγησιν[66]: Κενῆς ἀπάτης, vanam inquam deceptionem. Et subdit: »Quae sunt secundum hominum traditionem et elementa mundi«[67]. Mundum aeternum esse tradiderunt homines, non creaturae.[68] Mundum ex atomorum concursu ac temere constare natura non ostendit, sed vanae cogitationes confinxerunt.[69] Stoicorum fatum et ἀπάθειαν,[70] Academicorum perpetuam dubitationem,[71] Epi-

[65] *Kol 2,8.*

[66] *Die Epexegese wurde in der klassischen Rhetorik als nähere Erklärung eines Satzes oder Wortes definiert, vgl. HWR II 1246–1248.*

[67] *Kol 2,8.*

[68] *Die Auffassung, dass der Kosmos frei von Vergehen und Werden, und deshalb ewig sei, entspricht dem aristotelischen Weltbild. Vgl. Arist. cael. 2,1, 283b 26–30 (Guthrie 130):* Ὅτι μὲν οὖν οὔτε γέγονεν ὁ πᾶς οὐρανὸς οὔτ' ἐνδέχεται φθαρῆναι, καθάπερ τινές φασιν αὐτόν, ἀλλ' ἔστιν εἷς καὶ ἀΐδιος, ἀρχὴν μὲν καὶ τελευτὴν οὐκ ἔχων τοῦ παντὸς αἰῶνος, ἔχων δὲ καὶ περιέχων ἐν αὑτῷ τὸν ἄπειρον χρόνον.

[69] *Vermigli spielt an dieser Stelle auf den Atomismus des Demokrit an, dessen metaphysische Ansichten auch Epikur und der römische Dichter Lukrez teilten. Vgl. HWP I 603f.*

[70] *Zum stoischen Fatalismus und zur Verdammung der Affekte in der stoischen Ethik vgl. Diog. Laert. vit. 7,149 (Hicks II 252):* καθ' εἱμαρμένην δέ φασι τὰ πάντα γίνεσθαι […]. ἔστι δ' εἱμαρμένη αἰτία τῶν ὄντων εἰρομένη ἢ λόγος καθ' ὃν ὁ κόσμος διεξάγεται. *Diog. Laert. vit. 7,117 (Hicks II 220):* Φασὶ δὲ καὶ ἀπαθῆ εἶναι τὸν σοφόν, διὰ τὸ ἀνέμπτωτον εἶναι.

[71] *Vermigli weist auf die aporetisch-skeptischen Tendenzen hin, die in der Akademie von Arkesilaos bis Philon (ca. 288–268 v. Chr.) an Einfluss gewannen. Vgl. Diog. Laert. vit. 4,28 (Hicks I 404):* οὗτός [Ἀρκεσίλαος] ἐστιν ὁ τῆς μέσης Ἀκαδημείας κατάρξας, πρῶτος ἐπισχὼν τὰς ἀποφάσεις διὰ τὰς ἐναντιότητας τῶν λόγων. *In Übereinstimmung mit einer auf Aug. c. acad. (CCSL XXIX 3–61) zurückgehenden Tradition verwendet Vermigli den Begriff »Akademiker« offenbar als Synonym für »Skeptiker«, vgl. HWP I 122.*

cureorum deitatem ociosam et nihil agentem,[72] fuisse vanam huiusmodi deceptionem quis dubitet? Rerum communitatem, promiscuas uxores in rebus publicis,[73] voluptatem summum bonum[74] et deos esse more vulgi colendos[75] homines somniarunt, non autem ex naturali
8 Z_1 5 lumine ac pro|positionibus practicis, quae per seipsas notae sunt, certis rationibus cognoverunt. Ista sane venena sunt et corruptiones, quibus diabolus donum Dei philosophiam per malos homines corrupit, eamque sic inquinatam et corruptam vitari Paulus voluit.

Collatio iam dictorum cum sacris literis.

At iam videndum est, quonam modo sacris literis respondeant, quae 10 hactenus diximus. Habemus ibi quoque practicam et contemplativam. Quae credimus et in articulis fidei continentur, pertinent ad θεωρητικόν, quoniam illa notitia percipimus, sed non facimus et, quamvis scientia non comprehenduntur, sed nihilominus intelliguntur; ad practica referenda sunt, quae in legibus, consiliis et adhortationibus 15 continentur. Hucusque ista consentiunt; differunt attamen, quoniam in philosophia πρακτικόν antecedit θεωρητικόν, quia, ut dictum est, neque Deum neque naturam possumus contemplari humanis viribus, nisi prius affectus nostri pacati fuerint.[76] At in sacris literis priori loco speculativum occurrit, quantum prius credendum est et fide iustificamur, 20 postea sequuntur bona opera idque magis et cumulatius, quo a Spiritu sancto plus indies instauramur.[77] Ita Paulus in epistolis demonstrat: prius enim tractat dogmata, postea descendit ad morum instructionem et ad vitam componendam.[78] Sic et filii Israel prius in Aegypto sunt

[72] *Zum Deismus der Epikureer vgl. Diog. Laert. vit. 10,139 (Hicks II 662):* Τὸ μακάριον καὶ ἄφθαρτον οὔτε αὐτὸ πράγματα ἔχει οὔτε ἄλλῳ παρέχει, ὥστε οὔτε ὀργαῖς οὔτε χάρισι συνέχεται· ἐν ἀσθενεῖ γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον.

[73] *Die Güter- und Frauengemeinschaft waren laut Platon Merkmale des idealen Staates, vgl. Plat. leg. V 739c-d (Burnet V ibid.).*

[74] *Die Identifizierung des höchsten Gutes mit der Lust war für die epikureische Philosophie typisch, vgl. Diog. Laert. vit. 10,128f. (Hicks II 654):* τὴν ἡδονὴν ἀρχὴν καὶ τέλος λέγομεν εἶναι τοῦ μακαρίως ζῆν.

[75] *Vermigli weist wohl auf Epikurs Meinung hin, nach der der Weise Votivbilder errichten solle, auch wenn er die Gottesvorstellung des gemeinen Volks nicht teilt, vgl. Diog. Laert. vit. 10,120 (Hicks II 646).*

[76] *Vgl. oben S. 50.*

[77] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 1 a. 4 co. (STO II 185):* Dicendum quod sacra doctrina, ut dictum est, una existens, se extendit ad ea quae pertinent ad diversas scientias philosophicas […]. Magis tamen est speculativa quam practica: quia principalius agit de rebus divinis quam de actibus humanis; de quibus agit secundum quod per eos ordinatur homo ad perfectam Dei cognitionem, in qua aeterna beatitudo consistit.

[78] *Vgl. Verm. Rom. 197:* Scandalum illud, quod ipso Paulo adhuc vivente eius doctrina parere videabtur, hodie quoque nobis impingitur. Nam cum docemus iustificationem promitti per solam fidem absque operibus, passim clamatur opera damnari

collecti sub fidem unius Dei servatoris[79], postea in deserto leges acceperunt, quae ad practicam notitiam faciunt[80]. Et in Decalogo idem ordo servatur: primo enim dicit: »Ego sum Dominus, Deus tuus«[81], quod attinet ad fidem seu speculativam notitiam; postea consequuntur praecepta, quae ad opera spectant a Deo requisita[82]. Discriminis huius causa est, quod humanae contemplationes acquiruntur indagatione atque industria meditandi et ideo sunt necessarii moderati affectus. Verum quae credimus, afflatu Dei recipiuntur. Quare illis praeparationibus non est opus. Atque humana ratione prius oportet homines iusta facere, quam ut iustificentur. At divinae sanctificationis ordo longe aliter instituitur: prius enim credimus, postea iustificamur, deinde spiritu et gra¦tia vires animi nostri reparantur, denique sequuntur iusta et honesta facta.[83] Finis praeterea philosophiae est, ut illam assequamur beatitudinem seu felicitatem, quae hic viribus humanis potest acquiri; at pietatis christianae, ut in nobis ea reparetur imago, ad quam sumus conditi in iustitia et sanctitate veritatis[84], ut in agnitione Dei quotidie crescamus, quoad perducamur ad videndum illum, sicuti est revelata facie.[85] Ad | haec non sumus in his Ethicis audituri de remissione peccatorum, non de timore ac fiducia Dei nec de iustificatione per fidem, Christo aut similibus. Ista enim Dei voluntate patefiunt, quae non possunt per naturalem cognitionem ex creaturis ullis elici. Neque inficiamur saepe contingere, ut res eadem hic in Ethicis laudetur et in sacris literis a Deo praecipiatur, verum tunc illa materia sunt eadem, non etiam forma, proprietatibus et principiis. Diversa

Quare theologia contemplativa praecedat activam.

8 Z$_2$

9 Z$_1$

Eadem res quomodo aliter in theologia, aliter in ethicis tradatur.

[…]. Quare Paulus, ut occurrat his malis, cum salutare dogma de iustificatione hactenus multis rationibus confirmarit, nunc vicissim urget bona opera.

[79] *Vgl. Ex 3,7f.*

[80] *Ex 20,1–17.*

[81] *Ex 20,2.*

[82] *Ex 20,3–17.*

[83] *Röm 8,30* Quos autem praedestinavit, hos et vocavit; et quos vocavit, hos et iustificavit; quos autem iustificavit, illos et glorificavit. *Vgl. Verm. Rom. 320:* Post vocationem statim subiicitur iustificatio. Inter quas cum nihil intercedere possit nisi sola fides, merito per eam dicimur iustificari, non quod ea sit iustificationis nostrae causa, sed quod instrumentum sit, quo apprehendimus vocationem nobis exhibitam per promissiones. […] At bona opera, sancta vita, instauratio virium et dona spiritus sancti postea consequuntur et pertinent ad glorificationem.

[84] *Vgl. Eph 4,24* Et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis.

[85] *Vgl. 1Kor 13,12. Dem Ziel »christlicher Frömmigkeit« entspricht jenes der göttlichen Prädestination, vgl. Verm. Rom. 411:* Praedestinationem esse sapientissimum propositum Dei […], quo conformes fiant imagini filii Dei utque in illis declaretur gloria et misericordia Creatoris.

enim in ipsis est ratio, diversae proprietates nec eadem principia. Quemadmodum aquae pluviae et alicuius fontis materia est eadem, sed vires, proprietas et principia longe diversa, nam illa fit a calore coeli et nubibus et frigiditate mediae regionis aeris;[86] ista vero vel a meatibus terrae elicitur a mari et colatur ita, ut dulcis evadat,[87] aut per conversionem aeris in aquam ob frigiditatem loci, ubi fons oritur.[88] Ita quae facit christianus, a spiritu Dei impulsus facit, nam qui aguntur Spiritu, hi sunt filii Dei. Quae philosophi agunt iuxta ethica praescripta, rationis humanae ductu faciunt. Illi ad haec agenda incitantur, quod sic iudicant honestum et rectum esse, at christiani quod sic Deus censuerit. Illi se putant proficere ac perfici si sic agant; isti quod sit numini obediendum. Illi sibi ipsis credunt; isti Deo et verbis legis, quam ipse tulit. Illi φιλαυτίᾳ laborant; isti unius Dei amore impelluntur. Ex ista vero multiplici diversitate fit, ut eadem res, quod ad materiam attinet, Deo placeat et eius iudicio damnetur.[89] Haec de his differentiis et consensu tum divinae scripturae tum humanae philosophiae.

An Ethica pietati repugnet.

Sed ut ad id redeamus, unde sumus digressi, nempe an ista facultas pietati repugnet, affirmo non magis ei adversari quam astrologiam, rem nauticam, militarem, piscationem, venationem et denique iuris humani prudentiam, quam omnes intelligunt, ut rebus publicis administrandis sit necessaria. Ea vero suas leges et instituta elicit ex propositionibus de iusto et recto mentibus nostris insitis, quas nihilominus

Z. 15 placeat] paceat Z_2 22 instituta] iustituta Z_2

[86] *Vgl. Thom. Aqu. meteor. 1,4,3 (STO IV 313):* Manifestum est enim quod condensatio nubium fit ex frigiditate: nam sicut calidi est rarefacere, ita frigidi inspissare. Locus autem aeris qui est remotior a terra, videtur esse frigidior: quia videntur ibi cessare duae causae calefactionis. *Arist. meteor. 1,3, 340a 24–32 (Lee 16).*

[87] *Vgl. Thom. Aqu. meteor. 2,6,7 (STO IV 324):* Et quia ex eo quod evaporat generatur aqua dulcis, omnis autem aqua fontium et fluviorum ex eo quod evaporat generatur, vel supra terram vel infra terram, consequens est ut aqua fontium et fluviorum sit dulcis. *Arist. meteor. 2,3, 358b 23–26 (Lee 156).*

[88] *Vgl. Thom. Aqu. meteor. 1,16,5 (STO IV 320):* Unde si supra terram in aere aer evaporatus propter frigiditatem condensatur in aquam, oportet putare quod etiam a frigiditate terrae hoc idem fiat. Et sic non solum aqua separatim existens in terra quasi in aliquo receptaculo, fluet per fluvios; sed continue infra terram generatur per infrigidationem vaporum, et haec effluet per fluvios. *Arist. meteor. 1,13, 349b 19–27 (Lee 92).*

[89] *Vgl. Aug. civ. 19,25 (CCSL XLVIII 696,7–13):* Proinde virtutes, quas habere sibi uidetur, per quas imperat corpori et uitiis, ad quodlibet adipiscendum uel tenendum rettulerit nisi ad Deum, etiam ipsae uitia sunt potius quam uirtutes. Nam licet a quibusdam tunc uerae atque honestae putentur esse uirtutes, cum referuntur ad se ipsas nec propter aliud expetuntur: etiam tunc inflatae ac superbae sunt, ideo non uirtutes, sed uitia iudicanda sunt.

easdem philosophi morales excutiunt et exquisitissime versant, ita ut non solum ista cognoscant quam manifestissime, sed etiam ut aliis tradere magna perspicuitate queant.[90] Inde fit, ut σοφία apud Graecos dicatur quasi σάφεια, et σοφός quasi σαφής, nempe quod illustret et quae tractat, quam perspicacissima faciat.[91] Itaque ista ratione iuris- 5
periti facile ¦ tuerentur suam scientiam partem esse philosophiae, 9 Z_2
quamvis de virtute, probitate atque iustitia non tam severiter suis legibus | statuant, ut philosophia de illis eisdem disputat. Nam philoso- 10 Z_1
phia exempli gratia ingratitudinem quoad omnem hominum statum detestatur, iura vero illam non puniunt, nisi erga parentes a liberis 10
committatur et a libertis erga patronos. Humana iura neminem adigunt, ut sua det egentibus, at philosophia liberalitatem et munificentiam erga omnes commendat. Quid plura? In laudem philosophiae huius generis Cicero ita exclamat Tuscul[ana] 5.: »O vitae philosophia dux, o virtutis indagatrix expultrixque vitiorum, quid non modo nos, 15
sed omnino vita hominum sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti. Tu dissipatos homines in societatem vitae convocasti. Tu eos inter se primo domiciliis, deinde coniugiis, tum litterarum et vocum communione iunxisti, tu magistra morum et disciplinae fuisti«[92] etc. Quam praeclarum sit herbarum, lapidum, metallorum et pharmacorum vires nos- 20
se omnes intelligunt, quod et nos minime inficiamur, sed ex hoc nonne consequitur hanc facultatem eximiam esse, qua actus, electiones, artes, methodi, ingenia, virtutes et vitia hominum deprehenduntur? Quid praeclarius haberi potest, quam seipsum nosse, et id quam maxime hinc cognoscimus? Id praeterea in memoriam est revocandum, quod 25
Plato dicebat, facile posse fieri, ut in nobis vehementes amores erga virtutem excitentur, si aliquod eius simulachrum in nostros oculos interdum incurreret.[93] Et e diverso nostrorum vitiorum bona est causa, quod illam de prope nusquam conspeximus. Non parva est voluptas ex hac scientia nosse, intra quos fines lumen naturae se debeat continere 30
ac quousque suo iure proferre se queat. Et vehemens accenditur christianismi cultus ex ethnicorum Ethicis animadversis, nam per collati-

Σοφία unde.

Iurisprudentia est pars philosophiae.

Laus philosophiae moralis.

[90] *Vgl. Mel. phil. mor. 1 (PMO XVI 22f.):* Est enim [philosophia moralis] ipsa lex naturae ab ingeniosissimis hominibus animadversa atque ordine explicata. Constat autem legem naturae vere esse legem Dei de his virtutibus, quas ratio intelligit. Nam lex divina hominum mentibus impressa est […].

[91] *Vgl. Phil. isag. arithm. 1 (Giardina 103,9–11):* σοφία μὲν οὖν ἐκλήθη, οἱονεὶ σάφειά τις οὖσα, ὡς σαφηνίζουσα πάντα· τοῦτο δὲ τὸ σαφὲς εἴρηται οἱονεὶ φαές τι ὂν παρὰ τὸ φάος καὶ φῶς, διὰ τὸ εἰς φῶς ἄγειν τὰ κεκρυμμένα.

[92] *Cic. tusc. 5,2,5 (King 428).*

[93] *Vgl. Plat. Phaedr. 247c–249d (Burnet II ibid.).*

onem intelligimus, quam philosophicis praestent, quae in divinis literis traduntur. Nam sententia est vulgo iactata: opposita, cum simul conferuntur, maiori luce fulgere.[94] Neque possunt errores evitari commode, nisi prius noti fuerint. Idcirco, qui novit utranque istarum facultatum, facilius alterius errata cavebit, nimirum humanae philosophiae, praesertim cum suis locis fuerint demonstrata.

Methodus totius Ethicae.

Nunc iam propius ad rem accedamus, inducendo quandam aliam breviorem divisionem tractationis Aristotelis. Primo agit de fine; secundo de his, quae sunt ad finem; ad extremum operis de ipso rursus
11 z_1 fine, sed exquisitius. Rationes vero, cur de fine primum | omnium agatur multiplices assignantur: primum, quod ex illius cognitione oritur materia omnium rerum, quae posthac scribentur. Et quia necessarium est homines habere scopum propositum, in quem suas omnes
10 z_2 actiones tanquam sagittas ad signum dirigant, ¦ quam rationem haud multo inferius audiemus Aristotelem adducere. Deinde, ut addit Eustratius, adipisci virtutes est laboriosissimum: est igitur operaeprecium mercedem proponere.[95] Unde, licet finem postremo loco assequamur, illam tamen convenit primum omnium utcunque cognoscere. Agendo de fine, multa inducit: primum, an sit; deinde de forma, qua constituit, de ea agere et de auditorum conditione; tertio, quid sit, in quibus consistat bonis; quarto, de modo assequendi finem huiusmodi; postremo, qualis sit.[96]

Z. 20 de auditorum] auditorum $\mathcal{Z}_2$

[94] *Vgl. Lull. ref. int. (CCCM XXXVII 313,120):* Utrum opposita iuxta se posita clarius elucescunt? *Ock. dial. 3,2,1 (Goldast 871,9):* Opposita iuxta se posita magis appareant.

[95] *Eustr. graec. (Heylbut 5,4–7):* Επειδήπερ αἱ ἀρεταὶ πόνῳ κτᾶσθαι πεφύκασιν, ἔδει πρότερον ὁποσονοῦν εἰδέναι περὶ τοῦ τέλους καὶ τί τὸ ἐκ τῶν πόνου ἐσόμενον ἀγαθόν, ὡς ἂν προθυμότεροι πρὸς τὸ τληπαθεῖν γενησόμεθα τῆς οἰκείας ἐφιέμενοι τελειώσεως. *Eustr. lat. (Mercken 6f.,53–56):* Quoniam quidem virtutes labore possideri natae sunt, oportuit prius aliquantulum scire de fine et quod ex labore futurum bonum, ut promptiores ad perseverandum efficiamur propriam desiderantes perfectionem.

[96] *Vgl. Quint. inst. 8 prooem. 6 (Winterbottom 420,15–17):* In omni porro materia tria esse quaerenda, an sit, quid sit, quale sit.

Caput primum

1094a 1–3 *Omnis ars, omnis methodus, omnis actio et electio bonum aliquod expetere videtur. Propterea pulchre dixerunt ipsum bonum quod omnia expetunt.*[1*] ‹I,1›

Propositio est: humanis rebus est praestitutus aliquis finis. Probatur, quoniam omnia humana bonum aliquod appetunt et bonum illud, in quod tendunt, habet rationem finis; igitur humana finem praescriptum habent. Boni autem ideo mentionem facit, quod sit summum praedicatum felicitatis et quia rationes boni et finis propinquissimae sunt, ita ut quidam existimarint bonum et finem converti, de qua re inferius dicemus. Unde antiquum pronuntiatum laudat: omnia bonum appetere. Quod non est intelligendum de uno aliquo, id enim fieri non potest, ut rerum omnium sit unus aliquis finis. Verum quaelibet res proprium expetit: non enim equus bonum summum hominis neque canis equi perfectionem expetit, sed unumquodque suam. Ratio Aristotelis, ut ad evidentem syllogismum reducatur, sic habet:

Bonum non unum est quod ab omnibus expetitur.

Analysis Aristoteleae rationis.

| Quaecunque bonum expetunt, finem habent sibi praestitutum. 12 Z_1
Humana bonum appetunt.
Ergo humana finem habent sibi praestitutum.[97]

Maior est manifesta, quoniam appetendo bonum, cum ad ipsum venerint, conquiescunt cumque ibi terminetur motus et actio, ibi dicimus finem. Minor probatur, quoniam omnia humana comprehenduntur arte, methodo, actione et electione. Incipit a minori more solito et ista quatuor ait bonum appetere. Facit autem propositionem universalem, ut firmior sit. Nam certe hinc fundamentum habemus universae huius doctrinae. Su¦perest modo, ut singula definiamus. Inde enim patefiet 11 Z_2 finem aliquem omnia ista sectari.

Ars quidnam sit.

Ars est, ut supra definivimus,[98] ordo seu comprehensio propositionum exercitatione cognitarum ad aliquem finem utilem atque commodum humanae vitae. Hinc vides finem illam persequi. Dicitur praeterea ars naturam imitari,[99] quare naturam sibi proponit quasi finem,

[1*] *AG* Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι δοκεῖ· διὸ καλῶς ἀπεφήναντο τἀγαθόν, οὗ πάντ' ἐφίεται· – *AL* Omnis ars et omnis doctrina, similiter autem et actus et eleccio, bonum quoddam appetere videtur. Ideo bene enunciaverunt bonum quod omnia appetunt.

[97] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

[98] *Vgl. oben S. 46.*

[99] *Vgl. Sen. epist. 65,3 (Rosenbach III 536):* Omnis ars naturae imitatio est.

cum ad eam exprimendam tendat. Postremo ars materiam assumit, ut lapidem, ferrum aut lignum eique formam inducere adnititur, quae forma finis artificiosae actionis habetur. Possemus etiam artem definire, ut Aristoteles in 6. Ethicorum, ubi ait illam esse habitum aptum ad aliquid faciendum cum ratione.[100] Quibus verbis etiam finis demonstratur, eo enim spectat omnis ars, ut quippiam vel agatur vel fiat. Et Cicero inquit artem esse certiorem ducem quam sit natura.[101]

Methodus quid sit.

Methodus, si credimus Eustratio, est ἕξις ὁδοποιητικὴ μετὰ λόγου, viam facit et parat cum ratione,[102] non enim sinit ut procedamus temere. Unde Galenus in primo libro De methodo medendi ait: »Inquirere et invenire methodo, opponitur ex adverso ei, quod est fortuito et temere, et uti methodo est via quadam et ordine quippiam investigare.«[103] Et subdit experientiam esse ἀμέθοδον, quandoquidem non desiderat artem aut ordinem, sed favorem fortunae ad inveniendum quod quaeritur.[104] Atque idem scribit lib[ro] 9. De methodo medendi methodum in universalibus esse sitam, exercitationem vero in particularibus et sicuti nemo consequitur, quod vult, nisi se exerceat, ita nemo potest bene seipsum exercere, nisi per methodum.[105] Neque ars ulla est, quae recte habeatur absque methodo. Μέθοδον Cicero dicit | docendi viam atque rationem.[106] Quique vertunt istam vocem »doc-

13 z_1

Z. 15 lib[ro] 9.] libro nono z_2

[100] *Arist. eth. Nic. 6,4, 1140a 7f. (Bywater 117):* ἕξις τις μετὰ λόγου ποιητική.

[101] *Cic. fin. 4,10 (Rackham 310–312):* Ars tamen est dux certior quam natura. *Auf diese Stelle verweist auch Streb. eth. 3v.*

[102] *Eustr. graec. (Heylbut 7,13). Eustr. lat. (Mercken 10,52–55):* Methodus […] est habitus viae factivus cum ratione.

[103] *Gal. meth. med. 1,4 (GO X 31):* τὸ τοίνυν μεθόδῳ τι ζητεῖν ἐξευρεῖν ἀντίκειται μὲν τῷ κατὰ τύχην τε καὶ αὐτομάτως· ἔστι δὲ τὸ τοιοῦτον μετά τινος ὁδοῦ καὶ τάξεως, ὡς εἶναί τι πρῶτον ἐν τῇ ζητήσει καὶ δεύτερον καὶ τρίτον καὶ τέταρτον καὶ οὕτως ἐφεξῆς τἄλλα σύμπαντα, μέχρι περ ἂν ἀφίκηταί τις ἐπ' αὐτὸ τὸ προκείμενον ἐξ ἀρχῆς.

[104] *Gal. meth. med. 1,4 (GO X 32):* ἄτεχνον γάρ τι καὶ ἄλογον ἡ πεῖρα καὶ τύχης ἀγαθῆς δεόμενον εἰς τὴν τῶν ζητουμένων εὕρεσιν.

[105] *Gal. meth. med. 9,6 (GO X 628):* εὖ εἰδότες ὡς οὐχ οἷόν τ' ἐστὶ τέχνης οὐδεμιᾶς ἐπιστήμην κτήσασθαι χωρὶς τοῦ μέθοδον μέν τινα διὰ τῶν καθόλου λεγομένων θεωρημάτων, ἄσκησιν δὲ διὰ τῶν ἐν μέρει λαμβάνειν παραδειγμάτων· οὔτε γὰρ οἷόν τε χωρὶς τοῦ γυμνάσασθαι πολυειδῶς ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἐπὶ τῶν καμνόντων, ἃ χρὴ πράττειν· οὔτ' αὐτὴν τὴν γυμνασίαν ἐγχωρεῖ γίγνεσθαι προσηκόντως ἄνευ τῆς τοῦ καθόλου γνώσεως· ἐν ἐκείνοις μὲν γὰρ ἡ μέθοδος, ἡ δ' ἄσκησις ἐν τοῖς κατὰ μέρος.

[106] *Streb. eth. 4r:* Quam dicit Arist[oteles] μέθοδον, Cicero vertit docendi viam atque rationem. *Vgl. Cic. orat. 114 (Hubbell 390):* Quae quidem res, quod te his artibus eruditum minime fallit, duplicem habuit docendi viam. *Cic. orat. 116 (Hubbell 390):* Et quoniam in omnibus quae ratione docentur et via […].

trinam«, non male vertunt.[107] Nam in Partitionibus ita loquitur Cicero: »Quot in partes distribuenda est omnis doctrina dicendi«, id est ἡ τῆς ῥητορικῆς μέθοδος.[108] Dicimus itaque methodum seu doctrinam esse habitum qui cum ratione viam facit vel ad cognoscendum vel ad agendum.[109]

Methodus triplex.

Et Galenus De placitis Hippocratis et Platonis triplicem methodum tradit, scilicet primam compositionis et divisionis, alteram sequentium et pugnantium, tertiam vero maioris et minoris, aequalis et similis.[110] Et in eodem libro inquit Platonem in Phaedro et Philebo dicere divisionem esse, cum incipiendo a summo dividimus quaecunque occurrunt per differentias, quoad perveniamus ad species atomas; compositionem vero, cum e diverso incipiendo a formis postremis, hoc est speciebus atomis, colligendoque omnes differentias ¦ usque ad summum genus vel praedicamentum ascendimus, quo pacto habemus plenam et perfectissimam definitionem.[111] Et certe his, qui methodis utuntur, magnae sunt agendae gratiae, ut enim bene de republica meritus est Traianus[112], qui, ut refert Galenus in libro 9. De methodo medendi, per universam Italiam vias stravit et refecit collapsas, ita, qui de methodo aliquid tradunt, vehementer studiosos adiuvant. Unde Galenus ibidem inquit se quiddam accepisse ab Hippocrate, sed rude admodum, quod ipse methodo facile et perspicuum reddidit.[113]

12 Z_2

Z. 13 usque] que Z_2, *mit Reklamant S. 11* usque

[107] *Vgl. Streb. eth. 3v:* Omnis ars omnisque doctrina, omnis item actio atque delectus aliquod petere bpnum videtur.

[108] *Streb. eth. 4r:* Idem in Part[itionibus]: Quot in partes distribuenda est omnis doctrina dicendi, id est ἡ τῆς ῥητορικῆς μέθοδος. *Vgl. Cic. part. 3 (Rackham 310).*

[109] *Streb. eth. 4r:* Doctrina est habitus, qui cum ratione viam facit ad cognoscendum vel ad agendum.

[110] *Gal. placit. 9,9,20 (De Lacy II 602,9–13):* ἔστι μὲν γὰρ τρία κεφάλαια, πρῶτον μὲν τὸ περὶ διαίρεσιν καὶ σύνθεσιν, δεύτερον δὲ τὸ περὶ τὴν τῶν ἀκολούθων τε καὶ μαχομένων γνῶσιν, ἐπ' αὐτοῖς δὲ τρίτον τὸ κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα τῶν πραγμάτων μεταβολὴν ἐν τῷ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ἴσως τε καὶ ὁμοίως καὶ ἀνάλογον.

[111] *Gal. placit. 9,5,13 (De Lacy II 566,18–24):* ἐν δὲ τῷ Φιλήβῳ καὶ τῷ Φαίδρῳ δείκνυσιν εἰς τεχνῶν σύστασιν ἀναγκαιοτάτην εἶναι τὴν διαιρετικὴν καὶ συνθετικὴν θεωρίαν γεγυμνάσθαι τε κελεύει διττῶς κατ' αὐτὴν ἀπὸ μὲν τοῦ πρώτου καὶ γενικωτάτου καταβαίνοντας ἐπὶ τὰ μηκέτι τομὴν δεχόμενα διὰ τῶν ἐν τῷ μεταξὺ διαφορῶν, δι' ὧν καὶ τοὺς ὁρισμοὺς τῶν εἰδῶν ἐδεδείχειν συνισταμένους ἐν Σοφιστῇ καὶ Πολιτικῷ, ἔμπαλιν δ' ἀπὸ τῶν εἰδικωτάτων πολλῶν ὄντων ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὸ πρῶτον γένος κατὰ σύνθεσιν.

[112] *Trajan (53–117 n. Chr.), ab 98 römischer Kaiser als Nachfolger des Nerva. – NP XII/1 746–749.*

[113] *Gal. meth. med. 9,8 (GO X 633):* ἀμέλει ταῦτ' ἐχούσας ἁπάσας τὰς ἐπὶ τῆς Ἰταλίας ὁδοὺς ὁ Τραϊανὸς ἐκεῖνος ἐπηνωρθώσατο, τὰ μὲν ὑγρὰ καὶ πηλώδη μέρη λίθοις στρων-

Πράξις est humana actio, quae ab electione pendet et regitur.[114] Actio quid. Unde excluditur intellectus operatio, non enim ea regitur electione, cum sit naturalis neque aliter esse possit, quam res cognita patiatur.

Electio est, cum duobus propositis unum alteri praeferimus.[115] Quare Perionius, qui vertit »studium et institutum«, propriae significationi minime satisfecit, quoniam illa duo citra collationem possunt locum habere et absque eo, ut unum praeferatur alteri.[116] Electio quid.

Inquit *videtur*, quoniam non semper in verum feruntur bonum, sed interdum apparens persequuntur.

Non dicit bonum simpliciter, sed aliquod, quoniam quilibet persequitur, quod magis adlubescit atque ubi felicitatem arbitratur sitam. Bonum definivit Seneca[117]: »Quod impetum animi ad se movet secundum naturam«[118], et: »Bonum est quod est secundum cuiusque naturam.«[119] Quatuor ista iam hic ab Aristotele commemorata finem aliquem dicuntur appetere, quoniam ea sunt, quibus appetimus fines. Boni definitio.

14 Z_1 | *Propterea pulchre dixerunt ipsum bonum, quod omnia appetunt.*] Confirmat illa quatuor bonum expetere, quia scilicet omnia testimonio antiquorum in bonum ut in finem feruntur. Putant nonnulli sensum esse »propterea«: quoniam illa quatuor bonum expetunt, ideo verum esse, Analysis.

Z. 2 enim ea] enim Z_2

νὺς, ἢ ὑψηλοῖς ἐξαίρων χώμασιν, ἐκκαθαίρων δὲ τά τε ἀκανθώδη καὶ τραχέα καὶ γεφύρας ἐπιβάλλων τοῖς δυσπόροις τῶν ποταμῶν· ἔνθα δ' ἐπιμήκης οὐ προσηκόντως ὁδὸς ἦν, ἐνταῦθα σύντομον ἑτέραν τεμνόμενος· ὥσπερ καὶ εἰ δι' ὕψος λόφου χαλεπὴ, διὰ τῶν εὐπορωτέρων χωρίων ἐκτρέπων· καὶ εἰ θηριώδης ἢ ἔρημος, ἐξιστάμενος μὲν ἐκείνης, ἐφιστάμενος δὲ εἰς τὰς λεωφόρους, ἐπανορθούμενος δὲ καὶ τὰς τραχείας· οὔκουν χρὴ θαυμάζειν εἰ μαρτυροῦντες Ἱπποκράτει τὴν εὕρεσιν τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράφειν ἐπεχειρήσαμεν αὐτοὶ τήνδε τὴν πραγματείαν· οὐ γὰρ ὡς οὐδ' ὅλως εὑρεθείσης αὐτῆς, ἀλλ' ὡς δεομένης ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, ἐπὶ τήνδε τὴν συγγραφὴν ἦκον οὐδένα τῶν πρὸ ἐμοῦ συμπληρώσαντα τὴν μέθοδον εὑρών.

[114] *Eustr. graec. (Heylbut 7,33):* πρᾶξις δέ ἐστιν ἡ κατὰ προαίρεσιν ἀνθρώπου ἐνέργεια. *Eustr. lat. (Mercken 12,84f.):* Praxis autem […] est secundum electionem hominis energeia, id est operatio.

[115] *Eustr. graec. (Heylbut 7,33f.):* προαίρεσις δὲ ἡ δυοῖν προκειμένοιν κρίσις ἀνθρώπου, τόδε προτιθεῖσα πρὸ τοῦδε. *Eustr. lat. (Mercken 12,3f.):* Electio vero est duobus propositis iudicium hominis, hoc prae altero praeponens.

[116] *Per. eth. transl. 1. Vgl. Streb. eth. 4v:* Male redditur hic προαίρεσις studium vel institutum.

[117] *Lucius Annaeus Seneca (Seneca d. J.) (gest. 65 n. Chr.), spätstoischer Philosoph, Lehrer des jungen Nero. Zu seinen Werken zählen zahlreiche Tragödien, philosophische Dialoge und die »Epistulae morales ad Lucilium«. – NP XI 411–419; GRL II 679–720.*

[118] *Sen. epist. 118,9 (Rosenbach IV 768):* Bonum est quod ad se impetum animi secundum naturam mouet.

[119] *Sen. epist. 124,13 (Rosenbach IV 854):* [Bonum] quod secundum cuiusque naturam est.

quod omnia bonum appetant, quasi hoc inductione sit planum.[120] Verum in hanc sententiam ego non discedo, siquidem non est perfecta inductio, quando tantum quatuor sunt allata.[121] Unde potius contra oportet dicere confirmari quatuor illa bonum appetere, quia omnia bonum appetunt, et erit argumentatio ex propositione universali ad particularem. Nam et illa quatuor inter ea, quae sunt, connumerantur ideoque, si cuncta bonum desiderant, illa quoque ipsum appetunt. Sed Aristotelis locutio videtur obstare, nam inquit διό, quasi ex dictis inferat. Verum non ita est, non enim ex dictis hoc infert Aristoteles, quod sequitur. Verum sensus est: ideo iudico ad istud, quod posui, confirmandum pulchre facere, quod omnes antiqui dixerunt bonum, quod appetunt cuncta.

¦ Verbum ἀπεφήναντο quidam sunt interpretati »dixerunt«[122], alii »definierunt«[123], et certe verbum ἀποφαίνομαι utrunque significat. Non tamen censenda est haec definitio perfecta, quandoquidem transcendentia definiri non possunt, nihil enim supra se habent, quod loco generis queat accipi. Quin et Eustratius ait non esse hanc definitionem sed descriptionem, verum suae sententiae non meam affert rationem, sed quod per posteriora detur,[124] quod interpretor, quia oportet prius aliquid esse, quam appetatur et desiderium moveat. At huic malo possumus facile mederi, quoniam, si »appeti« sumas actu, verum est, quod Eustratius dicit; at si potentiam significet, quae ipsi bono addatur, nempe quod habet vim alliciendi et incitandi appetitum, ut sit sensus:

13 Z_2

An haec sit perfecta boni definitio.

[120] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 8,6–9):* τοίνυν ἐπεξελθὼν πᾶσαν ἕξιν ἀνθρώπου καὶ ἐνέργειαν ὅτι πᾶσα τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται, ἐπαινεῖ τοὺς τὸ ἀγαθὸν ὑπογράψαντας ὅτι καλῶς ἀπεφήναντο τὸ ἀγαθὸν εἶναι οὗ πάντα ἐφίεται, ὥσπερ ἐξ ἐπαγωγῆς τινος πρότερον τὴν ὑπογραφὴν πιστωσάμενος. *Eustr. lat. (Mercken 13,25–29):* Igitur supergrediens omnem habitum hominis et operationem quoniam omnis bonum quoddam appetit, laudat eos qui bonum descripserunt dicens quoniam bene enuntiaverunt bonum esse quod omnia appetunt, velut ex inductione quadam prius descriptionem credere faciens.

[121] *Die Heranführung wird von Arist. top. 1,13, 105a 13f. (Ross 13f.) folgendermaßen definiert:* ἐπαγωγὴ δὲ ἡ ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα ἐπὶ τὸ καθόλου ἔφοδος. *Zum Unterschied von* inductio completa *(*perfecta*) und* imperfecta *vgl. Thom. Aqu. an. post. 1,1,12 (STO IV 274). – Fritz 1964.*

[122] *Vgl. die Übersetzung des Argyropoulos in Acc. eth. 1:* Quapropter bene veteres bonum ipsum id esse dixerunt, quod omnia appetunt.

[123] *Vgl. Per. eth. transl. 1:* Itaque probe veteres summum bonum definierunt id, ad quod omnia referuntur.

[124] *Eustr. graec. (Heylbut 8,9–11):* Ὅτι δὲ οὐχ ὅρος τὸ εἰρημένον ἐστὶν ἀλλ' ὑπογραφή, δῆλον ἐκ τοῦ ληφθῆναι ἐκ τῶν ὑστέρων. *Eustr. lat. (Mercken 13,29f.):* Quoniam autem non definitio est quod dictum est sed descriptio, manifestum ex eo quod sumitur ex posterioribus.

bonum est, quod sua natura est expetendum vel, ut dicunt, expetibile,[125] non video, quin ista possit esse descriptio vera et propria et illa non raro usus est Aristoteles.

Illud τ' ἀγαθόν aliqui vertunt summum bonum.[126] Et aliqui sunt eo usque progressi ut hoc de ipso Deo dictum putent. Qui summum bonum hic accipiunt, ideo moventur, quod sentiunt articulum Graecum semper significare quod summum est et praecipuum. Et certe Leonardus Aretinus ita vertit summum bonum,[127] quam sententiam et Trapezuntius[128] est secutus. Qui eodem errore adductus | Aristotelem existimavit summam Trinitatem cognovisse, quam nos colimus, propterea quod in primo libro De coelo et mundo Trinitatis meminit, adiecto articulo, διὰ τῆς τριάδος.[129] Quem coarguit Bessarion[130] cardinalis Nicenus, vir sane inter neotericos Graecos doctissimus, et ait Trapezuntium scire debuisse articulum Graecum dictioni cuipiam adiectum triplicem usum habere. Nam quandoque indicat rem summam et praecipuam eius generis, de quo sermo est institutus, ut, si dixerim ὁ αὐτοκράτωρ, imperatorem significo, non quemvis aut vulgarem ducem belli, sed summum cuiusmodi fuit Augustus[131], Tiberius[132], Vespasianus[133]. Alter usus est, quando ratio et forma designatur absque particularibus conditionibus, in qua singularia multa conveniunt, ut cum dicimus ὁ ἄνθρωπος λογικός, ubi non sermo fit de isto vel illo singulari homine, verum de natura et forma communi, quae definitur et quam Socrates, Plato et alia individua participant. Quod si voluero certum hominem designare, dicam ἄνθρωπόν τινα· Denique tertius est usus,

Τἀγαθόν quid significet.

15 Z_1 An Aristoteles Trinitatem divinam cognoverit.

Articuli Graeci usus.

Z. 14 cuipiam] cupiam Z_1 17 αὐτοκράτωρ] αὐτοκράτορ Z_2

[125] *Vgl. Sen. epist. 117,5 (Rosenbach IV 744):* Expetendum est, inquiunt, quod bonum est; expetibile quod nobis contingit cum bonum consecuti sumus.

[126] *Die folgende Argumentation findet sich auch bei Bud. comm. 1552,41–1553,33, der die Namen Bessarion, Aretinus und Argyropoulos ebenso erwähnt.*

[127] *Aret. eth. 1:* Quapropter bene ostenderunt summum bonum quod omnia appetunt.

[128] *Georg von Trapezunt (1395/96–1484), griechischer Humanist, Philosoph und Theologe, Übersetzer von Werken des Platon und Aristoteles. – LMA IV 1280.*

[129] *Vgl. Trap. comp. F8r:* Dico Aristotelem unius Dei Trinitatem intellexisse idque in primo De coelo et mundo ex vestigio corporibus impresso enodasse.

[130] *Basilius Bessarion (1403–1472), 1437 Metropolit von Nikaia, 1439 Kardinal, 1463 Titularpatriarch von Konstantinopel, bedeutender Humanist und Verfechter der Kirchenunion. Sein philosophisches Hauptwerk sind die »In calumniatorem Platonis libri IV«. – LMA I 2070f.*

[131] *Augustus (63 v.–14 n. Chr.), ab 31 v. Chr. Alleinherrscher im römischen Reich. – NP II 302–314.*

[132] *Tiberius (42 v.–37 n. Chr.), ab 14 n. Chr. römischer Kaiser als Nachfolger des Augustus. – NP XII/1 532–535.*

[133] *Vespasian (9–79 n. Chr.), ab 69 römischer Kaiser. – NP XII/2 125–130.*

cum de ea re agitur, quae illi est notissima, cum quo loquimur, ut, cum discipulus condiscipulo suo ait ὁ διδάσκαλος, praeceptorem intelligit bene notum illi, cum quo loquitur.[134] Verum Trapezuntius sic articulum accipit, quasi semper primam vim habeat, atque arbitratur hac ratione summam Trinitatem innuisse, cum tamen pro secundo significato verba eius accipi ¦ debeant. Nam sensus eius est: ex eo, quod 14 Z_2
omnes res naturae principio medio et fine perficiuntur, antiquos fuisse
Τῆς τριάδος nomen quomodo accipiatur ab Aristotele.
adductos, ut numen colerent in ceremoniis διὰ τῆς τριάδος, Trinitatem intelligens naturam et formam communem ternarii numeri, quam omnia, quae tria fuerint, participant. Atque tria designat in unoquoque rerum genere principium scilicet, medium et finem cuiuscunque rei naturalis, quibus singula quaeque perficiuntur. Neque unquam Aristoteles vel per somnium Patrem, Filium, Spiritum sanctum, quae sunt tres personae beatissimae Trinitatis, cognovit.

Τἀγαθόν non significat hic summum bonum.
Et hac eadem ratione cardinalis inquit non esse hic vertendum τ' ἀγαθόν summum bonum, sed, quemadmodum Argyropylus vertit, ipsum bonum.[135] De ratione quippe atque forma communi boni loquitur Aristoteles, quam recte describi affirmat, quod ab omnibus appetatur. Multa enim bona sunt, quae appetuntur et conveniunt in hac forma et natura communi, quae modo est descripta. Et certe, cum multa sint genera rerum, multae etiam sunt bonorum differentiae, et quodlibet | sui generis bonum appetit. Nam equus hominis bonum non 16 Z_1
expetit neque canis bonum leonis, sed quaeque natura bonum sui generis expetit. Unde plurimum illos admiror, qui non tantum summum
An Deus ab omnibus rebus expetatur.
bonum hic intelligunt, verum etiam ipsum Deum arbitrantur describi, quem unum bonum ab omnibus rebus expeti, atque hanc rationem adferunt, quod Deus ipse sit, qui omnia bona offerat, quae a rebus

Z. 5 innuisse] iuvenisse Z_2 26 rebus] rebus aiunt Z_2

[134] *Bess. calumn. 3,19,6 (Mohler 315,32–317,1):* Sed praeterea usus eius [articuli] est tum ad rei ipsius rationem et formam, hoc est non sub conditione particulari suppositi huius aut illius, sed sub ratione formali, in qua supposita conveniant omnia, ut, si eum dicere velim hominem, in quo particulares conveniant omnes homines, cum artculo dicam ὁ ἄνθρωπος, cum autem particularem, sine articulo ἀνθρωπόν τινα. Tum etiam ad rem cognitam iam ei, apud quem loquor, tendit usus eiusdem, ut, si discipuli inter se de suo doctore loquuntur, cum artculo nominent, necesse est: ὁ διδάσκαλος. Res enim alteri cognita ab altero nominantur.

[135] *Bess. calumn. 3,19,6 (Mohler 317,10–14):* Sed adversarius [Trapezuntius], quod Leonardum Aretinum audierat convertisse primo Ethicorum libro τἀγαθόν ‹in› summum bonum, credidit semper usum eiusmodi articuli egregiam quandam et summam rem dicere, cum nec Leonardus recte converterit, sed melius Ioannes Argyropulos noster, qui bonum ipsum interpretatus est.

expetuntur, et ea omnia in Deo perfectissime continentur; propterea nemo potest ea cupere, quin Deum ipsum desideret.[136] At quis non videat hoc esse per accidens, quod a scientiis prorsus removetur, cum ea non tradunt, quae per accidens contingunt. Et hac ratione, si valeret, conficeremus libidinosos homines, quando alicuius forma seu specie capiuntur, Deum appetere, quod esset ridiculum. Damus et quidem libenter in Deo comprehendi omnia bona quam perfectissime, quemadmodum septenarius numerus omnes priores complectitur,[137] quod etiam sacrae literae testantur, siquidem in Exodo ait Deus Mosi petenti divini vultus aspectum: »Ostendam tibi omne bonum«[138]; verum Aristoteles desideria huius coniunctionis cum Deo ignoravit. Propheta David intellexit, qui dicebat in Psalmis: »Mihi adhaerere Deo bonum est«[139]. Eum autem sensum esse loci huius, quem expressimus, consequentia demonstrant: agit enim philosophus de beatitudine, quam, licet omnes homines appetant, quia tamen in diversis rebus eam collocarunt, hoc est divitiis, honoribus, voluptatibus, virtutibus, hinc factum, ut diversi genera bonorum diversa cuperent, quae tamen omnia rationem et formam boni communis participarent. Quin et philosophi hoc idem spectantes de finibus bonorum et malorum quandoque scripserunt.[140]

15 Z_2 ¦ Iam exposuimus, quid vox illa τἀγαθόν isto loco significet. Nunc id consideremus, quod sequitur, omnia, inquam, bonum appetere. Quod facile concedemus de rebus universis, quibus convenit, ut agant, sive fuerint elementa, sive lapides, sive stirpes, sive bruta, sive homines. Et superius cum affirmavimus illa quatuor, nempe artem, methodum, actionem et electionem, non appetere proprie, sed ea esse, quibus ho-

An omnes res bonum expetant.

[136] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 6,6–10):* ἀλλ' ὅσα μέν ἐστιν ἐγγυτάτω ἐκείνου, δι' ἐκεῖνό τε ἁπλῶς γέγονε κἀκείνου ἀμέσως ἀπολαύει· τοῦτο δέ ἐστιν ὁ θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα καὶ δι' ὃ καὶ εἰς ὅ· ὅσα δὲ μὴ μετ' ἐκεῖνο εὐθύς, ἔχει τι ἕκαστον οἰκεῖον αὐτῷ καὶ προσεχὲς ἀγαθόν, δι' οὗ μέσου ἀναφέρεται πρὸς ἐκεῖνο. *Eustr. lat. (Mercken 8,98–3):* Sed quaecumque quidem sunt maxime propinqua illi bono, propter illud simpliciter facta sunt et illo immediate fruuntur: hoc autem est Deus, ex quo omnia et per quem et ad quem. Quaecumque autem non post illud bonum sunt confestim et immediate, habent unumquodque eorum proprium sibi ipsi et continuum aliquod bonum, per quod medium referuntur ad illud primum et commune bonum. *Streb. eth. 2v weist diese Deutung ebenso zurück:* Qui exponunt hunc locum, videntur omnes ad summum omnium bonum, hoc est Deum, contendere, quod ille sit unus, ad quem omnia referuntur, quod ego recte interpretari non existimo.

[137] *Vgl. Gell. 3,10,6 (Rolfe I 268):* Is numerus septenarius […] omnes per quos progressus est numeros comprehendat […].

[138] *Ex 33,19.*

[139] *Ps 73,28 (Vulg. 72,28).*

[140] *Gemeint ist offenbar Ciceros Schrift* De finibus bonorum et malorum.

mines appetunt finem, id spectavimus, quod ista sunt accidentia neque subsistunt per se, unde potius sunt facultates et vires, per quas homines agunt. Et cum illa dixit Aristoteles bonum expetere, fuit perinde, ac si dixisset homines per haec bonum desiderare, caetera vero, quae recensuimus, quandoquidem per se subsistunt, bonum expetunt.

Appetitus an possit esse absque notitia.

17 Z_1 | Neque movet nos, quod aliqui aiunt, non debere appetitum concedi, ubi defuerit notitia, quare lapides, herbas, frutices, elementa et quaecunque destituuntur cognitione dicunt non appetere.[141] Sed hoc est falsum, quoniam diversa sunt appetitus genera. Invenitur enim rationalis, qui hominibus attribuitur; animalis et is convenit brutis; naturalis, qui omnibus inest, quae a natura moventur. In quibus tamen si noticia non reperiatur, satis est Deum naturae authorem atque regem illa esse praeditum; nanque optime novit, ad quos fines ista velit tendere, atque cum finem praescripserit sua noticia, pondera inclinationis et proprietates adiecit, quibus omnia haec ad suos fines incitantur.[142] Unde Aristoteles primo Physicorum dicere non est veritus materiam, quae alioquin rudis et stupida est, appetere formam, sicuti foemina expetit marem.[143]

Quare omnia bonum expetant.

Quaenam vero causa sit in omnibus rebus, propter quam bonum expetant, ex Symposio Platonis cognoscitur, ubi ostendit amorem filium esse τῆς πενίας καὶ τοῦ πόρου,[144] id est paupertatis et copiae. Bonum enim, quod appetitur, copia est, ad quam fertur quicquid ea sit destitutum, expeditum cum sit. Et notum καλόν et ἀγαθόν apud Graecos tria significare utile, honestum et pulchrum, et unumquodque istorum trium magnam vim habet ad affectum alliciendum, quod etiam etymologia istarum vocum ostendit, quemadmodum Plato docuit in Cratylo, quandoquidem καλόν dicitur ἀπὸ τοῦ καλεῖν[145] et ἀγαθὸν ἀπὸ τοῦ ἄγειν.[146]

Καλόν et ἀγαθόν quid significent.

Z. 11 tamen si] tametsi Z_2 15 haec] hac Z_1 22 quicquid] quicqnid Z_2 27 dicitur] dicit Z_2

[141] *Dieser Einwand wird auch von Alb. eth. 1,1 (Kübel 7,7f.) erwähnt:* Sed videtur falsum, quia non omnium est appetitus, quia ipse sequitur cognitionem.

[142] *Vgl. Thom. Aqu. eth. 1,1,11 (STO IV 144):* Quod autem dicit quod omnia appetunt, non est intelligendum solum de habentibus cognitionem, quae apprehendunt bonum, sed etiam de rebus carentibus cognitione, quae naturali appetitu tendunt in bonum, non quasi cognoscant bonum, sed quia ab aliquo cognoscente moventur ad bonum, scilicet ex ordinatione divini intellectus.

[143] *Arist. phys. 1,9, 192a 20–23 (Ross ibid.):* καίτοι οὔτε αὐτὸ αὑτοῦ οἷόν τε ἐφίεσθαι τὸ εἶδος διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐνδεές, οὔτε τὸ ἐναντίον (φθαρτικὰ γὰρ ἀλλήλων τὰ ἐναντία), ἀλλὰ τοῦτ' ἔστιν ἡ ὕλη, ὥσπερ ἂν εἰ θῆλυ ἄρρενος καὶ αἰσχρὸν καλοῦ.

[144] *Plat. symp. 203c (Burnet II ibid.):* ἅτε οὖν Πόρου καὶ Πενίας ὑὸς ὢν ὁ Ἔρως.

[145] *Plat. Crat. 416c (Burnet I ibid.):* Οὐκοῦν τὸ καλέσαν τὰ πράγματα καὶ τὸ καλοῦν ταὐτόν ἐστιν τοῦτο, διάνοια?

Istis iam expositis quod ad textus interpretationem descendendum est ad dubia et primum quaerimus, cur Aristoteles tantummodo illorum quatuor mentionem fecit?[147] Respondemus, quoniam institutum eius erat de humanis rebus agere, quae omnia his quatuor capitibus continentur, quippe vel agimus intelligentia vel appetitu.[148] Artes et methodi ad notitiam pertinent, actiones vero atque delectus ad appetitum. Praeterea ea, quibus agimus, ita se habent, ut vel regant vel pareant: ars et methodus et electio regunt atque imperant, actiones autem reguntur et parent.

Quare tantum artis, methodi, electionis et actionis meminit Aristoteles.

16 Z_2 ¦ Sed quaeris, quare naturam tacuerit, cum ea sit principium motus. Id factum est, quoniam humana tradit et natura latius patet quam humana. Quoniam et bruta et quae non sentiunt naturae sunt participia. Deinde naturae ipsius hominis non meminit, quoniam de fe-
18 Z_1 li|citate scribendum erat, quae natura non obtinetur, sed studio atque diligentia, neque omnes, qui naturae sunt participes, felicitatem assequuntur. Ad haec illa pertinent ad hunc librum, quae moralibus virtutibus possunt regi, sed natura si deficiat, non a morali philosopho sed a medico instauratur.

Quare naturam tacuerit.

Dubium quoque est, quare sileat scientias, quae tamen in fines eo magis feruntur quam artes, quod sint eis certiores. Et in Posterioribus analyticis dicitur scire esse rem per causam cognoscere,[149] unde apparet inventionem causae finem esse scientiae. Respondet Eustratius relictas esse scientias, quod per se notum fuerit eas in suas fines tendere, nam si hoc habent artes, quae longe sunt inferiores scientiis, illae multo magis id sibi vendicabunt.[150] Non multum rationi huic acqui-

Scientiarum cur non meminerit.

Z. 6 actiones vero] actiones Z_2

[146] *Diese etymologische Erklärung ist in Plat. Crat. nicht vorhanden.*

[147] *Vgl. Streb. eth. 3v:* Cur Arist[oteles] de humano bono dicturus sumit haec quatuor, artem, doctrinam, actionem atque delectum?

[148] *Vgl. Arist. anim. 3,10, 433a 9 (Ross 80):* Φαίνεται δέ γε δύο ταῦτα κινοῦντα, ἢ ὄρεξις ἢ νοῦς. *Acc. eth. 1v:* Notandum item, quod Aristoteles quoatuor sumpsit ad probandam hanc conclusionem, scilicet artem, doctrinam, actum, electionem. Quia omnium operationum humanarum duo sunt principia, intellectus et appetitus.

[149] *Arist. an. post. 1,2, 71b 30f. (Ross ibid.):* τότε ἐπιστάμεθα ὅταν τὴν αἰτίαν εἰδῶμεν.

[150] *Eustr. graec. (Heylbut 7,18f.22–24):* Ἀλλὰ τί δήποτε περὶ τέχνης καὶ μεθόδου εἰπὼν ὡς ἐφιεμένων τοῦ ἀγαθοῦ τῆς ἐπιστήμης οὐκ ἐμνημόνευσε; […] ἴσως μὲν οὖν καὶ δήλου ὄντος, ὡς εἰ ἡ ἐλάττων εἰς κατάληψιν τοῦ ἀληθοῦς τοῦ ἀγαθοῦ ἐφίεται καὶ τούτου τυγχάνει κατὰ τὴν ἔφεσιν, πολλῷ μᾶλλον ἡ μείζων τε καὶ ἀκριβεστέρα. *Eustr. lat. (Mercken 11,60–62.64–67):* Sed quare de arte et methodo (hoc est doctrina) dicens velut de appetentibus bonum, scientiae non fecit mentionem? […] Forte quidem igitur ut manifesto existente quod, si minor in comprehensionem veri bonum appetit et hoc adipiscitur secundum deisderium (ut ars et methodus), multo magis illa quae maior est et certior (ut scientia; de scientia non fecit mentionem).

esco, nam dicerem fuisse quoque per se notum electiones tendere in aliquem finem. Respondet aliter affirmans in methodo scientiam intelligi,[151] quam ego responsionem probo, maxime propter illa, quae superius de methodo induximus. Nam doctrinam methodum esse concedebamus. Tertio conatur Eustratius docere hoc propterea factum, quoniam, quae hic traduntur, ad practicum genus pertineant, nimirum ad affectuum moderationem, scientias vero spectare omnes ad contemplationem.[152] Duo hic mihi displicent: primum, quod neget in isto libro agi de contemplatione, cum in decimo ea ponatur ut summa perfectio nostrae felicitatis.[153] Deinde longe minus id approbo scientias universas esse contemplatrices, nam, si hoc sequeremur, ista facultas non esset scientia, musica; item et medicina, cum hae omnes ad praxim pertineant.

Scientia sub methodo intelligitur.

Scientiae non omnes sunt contemplatrices.

Dubitant ad haec alii, cur affectuum et virtutum non meminerit. Sed causa fuit, quia virtutes ad electiones et actiones pertinent. Et affectus quid aliud sunt quam impulsus ad agendum? Unde non immerito adiungentur actionibus.

Virtutum et affectuum quare non meminerit.

Videndum item est, quare Aristoteles hoc ordine processerit, ut postremo loco posuerit electionem, quae tamen prima videbatur esse. Nam ab ea statim derivantur actiones, ex actionibus artes consurgunt, post artes ventum est ad methodos. Est attamen observandum in docendo ea priori loco debere poni, quae nobis fuerint notiora,[154] ea vero sunt magis imperfecta, ideo artes prius collocantur, deinde methodi et doctrinae. Neque dubium est actio|nes prius a nobis cognosci quam 19 Z_1
delectus. Notitia enim recta et quae a sensu ¦ oritur, actiones cogno- 17 Z_2
scimus, postea cogitationem flectimus ad ipsam electionem, unde actio

Electio quare postremo loco sit posita.

[151] *Eustr. graec. (Heylbut 7,24f.):* Ἔπειτα καὶ ἐκ τοῦ εἰπεῖν τὴν μέθοδον δῆλός ἐστι παριστῶν καὶ τὴν ἐπιστήμην. *Eustr. lat. (Mercken 11,73):* Dicens igitur methodum scientiam intelligit.

[152] *Eustr. graec. (Heylbut 7,29–31):* Ἐπεὶ δὲ νῦν περὶ τοῦ πρακτοῦ ἀγαθοῦ ὁ λόγος αὐτῷ, ἡ δὲ ἐπιστήμη περὶ τὸ θεωρητὸν καταγίνεται, διὰ τοῦτο ἐνταυθοῖ τῆς ἐπιστήμης οὐκ ἐμνημόνευσε. *Eustr. lat. (Mercken 11,77–80):* Quia itaque nunc de practico bono sermo est ipsi, scientia autem circa speculativum est, propter hoc scientiae non fecit mentionem, sed solum artis et methodi, quae sunt operative.

[153] *Arist. eth. Nic. 10,8, 1178b 21–23 (Bywater 216):* ὥστε ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια, μακαριότητι διαφέρουσα, θεωρητικὴ ἂν εἴη· καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὴ ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη εὐδαιμονικωτάτη.

[154] *Zur Unterscheidung zwischen* notiora nobis *und* notiora natura *vgl. Arist. an. post. 1,2, 71b 33–72a 4 (Ross ibid.):* πρότερα δ' ἐστὶ καὶ γνωριμώτερα διχῶς· οὐ γὰρ ταὐτὸν πρότερον τῇ φύσει καὶ πρὸς ἡμᾶς πρότερον, οὐδὲ γνωριμώτερον καὶ ἡμῖν γνωριμώτερον· λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς μὲν πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ ἐγγύτερον τῆς αἰσθήσεως, ἁπλῶς δὲ πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ πορρώτερον.

proficiscitur. Cum igitur voluerit a notioribus progredi, ordine usus est decentissimo.[155]

At cur priori loco artem posuit et methodum, posteriori vero actionem et delectum? Quia duo priora notitiae sunt, quemadmodum posteriora voluntatis et appetitus. Nemo autem ignorat cognitionem priorem esse, quia non possumus amare incognita.[156]

Ars et methodus quare primo loco ponantur.

Quaeri etiam solet de arte venefica, quomodo expetat bonum. Hic censeo dicendum venenum, ut doctiores aiunt, et in bonam partem et in malam posse accipi.[157] Nam id venenum dicitur, quod naturam mutat eius, cui adhibetur.[158] Unde interdum fit, ut aegroti, qui a iusto temperamento discesserunt, ad ipsum restitui non queant, nisi violentiora medicamenta sumpserint, quae per seipsa venena sunt, licet arte medicorum temperentur, attamen sanis plurimum nocerent. Quod idem sentiendum est de voce Graeca φάρμακα. Unde Caius[159] iurisconsultus in Pandectis ait, si venenum dixeris, debes addere vel bonum vel malum.[160] Quare, si veneficia eo tendant, ut aegrotus restituatur sanitati, dubium non est, quin ars illa bonum appetat; verum si ad perniciem hominum venena instruantur, proprie ad artem non pertinent, quoniam (uti definivimus) ars pro fine habet aliquam commoditatem vitae humanae.[161] Neque mihi quis obiiciat consuevisse Athe-

Venefica ars an bonum expetat.

Z. 14 de] de de Z_2

[155] *Anders als Vermigli rechtfertigt Eustratius das Vorgehen des Aristoteles dadurch, dass er die Anordnung der Begriffe auf den* ordo naturae *zurückführt. Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 8,20–23):* τέχνη δὲ προτέτακται μεθόδου καὶ πρᾶξις προαιρέσεως κατὰ τὴν τοῦ Ἀριστοτέλους συνήθειαν τὴν φύσιν μιμουμένου, ἀπὸ τῶν ἀτελεστέρων ὡς ἐπίπαν ἀρχομένην ἐν ταῖς γενέσεσι καὶ προβαίνουσαν οὕτως ἐπὶ τὰ τελεώτερα. *Eustr. lat. (Mercken 14,42–45):* Ars autem praeordinatur methodo et actus electioni secundum Aristotelis consuetudinem naturam imitantis, ab imperfectioribus semper incipientem in generationibus et procedentem sic ad perfectiora.

[156] *Vgl. Streb. eth. 3v:* Cur ars et doctrina actioni et electioni praeponitur? […] Rationem principem iuvat ars atque doctrina, quamobrem iure praeponitur.

[157] *Der Ausdruck* in bonam et in malam partem *wurde in der patristischen und mittelalterlichen Exegese verwendet, um auf die Polysemie der biblischen Tier- und Zahlensymbolik hinzuweisen. Vgl. Hier. in Ezech. 5,17 (CCSL LXX 221,1158–1160):* Hoc sciendum, quod, quomodo cetera animantia ad bonam et ad malam partem referri solent, ita et aquila. *Eucher. form. 4 (CCSL LXVI 30,483):* Rinoceron fortis quisque uel in bonam uel in malam partem.

[158] *Digest. 50,16,236 (Mommsen/Krueger 919):* Eo nomine [venenum] omne continetur, quod adhibitum naturam eius, cui adhibitum esset, mutat.

[159] *Gaius (2. Jh. n. Chr.), Jurist und Verfasser des Lehrbuchs »Institutiones«. Die juristischen Arbeiten des Gaius wurden zu einer der wichtigsten Quellen des »Corpus iuris civilis«. – NP IV 737f.; GRL III 192–198; RRG 112–118.*

[160] *Digest. 50,16,236 (Mommsen/Krueger 919):* Qui venenum dicit, adicere debet, utrum malum an bonum: nam et medicamenta venena sunt.

[161] *Vgl. oben S. 46.*

nis venena temperari et praesertim cicutae ad interficiendos, qui capitis damnabantur, quae sane actio non magis erat iniusta, quam hodie sit nostrorum carnificum. Quis enim ignorat ad iustitiam pertinere atque reipublicae conducere, ut sontes occidantur? Posset etiam esse casus, ut quemadmodum licet ferro et flammis hostes punire in bellis iustis et legitimis, ita etiam venenis eos perdere non sit interdictum. Atque de hoc semel fuit requisitus Hippocrates, quod tamen facere noluit, quoniam exercitus, qui erat perdendus, ex Graecis constabat.[162] Haec inquam me non movent, quoniam tunc, si artem velimus hic ponere, dicemus perniciem illam malorum hominum quoad iustitiam et rempublicam habere boni rationem, sed veneficia, ut vulgo male audiunt et legibus damnata sunt, minime ad artem pertinent. Accedit huc (ut habetur ex divinis literis) ea esse a Deo condita et ideo, ut inquit Augustinus De civi|tate Dei lib[ro] 11., cap[ite] 22., suas habent $20\ Z_1$
utilitates,[163] quae a nostro ingenio imbecilli vix unquam possunt deprehendi. Tractatio itaque illorum ut ars fabrilis et rhetorica censeri posset, quorum materia utilis et damnosa potest esse pro ingenio et proposito utentium.

Bonum et finis an possint converti.

Revocatur etiam in dubium, an bonum et finis aequalia sint, inter se ita ¦ habeant, ut retro commeent et, ut vulgo dicitur, convertantur,[164] $18\ Z_2$
ita ut quicquid est bonum, sit finis et quicquid est finis, sit bonum. Hic ego iudicarem nihil posse finem esse, quod rationem boni non habeat, cum tamen sint multa bona, quae fines dici non possunt, ut medicina, quae alioqui amara est et minime sapit, bona dicitur, quae tamen finis non est, eam quippe sumit aegrotus propter sanitatem consequendam; ita etiam sunt incisiones, adustio et alia id genus, quae solent partibus corporis putribus et tumentibus peritis medicis adhiberi. Quamvis Plato in Philebo secus videatur sentire, nam bonum id inquit esse, ad quod alia referuntur.[165] Sed quae referuntur ad aliud, non ad bonorum

Z. 11 veneficia] venefica Z_2 13 ea esse] esse Z_2 27 putribus] putridis Z_2 27 peritis] a peritis Z_2

[162] *In der ausführlichsten Biographie des Hippokrates, derjenigen von Soranos von Ephesos (2. Jh. n. Chr.), wird dieses Ereignis nicht erwähnt. Vgl. Soran. vit. Hipp. (Ilberg 174–178).*

[163] *Aug. civ. 11,22 (CCSL XLVIII 340,13 f.):* […] uenena ipsa, quae per inconuenientiam perniciosa sunt, conuenienter adhibita in salubria medicamenta uertantur.

[164] *Konversion ist die Ableitung eines Urteils aus einem anderem durch Vertauschung von Subjekt und Prädikat, vgl. WPB I 853; EPW II 466. Vgl. auch Boeth. syll. categ. (PL LXIV 785C):* Converti autem vel sibi vel aliis propositiones dicuntur, quoties, mutato ordine terminorum, id est quod subjectum fuerat praedicato et quod praedicabatur ante subjecto, veritatem simul obtinent vel falsitatem.

[165] *Plat. Phil. 20d (Burnet II ibid.):* περὶ αὐτοῦ [τἀγαθοῦ] ἀναγκαιότατον εἶναι λέγειν,

ordinem, sed ad alium quendam sunt reducenda. Unde fortassis, quae nos commoravimus antea, bona non vocaret, sed media, quibus adipisceremur bonum. Verum doctrinae peripateticae hoc adversatur, nam illi bonum distinguunt, ut quoddam sit propter se, quoddam propter aliud. Quod Aristoteles in Rhetoricis diserte adfirmat.[166] Quid vero dicetur de istis quatuor facultatibus ab Aristotele connumeratis, quando id quandoque expetant, ut malum aliquod evitemus, quoniam tum in bonum non videntur ferri. Imo tunc etiam bonum appetunt, quoniam abesse a malo est non parvum bonum, sicut habetur in eiusdem philosophi Rhetoricis.[167] In quem sensum Christus aiebat de Iuda: »Bonum esset homini illi, si natus nunquam fuisset«[168]; quibus verbis evitationem summi mali, hoc est aeternae damnationis, bonum appellat. Et alio loco iubebat scandalizantem oculum erui atque identidem manum, si quidem longe melius est, ut his careas, quam ut integer ac totus mittaris in gehennam.[169]

Boni distinctio.

Malo carere est magnum bonum.

Nunc postremo loco superest, ut quaeramus, unde nam sit petendus modus ac mensura huius desiderii, quo cuncta bonum appetunt. Habetur autem quandoque penes quantitatem boni, ad quod res feruntur. Prout enim vel maius vel minus id fuerit, studium erga ipsum vehe|mentius est aut remissius. Nonnunquam vero prout perfectius vel obscurius cognoscitur, nam fieri potest, ut bonum sit magnum, sed quia imperfecte cognoscitur minus desideratur, ac e diverso minima bona, si ob oculos fuerint atque perpetuo cogitata et intellecta, vehementer movent. Adducimur etiam saepius, ut maiori studio in aliquod bonum feramur, vel quia multum indigemus, vel quia sic assuevimus,

Modus appetendi bonum.

21 Z_1

Z. 13 erui] eruere $\mathcal{Z}_2$

ὡς πᾶν τὸ γιγνῶσκον αὐτὸ θηρεύει καὶ ἐφίεται βουλόμενον ἐλεῖν καὶ περὶ αὐτὸ κτήσασθαι, καὶ τῶν ἄλλων οὐδὲν φροντίζει πλὴν τῶν ἀποτελουμένων ἅμα ἀγαθοῖς.

[166] *Vgl. Arist. rhet. 1,7, 1363b 38–1364a 3 (Ross 29):* καὶ αἱρετώτερον τὸ καθ' αὐτὸ τοῦ μὴ καθ' αὐτό, οἷον ἰσχὺς ὑγιεινοῦ· τὸ μὲν γὰρ οὐχ αὐτοῦ ἕνεκα, τὸ δὲ αὐτοῦ, ὅπερ ἦν τὸ ἀγαθόν.

[167] *Arist. rhet. 1,6, 1362a 34–37 (Ross 24f.):* ἀνάγκη τάς τε λήψεις τῶν ἀγαθῶν ἀγαθὰς εἶναι καὶ τὰς τῶν κακῶν ἀποβολάς· ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ μὲν τὸ μὴ ἔχειν τὸ κακὸν ἅμα, τῷ δὲ τὸ ἔχειν τὸ ἀγαθὸν ὕστερον. *Vgl. Arist. rhet. 1,7, 1365b 11–13 (Ross 34):* καὶ τὸ ἀλυπότερον καὶ μεθ' ἡδονῆς· πλείω γὰρ ἑνός, ὅτι ὑπάρχει καὶ ἡ ἡδονὴ [ἀγαθὸν] καὶ ἡ ἀλυπία.

[168] *Mt 26,24.*

[169] *Mt 18,8f.* Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscide eum et proice abs te; bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel clodum, quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem aeternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum et proice abs te; bonum tibi est unoculum in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

vel propterea quod temperamentum corporis eo stimulat, vel denique quod alios aemulemur, a quibus id vehementer expetitur, ne ab ipsis videamur superari.

Quomodo ea, quae iam sunt tradita, cum sacris literis congruant.

Verum iam expendamus, quomodo ea, quae dicta sunt, divinis literis congruant. Primum, quod omnia bonum expetant, videtur imitatio quaedam esse ¦ Dei Opt[imi] Max[imi] authoris creaturarum. Is 19 Z_2
enim, dum conderet singula quaeque, in bonum finem ferebatur, sicut libro Geneseos dicitur Deum vidisse lucem, luminaria coeli, stellas, herbas et plantas, et alia quod essent bona, denique septimo die quievit cernens cuncta, quae fecerat, fuisse admodum bona.[170] Hoc itaque studium bonorum in omnibus rebus vestigium et character est divinae proprietatis. De artibus autem et doctrinis facile dabitur, quod appetant bonum per seipsum atque suopte ingenio, quamvis id in malum cedat et peccatum his, qui non sunt in Christo renati, et propterea saepius fit, ut hominibus cultis et ornatis bonis artibus et scientiis abscondantur arcana salutis et rudioribus patefiant, iuxta illud: »Abscondisti haec a sapientibus et revelasti ea parvulis«[171]. Et Paulus ad Cor[inthios] 1.: »Videte vocationem vestram fratres, quoniam non multi sapientes, sed stulta mundi elegit Deus, ut pudefaciat sapientes«[172]. Quae locum non haberent, si artes et doctrinae vera bona et quae Deo nos gratos facerent consectarentur. Verumtamen ea, quamvis genere atque natura sua bona sint, nobis attamen, si fuerimus infideles et arrogantes, in malum vertuntur. Quoad electiones et actiones ait scriptura libro Geneseos cor hominis pronum esse ad malitiam idque iam inde a prima pueritia[173]. Et Paulus in eundem ferme sensum dicebat ad Romanos: »Scio enim, quod non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum«[174]. Quare dicendum est id esse naturae vitium per Adamum contractum, ut homines non regenerati per Christum sint ad ea proni, quae revera prava sunt, iniusta et turpia, ac legi divinae quam maxime repugnant. Atque si postea formentur disciplinae praeceptorum et moralibus virtutibus aut egregia indole fuerint | praediti, superant quidem 22 Z_1
turpiores appetitus et in bona quaedam civilia et moralia feruntur suo

[170] *Gen 1,31–2,2* Viditque Deus cuncta, quae fecit, et erant valde bona. Et factum est vespere et mane, dies sextus. Igitur perfecti sunt caeli et terra et omnis ornatus eorum. Conplevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat, et requievit die septimo ab universo opere, quod patrarat.

[171] *Mt 11,25.*

[172] *1Kor 1,26f.*

[173] *Gen 8,21* Sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adulescentia sua.

[174] *Röm 7,18.*

delectu, sed quae illis, ut antea dicebamus, et peccata sint et in perniciem cedant, quamobrem constanter affirmandum est nondum renatorum delectus et actiones (ut scribitur in Genesi) pronas esse ad malum[175]. Quod tamen Aristoteli non adversatur, quoniam ea mala sub ratione bonorum apprehenduntur. Quin et regenerati fere perpetuo vel nolentes rapimur ad peccata et illa praecipites expetimus, verum per gratiam et Spiritum desideriis illis adversamus, ut denique per fidem in Christo victores efficiamur. Reliquas autem Dei creaturas bonum expetere non dubitamus, quoniam reguntur divinis legibus, et prout a rege naturae ducuntur, agunt, quaecunque faciunt, quamvis et ipsae propter hominis peccatum cogantur vanitati subiici. Fidei autem spei et charitatis nec non gratiae ac impulsus divini Spiritus non meminit Aristoteles, quoniam ea non novit, quae tamen verissima bona expetunt. His ita expositis reliqua videamus.

20 Z_2 ¦ *Videtur autem quaedam esse differentia finium. Nam earum quaedam sunt actiones, aliae vero praeter ipsas quaedam opera. Et illa, quorum fines aliquae sunt praeter actiones, in his opera sunt meliora ipsis actionibus. Cumque plurimae sint actiones, artes et scientiae, multae quoque sunt fines. Medicinae nanque finis est sanitas; artis extruendarum navium, navis; facultatis rei militaris, victoria; et familiaris rei gubernandae, divitiae.* [2*] 1094a 3–9

Scopus huius loci est docere humanas res non tantum habere finem praestitutam, ut iam docuimus,[176] verum finem illam esse multiplicem et in ea finium varietate alias esse praestantiores aliis, quandoquidem ista multiplicitas est ex illarum rerum genere, quae ordinem inter sese habent. Neque alia de causa nunc agit Aristoteles de his, nisi ut queat 23 Z_1 ex multis finibus praestantissimam deligere, quam osten|dat humanam esse felicitatem. Erit igitur horum verborum ista propositio: fines hu- Scopus. Analysis.

[2*] *AG* διαφορὰ δέ τις φαίνεται τῶν τελῶν· τὰ μὲν γάρ εἰσιν ἐνέργειαι, τὰ δὲ παρ' αὐτὰς ἔργα τινά· ὧν δ' εἰσὶ τέλη τινὰ παρὰ τὰς πράξεις, ἐν τούτοις βελτίω πέφυκε τῶν ἐνεργειῶν τὰ ἔργα· πολλῶν δὲ πράξεων οὐσῶν καὶ τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν πολλὰ γίνεται καὶ τὰ τέλη· ἰατρικῆς μὲν γὰρ ὑγίεια, ναυπηγικῆς δὲ πλοῖον, στρατηγικῆς δὲ νίκη, οἰκονομικῆς δὲ πλοῦτος· – *AL* Differencia vero quedam videtur finium. Hii quidem enim sunt operaciones, hii vero preter has opera quedam. Quorum autem sunt fines quidam preter operaciones, in hiis meliora existunt operacionibus opera. Multis autem operacionibus entibus et artibus et doctrinis, multi fiunt et fines. Medicinalis quidem enim sanitas, navifactive vero navigacio, militaris vero victoria, yconomice vero divicie.

[175] *Vgl. Gen 8,21.*
[176] *Vgl. oben S. 58.*

mani sunt multi et unus est alteri praeferendus. Probatio prioris partis est: quoniam finium aliae sunt actiones, aliae vero praeter actiones opera, et diversarum artium et doctrinarum non eadem est finis. Sic demonstratur multitudo finium partim a natura diversa illarum, partim a diversitate principiorum, prout ab aliis artibus et scientiis expetuntur. Altera propositionis pars erat: unam finem esse altera praestantiorem. Quod ostendit, quoniam fines artium et scientiarum praecipuarum, quas vocant ἀρχιτεκτονικάς, sunt multo nobiliores finibus aliarum facultatum, quae ad ipsas ordinantur. Quod exemplis in textu confirmabitur. Poterunt igitur esse duo syllogismi. Primus:

Quaecunque diversam naturam habent et spectant ad diversas facultates, non sunt eadem.
Fines humanae diversam naturam habent. Nam aliae earum sunt actiones et aliae opera, et spectant ad diversas facultates. Nam diversae sunt artes, actiones et scientiae.
Igitur non est unus finis.[177]

Alter syllogismus hypotheticus:

Si facultates ordinem inter se habent, ut una sit praestantior altera, fines quoque illarum erunt ita comparatae, ut una sit melior altera.
¦ Sed facultates ita se habent, ut una praeferatur alteri. 21 Z_2
Fines itaque habebunt eundem ordinem.[178]

Iuxta huius probationis partes textus distribuitur. Primo enim ostendit multiplices esse fines, deinde unam altera meliorem. Primum tradit usque illum locum: »Quot autem sunt huiusmodi, sub aliqua una potentia sunt.«[179] Iam de priore agamus parte.

Interposuerat sententiam universalem de omnibus rebus, quod bonum appeterent. Sed cum prius coepisset agere de humanis rebus, nunc ad eas redit, nempe ad artes et methodos, ut illa, quae sequuntur, declarabunt. Utilissimum est Aristotelis propositum, nam hinc ostendet facultatem hanc pro fine habere actionem et eam quidem optimam,

[177] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Celarent.

[178] *Boeth. syll. hyp. 1 (PL LXIV 845A–848B) unterscheidet zwischen zwei Formen von einfachen hypothetischen Syllogismen, je nachdem ob der Nebensatz (Form 1) oder der Hauptsatz (Form 2) aus dem Obersatz des Syllogismus im Untersatz negiert wird. Beiden Formen entsprechen je vier Modi. Der vorliegende hypothetische Syllogismus entspricht dem 1. Modus der 1. Form, vgl. Boeth. syll. hyp. 1 (PL LXIV 845B-C); Prantl 1855, 705.*

[179] *Arist. eth. Nic. 1,1, 1094a 9f. (Bywater 1):* ὅσαι δ' εἰσὶ τῶν τοιούτων ὑπὸ μίαν τινὰ δύναμιν.

ideoque curat, ut Eustratius inquit, intelligi non esse perfectiores actiones illas, quae habent opus permanens, cum desierint,[180] imo potius e diverso accidere quam saepissime, ut postea demonstrabimus. Et certe,
24 z_1 si quis opinaretur facultates esse meliores, quae post actiones opus | aliquod relinquunt, quam illae, quae tantum actione consumuntur, is existimaret felicitatem hominis imperfectiorem eiusmodi operibus, cum in actione tantum consistat. Quare scire debetis quandoque unum, quandoque alterum accidere, nempe ut interdum praestantius sit opus, quod relinquitur, interdum vero actio. Nam finis medici est opus, nimirum sanitas, quae in homine relinquitur, cum fuerit curatus, qui finis si conferatur cum saltatione, quae finis est artis saltatoriae, multo est melior. E diverso artis aedificandi naves finis est navis, opus nimirum, quod relinquitur post aedificationem. Ast haec finis collata cum navigatione, quae actio est et finis artis nauticae, est imperfectior. Proinde, quod attinet ad dignitatem, nihil refert, an finis fuerit opus, an fuerit actio, nam quandoque unum est melius, quandoque alterum. Hoc tamen certum est, ut inquit Aristoteles, quod, ubicunque opera sunt fines, actiones, quae illa praecedunt et quibus fiunt, dignitate vincuntur atque ratio est, quoniam ad aliud ordinantur.

Πράξις et ποίησις quid differant.

In verbis Aristotelis notabimus, quod posuit primum ἐνέργειας, postea πράξεις, quae diversitas vocum diversitatem non indicat actus humani. Sed ποίησις et πράξις differunt, ut dicetur in 6.[181] Nam πράξεις sive, ut nos diceremus, actiones hae sunt, quae post se nec relinquunt opus; at ποιήσεις, quas (ut ita dicam) factiones dixeris, opus aliquod efficiunt, quod post remanet et extans potest demonstrari. Atque hanc distinctionem inter agere et facere observavit Aristoteles. Neque mirandum est illum de finibus hic tam diligenter scribere, quandoquidem mores, virtutes, electiones, affectus et alia humana sunt adeo divulsa et
22 z_2 diversarum naturarum ac generum, ut, nisi ¦ coniungantur aliqua scientia vel methodo, tradi non possint nec alia quapiam re ordinantur et iunguntur nisi per fines.

Z. 19 ordinantur] ordinatur z_1

[180] *Eustr. graec. (Heylbut 9,5–8):* Ταῦτα δὲ προέθετο εἰπεῖν […] ἵνα μή τις ἐρεῖ πλέον ἔχειν τι τὰς τέχνας καὶ τὰς μεθόδους τὰς ἔργον ἐχούσας τέλος παρὰ τὰς ἐχούσας μόνην ἐνέργειαν. *Eustr. lat. (Mercken 15,69–71):* Haec autem proposuit dicere […], ut nullus dicat amplius habere aliquid artes et methodos quae opus habent finem, quam illas quae habent solam operationem.

[181] *Arist. eth. Nic. 6,4, 1140a 2 (Bywater 116):* ἕτερον δ᾽ ἐστὶ ποίησις καὶ πρᾶξις.

Omne opus confectione sua est dignius.

Nunc vero ex dictis philosophi unam duntaxat habemus universalem et constantem regulam: omne opus, quod extat post confectionem, ea esse dignius, quare non oportet, ut opus aliis conferatur actionibus, sed illi tantum modo praxi, per quam est confectum. Et ut res melius teneatur, sciendum est, quod post opera iam confecta sequuntur aliae actiones. Etenim cum domus est aedificata, inhabitatur, et cum sanitas restituta est aegrotanti, agere incipit expedite iuxta suam naturam. Unde cum opus ad haec posteriora fuerit relatum, indignius est eis, nam ad illa ordinatur. Sed quaedam actiones nobilissi|mae, quae opera Z_1 artificiosa nec antecedunt nec sequuntur, uti sunt actiones virtutum, nisi dixeris frequentes actiones rectas ac iustas opus tandem relinquere, id est habitum in animo, ad quem postea sequantur actiones virtutum. Quod si dixeris, non multum pugnabo, quamvis Aristotelem videam alio spectare neque habitum, quod sciam, unquam appellavit opus.

Finis τέλος unde dicta.

Sed quando tot dicuntur de finibus, operaeprecium esse arbitror, ut definiatur, quidnam sit finis. Vocis etymologia duplex adfertur. Una est a verbo Graeco τελέω vel τελεόω, quod est »perficio« aut »finio«, unde derivatur τέλος, quod sit perfectio quaedam eorum, quae ad ipsum referuntur. Accipitur etiam pro termino et extremo rei, unde mors etiam dicitur finis, non quod eam expetamus aut illa perficiamur, sed quia terminus est et extremum vitae. Altera est etymologia, ut sit ἀπὸ τοῦ τέλλειν, quod est oriri, quia ἀνατέλλει πῶς πάσης πράξεως, ante quamlibet actionem vel confectionem praelucet instar solis orientis.[182]

Finis quid sit.

Definitur autem ab Aristotele, quod οὗ ἕνεκεν τὰ ἄλλα, αὐτὸ δὲ μηδενὸς ἕνεκεν.[183] Vel διὸ τἄλλα, αὐτὸ δὲ διά μηθέν.[184]

Cum autem multae sint artes actiones et scientiae, multi sunt fines.] Prius diversitatem finium ostendit a naturis eorum, nunc ex eo, quod sunt diversarum facultatum. Divitias dicit fines oeconomiae iuxta vulgatam opinionem, cum in oeconomicis et politicis dicat divitias potius instrumentum esse ad aliquod aliud bonum comparandum. Potuissem alteram partem interpretari, quomodo fines ita se habeant, ut unus altero sit praestantior, sed prius adversus ea, quae diximus, proponentur dubia, nam cum ista recens audiveritis, ea facilius intelligetis quam si diutius ea differremus.

Z. 22 πῶς] πρὸ Z_2 24 τὰ ἄλλα] τ' ἄλλα Z_2 25 τἄλλα] τ' ἄλλα Z_2

[182] *Vgl. Eustat. comm. Il. 11,730 (Van der Valk III 316,3–5):* Δοκεῖ δὲ ἀπὸ σεμνοτάτης λέξεως τῆς τοῦ τέλλειν τὸ τέλος γίνεσθαι, ὁποῖον ἂν ἐκεῖνο εἴποι τις· προανατέλλει γάρ πως ἀπάσης πράξεως ὁ κατὰ τέλος σκοπός, καὶ αὐτοῦ ἕνεκα τὰ πρὸ αὐτοῦ.

[183] *Vgl. Arist. rhet. 1,7, 1363b 16f. (Ross 28).*

[184] *Vgl. Arist. top. 6,8, 146b 10 (Ross 136):* τέλος […] οὗ χάριν τἄλλα.

Revocatur in dubium, quomodo Aristoteles duo genera finium posuerit, nimirum actionem et opus. Videtur enim relinquere τὴν θεωρίαν, quam tamen commemoravit in Topicis ut finem,[185] et Quintilianus[186] in divisione artium, lib[ro] 2., cap[ite] 19. triplicem finem con-
23 Z_2 5 stituit, opus, actionem et contemplati¦onem,[187] et ipse demum Aristoteles in Ethicis ad finem de contemplatione agit ac eam proculdubio bonam partem esse docet humanae felicitatis.[188] Proinde manca esse videbitur haec distinctio, cum tertium membrum omittatur.[189] Sed ad hoc respondemus nomine τῆς ἐνεργείας contemplationem ipsam con-
10 tineri ac diligenter notandum est Aristotelem non dixisse πράξιν, sed
26 Z_1 ἐνέργειαν, quia no|mine πράξεως non comprehendisset contemplationem. Unde partitio non est mutila neque secum pugnat Aristoteles neque adversatur Quintiliano. Nam, quamvis tres istae fines connumerentur, duae tamen earum comprehenduntur unica voce.

Quare θεωρία non numeretur hic inter fines.

15 Quaeritur praeterea, quia rationem adduximus, quare opus praestantius ea sit confectione, qua efficitur, quoniam ordinatur ad opus, num hoc verum sit in universum, quod quidquid in aliud tanquam in finem dirigitur, sit eo ignobilius; quod non videtur esse dandum, nam opilionis finis est curare oves, ut bene habeant, hoc sua studet arte
20 consequi, cum tamen ovibus longe praestet. Quis enim dubitet hominem pecudibus anteferendum? Quin et angeli, ut dicitur ad Hebraeos, sunt spiritus administri salutis electorum[190], cum tamen ipsorum dig-

An illud fine sit ignobilius, quod in finem ordinatur.

Z. 17 quidquid] quicquid Z_2

[185] *Es bleibt unklar, welche Stelle in Arist. top. gemeint ist. Zur Einteilung der Wissenschaften vgl. Arist. top. 8,2, 157a10f. (Ross 167):* καὶ ὅτι τῶν ἐπιστημῶν αἱ μὲν θεωρητικαὶ αἱ δὲ πρακτικαὶ αἱ δὲ ποιητικαί.

[186] *Marcus Fabius Quintilianus (ca. 35–100 n. Chr.), berühmter römischer Rhetoriklehrer, Verfasser des rhetorischen Lehrbuchs »Institutio oratoria«. – NP X 716–721; GRL II 745–760.*

[187] *Quint. inst. 2,18 (Winterbottom 121,8–16):* Cum sint autem artium aliae positae in inspectione, id est cognitione et aestimatione rerum, qualis est astrologia nullum exigens actum, sed ipso rei cuius studium habet intellectu contenta, quae θεωρητική uocatur, aliae in agendo, quarum in hoc finis est et ipso actu perficitur nihilque post actum operis relinquit, quae πρακτική dicitur, qualis saltatio est, aliae in effectu, quae operis quod oculis subicitur consummatione finem accipiunt, quam ποητικήν appellamus, qualis est pictura.

[188] *Arist. eth. Nic. 10,8, 1178b 28–32 (Bywater 217):* ἐφ' ὅσον δὴ διατείνει ἡ θεωρία, καὶ ἡ εὐδαιμονία, καὶ οἷς μᾶλλον ὑπάρχει τὸ θεωρεῖν, καὶ εὐδαιμονεῖν, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς ἀλλὰ κατὰ τὴν θεωρίαν· αὕτη γὰρ καθ' αὑτὴν τιμία· ὥστ' εἴη ἂν ἡ εὐδαιμονία θεωρία τις.

[189] *Dieser Einwand wird auch von Omer Talon in seinem Kommentar zum ersten Buch der Nikomachischen Ethik erhoben und durch einen Verweis auf dieselben drei Stellen belegt. Vgl. Tal. eth. 1006.*

[190] *Hebr 1,14* Nonne omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capient salutis?

nitas et natura homines antecellat. Et denique Aristoteles De generatione et corruptione dixit finem corporum coelestium esse ut generentur homines,[191] cum tamen nulli Peripatetico dubium sit coelos digniores esse hominibus. Quidam putarunt evasisse dubium dicendo, quod commemoratur fines tantummodo esse actionum, sed non illorum efficientium, scilicet coeli, angeli et opilionis. At hoc nihil iuvat, efficientia enim suas non assequuntur fines nisi per actiones, ideoque finis idem assignandus est efficienti et operi eius. Sed sciendum est, quod, ut habetur in secundo De anima, 35. et 37., est duplex finis, unus dicitur »cuius gratia«, alter »cui«, Graeci οὗ et ᾧ.[192] Ut animal generans habet finem cuius gratia, aeternum illud scilicet et divinum, nempe perpetuitatem, quam vellet assequi, quam cum absolute non possit habere, saltem generando sibi vendicat. Finis cui est res, quae generatur, et naturae finis in plantis est, ut fructus aut flores producat, estque id finis cuius, sed hominum usus est finis cui. Tunc bene fieri potest, ut finis cui sit ignobilior, eoque ad ipsum refertur; finis autem cuius est dignior ut materia, quae ad formam dirigitur, et nemo ignorat formam praestantiorem esse materia. Verum e diverso accidit, quando ad id, quod est finis cui aliquid dirigitur, non ut ipsum ex eo perficiatur, sed ut ipsum perficiat, quoniam tunc finis cui est indignior eo, quod est ad talem finem. Ita de angelis et de coelo: coeli finis cuius est assimilari Deo et alia perficere, quod est melius, nam ¦ coelum dignius est haec faciens, quam si non faceret; similiter angelis finis est | obedire Deo et nos servare, quod faciendo sunt digniores seipsis, quam si non facerent. Et opilio finem habet cuius causa, suam ipsius copiam et ubertatem, cum qua melior est, quam si ea destitueretur, et familiae ac civitatis copia. Sed finis cui sunt ipsae oves, ad quas ordinatur, ut illas perficiat. Et exemplum huius, quod aliquid ordinetur ad aliud, ut ipsum perficiat et sit eo dignius, habetur, quando a regibus et monarchiis constituuntur aliqui praefecti seu vicarii et diriguntur ad populum, ut illum regant et curent, ad quam finem non referuntur ut ignobiliores plebe, sed ut qui ab ea observentur et honorentur. Sed in his finis est cui, verum si respiciamus cuius gratia haec fiant, semper agnoscemus finem esse praestantiorem. Atque ista distinctione solvuntur instantiae iam adductae de corporibus coelestibus, de angelis, de opilione, nam ista, quamvis digniora sint fine cui, non tamen fine cuius gratia. Ovibus

Finis cuius gratia et cui.

Quod dignius est, ordinatur aliquando ad aliquid perficiendum.

24 Z_2

27 Z_1

[191] *Diese Aussage lässt sich in Arist. gen. corr. nicht nachweisen. Vgl. aber Thom. Aqu. STh Ia q. 65 a. 4 arg. 3 (STO II 280):* Corpora caelestia causant formas in istis inferioribus, unde dicuntur esse generationis et corruptionis causa.

[192] *Arist. anim. 2,4, 415b 2f. (Ross 34):* τὸ δ' οὗ ἕνεκα διττόν, τὸ μὲν οὗ, τὸ δὲ ᾧ.

enim praestantior est opilio, sed non seipso vel domino suo, si fuerit mercenarius, vel sua familia, vel civitate, nam vel in gratiam suiipsius, vel in gratiam domini aut familiae aut civitatis curat oves. Identidem angeli faciunt et corpora coelestia, quia ministrant nobis haudquaquam nostra ipsorum causa, sed partim ut Deo satisfaciant, partim ut suam ipsorum perfectionem exerceant.[193] Sed opus cum refertur ad praecedentes actiones neque ulterius respicit, est finis cuius causa, unde actiones antecedentes sunt illo, quemadmodum ait Aristoteles, indigniores. Quod si postea respiciatur ulterior finis, idest usus operis, ille dignior erit opera, ut antea dicebamus de inhabitatione domus, cum ad aedificium refertur. Et ratio est, quoniam tunc inhabitatio est finis cuius causa, domus autem finis cui.

Definitio finis, ad quam finem pertineat.

De definitione finis iam allata dubitatur, an sit extremae finis vel universalis ad omnes fines. Respondemus posse esse generalem et particularem. Particularis est finis extremi, si addas extremam partem: καὶ αὐτὸ διὰ μηθέν, sive alteram: καὶ αὐτὸ μηδενὸς ἕνεκεν. Istae particulae coniunctae prioribus definiunt extremam finem. Sed si adimantur et tantum relinquantur priores partes, tunc definitio est generalis, quod finis sit, propter quem alia, aut finis est, cuius causa alia.

An, si plures sint fines, plures etiam res ad eas referantur.

28 Z_1 Ad haec ambigitur, cum Aristoteles inquit: »Quoniam multae sunt | artes, actiones et scientiae, complures etiam sunt fines«, an retro commeet propositio et convertatur, nimirum quod ubicunque fuerint plures fines, plures etiam sint res ad illas fines relatae. Ad quaestionem respondemus, hoc non esse necessarium, quandoquidem natura saepius unius et eiusdem rei plures fines instituit, verbi gratia lingua non 25 Z_2 tantum dirigitur ad loquendum, ¦ sed ad sapores gustandos; item dentes cibum scindunt et commoliunt atque iuvant sermonem; et facultate dialectica non tantum vera confirmamus, verumetiam falsa refellimus. Quamobrem, cum multae sint facultates et artes, multas esse fines dabimus, ex numero finium rerum numerus non colligetur.

An medicinae finis sanitas, rhetoricae persuadere.

Dubitamus etiam, quoniam Aristoteles dicit medicae facultatis finem esse sanitatem, militaris victoriam etc., contra quam sententiam scribit ipsemet in Topicis libro 1., capite 2.[194] et Quintilianus libro 2., capite 12.[195] Quandoquidem medicinae finis est non sanitas, verum

[193] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 112 a. 1 ad 4 (STO II 344):* Dicendum quod angeli in suis actionibus exterioribus ministrant principaliter Deo, et secundario nobis.

[194] *Arist. top. 1,3, 101b 8–10 (Ross 3):* οὔτε γὰρ ὁ ῥητορικὸς ἐκ παντὸς τρόπου πείσει οὔθ' ὁ ἰατρικὸς ὑγιάσει, ἀλλ' ἐὰν τῶν ἐνδεχομένων μηδὲν παραλίπῃ, ἱκανῶς αὐτὸν ἔχειν τὴν ἐπιστήμην φήσομεν.

[195] *Quint. inst. 2,17 (Winterbottom 118,1–5):* Medicus sanitatem aegri petit: si tamen

adhibere omnia et nihil omittere eorum, quae valeant ad sanandum. Quod si aegrotus vel propter intemperantiam victus, vel ex nimia debilitate naturae, vel ex indomita et insuperabili violentia morbi non sanetur, medicus non excidit a fine artis. Idem est dicendum de oratore, cuius finis est omnia dicere, quae faciant ad suadendum et nihil omittere, quod eo pertineat; unde, licet non persuaserit, minime tamen a fine suo aberrat, si hoc observaverit. Eademque dicere possumus de oeconomo et imperatore.[196] Sed in hac dissolvenda quaestione multum non est laborandum, quoniam Aristoteles in exemplis afferendis pinguiori Minerva[197] rem ostendit neque sollicitus est, ut exempla semper ad amussim[198] congruant, verum ea profert, ut vulgo iactantur. Deinde licet sanare, persuadere ac vincere non semper consequantur actiones medicorum, rhetorum et militum, attamen a nullo potest negari, quin ad ista respiciant hae facultates et pro viribus nitantur ea consequi.

Opus quomodo finis sit actionis, cum sit posterius actione.

Postremo, quia de finibus agitur, dubium est, quomodo dicatur aliquod opus finis esse vel actionis vel artis. Nam si res consideretur, quae facta est ab artifice, illa est effectum, non igitur causa; nam causam oportet priorem effectu esse et nihil seipso prius esse potest. Hic respondent aliqui, rem factam esse finem, non quatenus extat et iam perfecta est, sed qua prius a mente artificis | comprehendebatur; et res 29 Z_1 potest esse prior seipsa diversa ratione, quoniam prius in mente versatur artificis, quam actu fiat. Huic ego responsioni minime acquiesco, quoniam forma illa cognita, quae in animo versatur artificis, rationem habet efficientis, nam ut obiectum movet illius mentem. Accedit ad haec, quod artifex non desiderat talem habere formam, qualem habet in animo, sed in re vult expressam atque illo tanquam in finem tendit. Proinde res ipsa exterior causa finalis est, non qua extat vel efficitur, sed qua rationem boni habet, et ea perficitur vel efficiens vel eius actio. Atque fateor haec oportere prius intelligi et cognosci ab efficiente, sed nego ista finis ¦ rationem habere, ut formae sunt et species in mente, 26 Z_2 sed pro his, quae significant et referunt intelligentiae artificis.

aut ualetudinis ui aut intemperantia aegri alioue quo casu summa non contingit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinae fine non excidet.

[196] *Dieser Einwand findet sich auch in Tal. eth. 1006, wo auf dieselben Belegstellen wie bei Vermigli verwiesen wird.*

[197] *Vgl. Erasm. adag. 37 (ASD II/1 152,171–173):* Dicitur pinguiore Minerua fieri, quod inconditius simpliciusque quasique indoctius fit, non autem exquisita arte nec exactissima cura.

[198] *Vgl. Erasm. adag. 490 (ASD II/1 560,971f.):* Frequens est apud autores Ad amussim […] pro eo, quod est: exquisita diligentia atque exactissima cura.

Quotquot autem sunt huiusmodi, uni alicui facultati subiiciuntur, veluti rei equestri, frenorum effectrix aliaeque omnes, quae equestria instrumenta conficiunt; atque haec omnisque demum actio bellica sub militarem atque eodem modo sub alias aliae. Atque in iis omnibus fines earum, quae architectonicae habentur, magis quam reliqui omnes aliarum, quae subiacent, expetendi sunt. Nam illos quoque horum causa sectamur. [3*] 1094a 9–16

Sensus est: cum multae sint artes atque scientiae, illae inter se ordinem habent, ita ut summa et praecipua omnium sit civilis, quae prae caeteris est ἀρχιτεκτονική; unde finis eius maxime ob oculos habendus est ceu perfectissimus. Propterea multae artes copulantur ad unam et multae item fines ad unam quandam, ut ad eam perveniatur, propter quam homo est. Et sciendum, quod, ut facultates praestantiores sunt inter sese, ita et illarum fines. Aristotelis exempla sunt artis eius, quae frena conficit, et caeterarum, quae sunt effectrices ephippiorum, quas omnes sub equestri facultate contineri affirmat. Item ipsius equestris et omnium actionum bellicarum, sicuti est equitare, sagittare, iaculari, | uti scutis, est una ars architectonica, unde ait sub re militari istas omnes artes comprehendi. Et sciendum artem illam seu facultatem architectonicam inferioribus, quas habet sub se, praescribere ac imperare et illius finem moderari finibus illarum.

Quare multae fines ad unam referantur.

30 Z_1

Appellat hic Aristoteles artem δύναμιν, respiciens (ut inquit Eustratius) materiem.[199] Ut enim materia est potentia et per potentiam cognoscitur, ita et artes in potentia sunt ad consequendum et non consequendum suam finem. Medicus quandoque sanat, interdum frustratur; orator nonnunquam persuadet et quandoque id non efficit. In potentia etiam sunt ad diversa, ut medicus et sanare potest et sanitatem corrumpere, orator suadere atque dissuadere, dialecticus probare

Ars quare δύναμις appelletur.

[3*] *AG* ὅσαι δ' εἰσὶ τῶν τοιούτων ὑπὸ μίαν τινὰ δύναμιν, καθάπερ ὑπὸ τὴν ἱππικὴν χαλινοποιικὴ καὶ ὅσαι ἄλλαι τῶν ἱππικῶν ὀργάνων εἰσίν, αὕτη δὲ καὶ πᾶσα πολεμικὴ πρᾶξις ὑπὸ τὴν στρατηγικήν, κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἄλλαι ὑφ' ἑτέρας· ἐν ἁπάσαις δὲ τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη πάντων ἐστὶν αἱρετώτερα τῶν ὑπ' αὐτά· τούτων γὰρ χάριν κἀκεῖνα διώκεται· – *AL* Quecumque autem sunt talium sub una quadam virtute, quemadmodum sub equestri frenefactiva et quecumque alie equestrium instrumentorum sunt, hec autem et omnis bellica operacio sub militari, secundum eundem itaque modum alie sub alteris. In omnibus itaque architectonicarum fines, omnibus sunt desiderabiliores hiis que sunt sub ipsis. Horum enim gracia et illa persecuntur.

[199] *Eustr. graec. (Heylbut 11,33f.):* Δύναμιν δὲ τὴν τέχνην ὠνόμασε διὰ τὸ ἔνυλον. *Eustr. lat. (Mercken 19,83.88):* Virtutem autem artem nominavit […] propter artis materiale.

et confutare. Quamvis textus legant ἀρετήν, quod tamen in idem recidit, quoniam ἀρετή non tantum habitum significat, verum etiam δύναμιν.

1094a 16–18 ¦ *Atque nihil interest, sive actiones fuerint fines actuum vel praeter ipsas quippiam aliud, ut in scientiis iam commemoratis apparet.*[4*] 27 Z_2

Quoniam in genere finium differentiam assignaverat, quod aliquae illarum essent actiones, aliae vero opera et praeceptionem universalem intulerat, quod, ubi finis esset opus, id haberetur praestantius omni actu, quo fuisset confectum, ideo nunc, ut non arbitremur illas facultates meliores, quae opus habuerint pro fine, aliis, quae tantummodo in actiones desinant, ista subiicere voluit, quibus affirmat nihil interesse quoad dignitatem facultatum, sive opus finem habeant sive actionem. Nam si facultas eo nomine censeretur nobilior, quod post actum relinqueret opus, tunc ars fabrilis melior esset civili, cum finis civilis constituatur felicitas, quae non est opus sed actio. Quod absurdissimum esset, cum felicitate nihil melius aut felicius possit inveniri, atque istud etiam superius praemonuimus. In summa statuit iam adductam sententiam, qua dixerat illarum facultatum fines esse meliores, quae alias sub se continent, quibus imperant et praescribunt, nec debilitari hanc doctrinam illa superiori distinctione de finibus, quod aliae interdum sint actiones, aliae vero nonnunquam opera.

Finium et facultatum praestantia inter se convertitur.

Sed hic dubium est, quando Aristoteles colligit dignitatem cuiusque finis ex nobilitate facultatis, quodnam sit hoc genus demonstra|tionis. 31 Z_1 Et respondemus esse ab effectis vel, ut vulgo dicunt, a posteriore, quoniam revera facultates nobilitatem suam et dignitatem ex finibus trahunt. Quare, cum ab illis nobilitentur, ex earum dignitate conficere praestantiam finium, est ab effectis ad causas progredi, quamvis propositio ista retro commeet sive convertatur. Ut enim dicimus finem melioris facultatis esse praestantiorem, sic etiam dicere possumus nobiliorem esse facultatem, quae digniorem finem habuerit.

Quomodo haec conveniant sacris literis.

Cum sic res habeat, videndum est, quomodo haec respondeant sacris literis. Primum dabimus christiani hominis in agendo multiplices esse fines, nam quandoque spectat eo, ut Deum ipsum invocet, nomen

Z. 22 *Marg.* convertitur] convertuntur Z_1

[4*] *AG* διαφέρει δ' οὐδὲν τὰς ἐνεργείας αὐτὰς εἶναι τὰ τέλη τῶν πράξεων ἢ παρὰ ταύτας ἄλλο τι, καθάπερ ἐπὶ τῶν λεχθεισῶν ἐπιστημῶν· – *AL* Differt autem nichil operaciones esse fines actuum aut preter has aliud quoddam, quemadmodum in dictis doctrinis.

eius celebret, gratias agat et consimilia, ubi Deum absque ullo medio spectat. Interdum vero contendit, ut seipsum instauret atque virtutibus et actionibus pulcherrimis recuperet imaginem Dei, ad quam est conditus. Est etiam aliquando, imo frequentissime in aliis hominibus iuvandis vel opibus, vel doctrina, vel consilio; quare manifestum est et christianae vitae multos esse fines, qui tamen fines, uti dicemus, gradus inter se atque ordinem habent. Ve¦rum, quod Aristoteles ait, ubi opus reliquitur post actum, ipsum opus melius esse praecedenti confectione, minime videtur locum habere in nostris finibus, si universaliter loquamur. Nam cum aliquis charitate adductus pauperem vestierit, aluerit, sanaverit aut docuerit, certum est, quod post actum relinquit opus, nempe saturitatem vel alimentum, vestitum seu doctrinam in paupere; quo genere operum actio, quae praecedit, nempe obedientia erga Deum et usus charitatis, longe magis placent Deo et sunt pluris aestimanda quam opus post actum remanens, cum id sit caducum et periturum. Quomodo autem in christiano instituto fines, quae multae sunt (ut diximus), inter sese ordinem habeant, videre licet in fide, spe et charitate. Nam prout est fides maior et magis per illam Deus agnoscitur, eo charitas magis circa finem suam inflammatur, ita ut finis et (ut dicunt) obiectum fidei praescribat charitati, et quanta est fiducia erga Deum tantus amor in proximum. Finis igitur charitatis, qui est bonum proximi, ita continetur sub fine fidei; sic etiam facit, ut fidei facultas quoad hoc emineat et praestet facultati charitatis; atque tertio, ut fides est firma atque charitas actuosa, spes habetur constantior et patientia seu fortitudine robustiore expectamus, ut perficiantur divina promissa, quo illa maiore fide apprehendimus atque per charitatem nos fructuosius exercuimus. Satis itaque ad id, quod volumus ostendere, essent hae tres facultates, nimirum fides, | spes et charitas. Verum quando se offert ordo tabularum Decalogi possumus aperte hoc idem in illis declarare. Nam prima tabula est, quae circa Deum absque ullo medio versatur, altera vero ad proximum dirigitur.[200] Et sentiendum est prioris tabulae, quoniam alteram continet et sub se habet ceu ἀρχιτεκτονική, maiorem esse dignitatem atque finem eius nobiliorem, quoniam posterioris tabulae finis regitur et gubernatur a priori. Unde

Varii fines christianorum in agendo.

28 Z_2

Opera christianorum non sunt praestantiora ipsa confectione.

Fines christianorum quem ordinem habeant.

32 Z_1

Z. 6 dicemus] dicimus Z_2 12 saturitatem] sanitatem Z_2 12 vel alimentum] alimentum vel Z_2

[200] *Vgl. Aug. serm. 9,6 (CCSL XLI 118,221–224):* Decalogus enim legis decem praecepta habet. Quae decem praecepta sic sunt distributa, ut tria pertineant ad deum, septem pertineant ad homines.

Lutherus in suo Cathechismo finem prioris tabulae prudentissime repetebat in singulo quoque praecepto posterioris. Verbi gratia: quoniam Deus toto corde et tota anima est diligendus, ideo tu non occides; item: quoniam Deus toto corde et tota anima est diligendus, adulterium ne committas.[201] Ab his non differt Aristoteles, qui statuit ex eo, quod hoc vel illo modo est equitandum, artem, quae frena conficit et ephippia equorum, debere talia vel talia sua opera facere; proinde quo ad haec, non male consentiunt.

¦ Caput II 29 Z_2

1094a 18–22 *Itaque si quis est finis rerum agendarum, quem per seipsum velimus et propter ipsum caetera, nec omnia propter aliud eligimus, nam sic processus esset in infinitum, unde noster appetitus esset inanis et vanus, perspicuum est talem finem bonum et optimum esse.*[5*]

Methodus secundi capitis. In isto capite secundo duo praecipue tractantur, nam primo loco demonstratur ex finibus aliquem oportere constitui extremum et optimum, deinde traditur, ad quam scientiam seu facultatem consideratio eius pertineat. Sed inter primum et alterum interponuntur de utilitate notitiae finis extremae. Primae partis est sensus: in rebus humanis finis est quidam supremus omnium, nisi velimus in immensum progredi et

Analysis. appetitum nostrum facere prorsus inanem. Censet Eustratius probationem adductae propositionis eius esse generis, quae ad absurdum adducunt, quia, si non esset aliqua extrema finis, desideria nostra in infinitum abirent et vanus efficeretur humanus appetitus. Sed nostra desideria in infi|nitum non abeunt et appetitus noster non est inanis, 33 Z_1 ergo est aliqua extrema finis: eversione consequentis ad eversionem

[5*] *AG* Εἰ δή τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν ὃ δι' αὑτὸ βουλόμεθα, τἆλλα δὲ διὰ τοῦτο, καὶ μὴ πάντα δι' ἕτερον αἱρούμεθα (πρόεισι γὰρ οὕτω γ' εἰς ἄπειρον, ὥστ' εἶναι κενὴν καὶ ματαίαν τὴν ὄρεξιν), δῆλον ὡς τοῦτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον· – *AL* Si utique est aliquis finis operabilium quem propter ipsum volumus, alia vero propter illum et non omnia propter alterum desideramus, procedit enim in infinitum sicque esset vacuum et inane desiderium, manifestum quoniam hic utique erit bonus et optimus.

[201] *Luth. parv. cat. (BSELK 508f.):* Debemus Deum timere et diligere, ne vitae proximi nostri incommodemus […]. Debemus Deum timere et diligere, ut caste et pudice vivamus in verbis ac operibus, ut unusquisque suam conjugem amet et honoret.

antecedentis.[202] Verum hoc videndum est, quomodo infinitus progressus vanum efficiat appetitum; deinde quare tam sit absurdum, si poneretur vanum esse humanum studium. Primum declaratur, quoniam infinitum est, quod non potest pertransiri, ut habetur De auditu physico in 4.[203] Et in 2. eiusdem operis vanum scribitur esse, quod ad finem minime pertingit.[204] Unde manifestum est appetitum nostrum, cum non possit infinitum pertransire, fine suo esse frustrandum, nisi terminus detur et aliquod extremum bonum constituatur. Sed alterum idcirco verum est, nimirum pro absurdissimo habendum, si vanus hominum appetitus esset, nam tunc natura illum frustra dedisset. Vulgatissima autem et recepta est sententia: Deum et naturam nihil frustra efficere.[205]

Infinitus progressus finium quomodo faciat vanum appetitum.

An sit absurdum appetitum nostrum esse vanum.

In verbis textus duo annotabimus, unum quid proprie sit πρακτά. Si credamus Eustratio, ea sunt, quae nobis aliquid agentibus accedunt,[206] quae scilicet quisque actu suo facit, et liquet ista non posse ultimos esse fines, ideo Aristoteles inquit: *Si talium est aliqua finis, quam propter seipsam velimus* etc. Nam ¦ si agenda sunt aut facienda, propter aliquid aliud fiunt, nemo enim vel frustra vel sine causa quicquam aggreditur. Non

Πρακτά quid sit.

30 Z_2

Z. 1 *Marg.* progressus] prgressus Z_2 3 declaratur] declaretur Z_2 18 causa] caussa Z_2

[202] *Eustr. graec. (Heylbut 13,15–23):* Καὶ τοῦτο δείκνυσι διὰ τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς· εἰ μὴ ἔστι τέλος τῶν πρακτῶν, ὃ δι' αὐτὸ αἱρετὸν ὡς ἐν πρακτοῖς καὶ μὴ δι' ἕτερον, εἰς ἄπειρον πρόεισιν ἡ ὄρεξις· εἰ εἰς ἄπειρον πρόεισιν ἡ ὄρεξις, οὐκ ἐφικνεῖται τελικωτάτου τινός· εἰ τοῦτο, κενὴ καὶ ματαία ἐστίν. […] ἔστιν ἄρα τέλος τῶν πρακτῶν ὃ δι' ἑαυτὸ αἱρετὸν καὶ οὐ δι' ἕτερον, ὡς ἐν πρακτοῖς. *Eustr. lat. (Mercken 22,65–76):* Quoniam autem et hoc est, ostendit per deductionem ad impossibile. Si enim non est finis operabilium qui propter se ipsum est desiderabilis, ut in operabilibus, et non propter alterum, in infinitum procedit appetitus. Si autem in infinitum procedit appetitus, non attingit perfectissimum aliquod. Si vero hoc, vacuus et inanis est. […] Est igitur finis operabilium qui propter se ipsum est desiderablis et non propter alterum, ut in operabilibus. *Mit dem Ausdruck* eversione consequentis ad eversionem antecedentis *weist Vermigli auf den sogenannten* modus tollens *hin, vgl. EPW II 917f.*

[203] *Vermigli meint wohl Arist. phys. 3,6, 206b 33–207a 2 (Ross ibid.):* συμβαίνει δὲ τοὐναντίον εἶναι ἄπειρον ἢ ὡς λέγουσιν· οὐ γὰρ οὗ μηδὲν ἔξω, ἀλλ' οὗ ἀεί τι ἔξω ἐστί, τοῦτο ἄπειρόν ἐστιν.

[204] *Arist. phys. 2,6, 197b 22–27 (Ross ibid.):* σημεῖον δὲ τὸ μάτην, ὅτι λέγεται ὅταν μὴ γένηται τὸ ἕνεκα ἄλλου ἐκείνου ἕνεκα, οἷον εἰ τὸ βαδίσαι λαπάξεως ἕνεκά ἐστιν, εἰ δὲ μὴ ἐγένετο βαδίσαντι, μάτην φαμὲν βαδίσαι καὶ ἡ βάδισις ματαία, ὡς τοῦτο ὂν τὸ μάτην, τὸ πεφυκὸς ἄλλου ἕνεκα, ὅταν μὴ περαίνῃ ἐκεῖνο οὗ ἕνεκα ἦν καὶ ἐπεφύκει.

[205] *Vgl. Arist. cael. 1,4, 271a 33 (Guthrie 30):* Ὁ δὲ θεὸς καὶ ἡ φύσις οὐδὲν μάτην ποιοῦσιν.

[206] *Eustr. graec. (Heylbut 13,28f.):* Πρακτὰ δέ εἰσιν ἐκεῖνα, ὅσα πράττουσιν ἡμῖν περιγίνεται. *Eustr. lat. (Mercken 23,85f.):* Operata autem sive operabilia sunt illa quaecumque operantibus nobis fiunt.

errant, qui vocem illam converterunt agenda, nam sic etiam Cicero
τ' ἀγαθόν videtur loqui.[207] Alterum est, quod rursus hic τ' ἀγαθόν nonnulli dixerunt summum bonum, quasi articulus ille appositus id exprimat. Verum nos idem hic sentiendum putamus, quod superius ostendimus,[208] ut significetur ipsum bonum, et sensus erit: eiusmodi finem rerum agendarum, qui fuerit extremus, non tantum bonum esse, quod et aliis finibus est commune, sed optimum. Alioqui dicere summum bonum et optimum esset idem repetere.

An appetitus sit vanus.

Adversus ea, quae dicta sunt, id facere videtur, quod appetitus interdum vanus est nec suam potest finem consequi. Quod primum apparet quoad illa, quae carent anima. Lapides enim cum sint graves, propensionem habent, ut deorsum cadant, et nihilominus in aedificiis detinentur sursum neque suam finem assequuntur.[209] In brutis idem videmus, quoniam talpae foveam et cavum oculorum habent, quin et ipsos oculos, verum occlusos palpebris, quibus nunquam possunt uti, unde natura videtur in eis haec produxisse frustra. Mulae quoque uterum habent, cum tamen parere non possint, unde in eis frustra pars | 34 Z_1
illa corporis habetur. Quin et in ipsis hominibus idem cernimus, quandoquidem permulti sunt, qui nonnunquam ea cupiunt, quae nullo modo fieri possunt; unde Aristoteles dixit in his libris voluntatem esse quandoque eorum, quae fieri nequeunt,[210] quamobrem non erit firmum, quod statuebatur, appetitum non frustrari fine ac naturam nihil frustra facere. Verum ad haec respondemus tuendo quod est positum

Appetitus in rebus inanimatis non est vanus.

atque incipiemus a carentibus anima, in quibus cum appetitus sit, qui non interiori notitia regitur, sed externa, quippe regis naturae qui omnia sua providentia dirigit, unde fit, ut cum eius consilium frustrari non possit, ista quoque possint omnino suas fines assequi. Unde videas omnia gravia, ut sunt lapides et metalla, deorsum tendere ac iacere in ima parte orbis.[211] Quod si aliquando secus fiat, per accidens evenit,

Z. 14 videmus] videdemus Z_1

[207] *Vgl. Streb. eth. 6r:* Quae dicit res agendas? Quae πρακτά Graeci vocant. Cicero dicit aut res gerendas, aut res agendas, aut officia, aut actiones.

[208] *Vgl. oben S. 64.*

[209] *Vgl. Arist. phys. 8,4, 254b 20–22 (Ross ibid.):* καὶ τῶν ὑπ' ἄλλου κινουμένων τὰ μὲν φύσει κινεῖται τὰ δὲ παρὰ φύσιν, παρὰ φύσιν μὲν οἷον τὰ γεηρὰ ἄνω καὶ τὸ πῦρ κάτω.

[210] *Arist. eth. Nic. 3,2, 1111b 22–24 (Bywater 45):* βούλησις δ' ἐστὶ ‹καὶ› τῶν ἀδυνάτων, οἷον ἀθανασίας· καὶ ἡ μὲν βούλησίς ἐστι καὶ περὶ τὰ μηδαμῶς δι' αὐτοῦ πραχθέντα ἄν, οἷον ὑποκριτήν τινα νικᾶν ἢ ἀθλητήν.

[211] *Arist. phys. 8,4, 255b 13–17 (Ross ibid.):* καίτοι τοῦτο ζητεῖται, διὰ τί ποτε κινεῖται εἰς τὸν αὐτῶν τόπον τὰ κοῦφα καὶ τὰ βαρέα· αἴτιον δ' ὅτι πέφυκέν ποι, καὶ τοῦτ' ἔστιν τὸ κούφῳ καὶ βαρεῖ εἶναι, τὸ μὲν τῷ ἄνω τὸ δὲ τῷ κάτω διωρισμένον.

nam industria hominum impediuntur, vel aliquo alio casu, unde submoto impedimento fine potiuntur, a quo si prohibentur, id raro accidit et quoad pauciora. Bruta vero, licet sensu praedita sint, praxi tamen et electione carent, ut in sexto libro videbimus.[212] Unde ipsa etiam diriguntur naturae intelligentia, quae cum firma sit et constans, fine sua non frustratur, nisi, ut diximus, per accidens et quoad pauciora.

Naturam non esse vanam in talpis formandis.

Ad ea, quae obiiciuntur de talpis et mulis, Galenus De usu partium, lib[ro] 14., scribit de talpis, quod natura conata quidem est perfectas illas efficere, ideoque delineavit oculos in earum formatione atque intra palpebras il¦los clausit semiperfectos, debilitate vero temperamenti et spiritus impedita est, ne posset ipsos propellere in apertum, unde sic remanserunt.[213] Ex quibus verbis colligitur, aliqua interdum esse impedimenta finis consequendae per occasionem materiae, quod nos antea dicebamus esse per accidens. Ac idem sentit in libro 2. De semine.[214] Impedimentum itaque non est per se atque contingit quoad pauciora, id est duntaxat in una talparum specie. Neque tamen hic natura sua fine frustratur, quoniam talpis, ut huiusmodi habeant oculos, conducit, nam victurae sunt in terra, quam perpetuo fodiunt, ubi oculorum nullus esset usus ob perpetuas tenebras, quin et laederentur aperti pulvere, in quo perpetuo genus hoc animantis versatur. Debilitatem itaque materiae intercedere non nego, ut in canibus videmus, qui ante octavum diem propter ipsorum imperfectionem oculos aperire non possunt, sed in his imperfectio materiae tolli potest, ideo tandem post octo dies canes vident,[215] sed quia | in talpis est tanta materiae debilitas,

31 Z_2 35 Z_1

Z. 4 Unde ipsa] Unde $\mathcal{Z}_2$ 8 lib[ro]] libro $\mathcal{Z}_2$ 14 libro] lib[ro] $\mathcal{Z}_2$

[212] *Arist. eth. Nic. 6,2, 1139a 17–20 (Bywater 114):* Τρία δή ἐστιν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας, αἴσθησις νοῦς ὄρεξις· τούτων δ' ἡ αἴσθησις οὐδεμιᾶς ἀρχὴ πράξεως· δῆλον δὲ τῷ τὰ θηρία αἴσθησιν μὲν ἔχειν πράξεως δὲ μὴ κοινωνεῖν.

[213] *Gal. part. 14,6 (GO IV 160):* οἷόν τι καὶ κατὰ τοὺς τῶν ἀσπαλάκων ὀφθαλμοὺς ἰδεῖν ἔστι· καὶ γὰρ ὑαλοειδὲς ὑγρὸν οὗτοί γε καὶ κρυσταλλοειδὲς ἔχουσι καὶ τοὺς ἀμφὶ τούτοις χιτῶνας, οὓς ἀπὸ τῶν μηνίγγων ἐλέγομεν πεφυκέναι, καὶ τούτους οὐδὲν ἧττον ἔχουσι τῶν χρωμένων ὀφθαλμοῖς ζῴων· ἀλλ' οὐκ ἠνεῴχθησαν αὐτοῖς οὐδὲ προὔβησαν ἐκτός, ἀλλ' ἀτελεῖς ταύτῃ κατελείφθησαν ὅμοιοι φυλαχθέντες τοῖς τῶν ἄλλων ἔτι κυουμένων.

[214] *Gal. sem. 2,5 (GO IV 640):* οὐδὲν οὖν θαυμαστόν ἐστιν, ὥσπερ οἱ ἀσπάλακες ἔχουσι μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔνδον ἀρχομένους διαρθροῦσθαι, ἔξω δ' αὐτοὺς ἡ φύσις προαγαγεῖν οὐκ ἠδυνήθη, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ γεννητικὰ τοῖς θήλεσι τῶν ζώων ἔνδον μὲν διαπλασθῆναι καὶ πρὸς τοὐκτὸς ἀνασχεῖν μὴ δυνηθῆναι, διὰ τὸ τὴν φύσιν ὅλην αὐτῶν ἀρρωστοτέραν τε εἶναι καὶ ἀτελεστέραν, ὥσπερ καὶ Ἀριστοτέλης ἔλεγεν.

[215] *Vgl. Arist. gen. an. 2,6, 742a 8–10 (Peck 210):* ἔτι δ' ὅσα πολυσχιδῆ τῶν τετραπόδων, οἷον κύων λέων λύκος ἀλώπηξ θώς, πάντα τυφλὰ γεννᾷ, καὶ διίσταται τὸ βλέφαρον γενομένων ὕστερον.

ut oculi exterius nequeant, ideo Deus naturae auctor in hanc finem direxit istud impedimentum oculorum, ut commodius agerent sub terra. Unde in simili casu scribit Galenus locis iam adductis, quod natura in foeminis genitalia delineavit ut in maribus, verum debilitate spiritus et materiae impedita est, ne illa exterius, ut sunt in maribus, extruderet, ideo sic manserunt inversa. Sed hoc demum in hanc finem et utilitatem ordinatum est, ut sic valeant in seipsis gignere et foetum concipere.[216] Haec Dei est summa prudentia, ut materiae infirmitate ad optimas et necessarias fines abutatur, propter quas concedendum est illam debilitatem non esse frustra. De mulis autem dicendum est quoad mares, quod procreant, ut vult Aristoteles De historia animalium, libro 6., et De generatione animalium, lib[ro] 2., foeminae vero interdum concipiunt, raro pariunt et utrunque habetur pro ostento, si quando contigerit, sed cum fortasse peperit, educare non potest, quandoquidem lacte prorsus caret.[217] Impedimentum ad concipiendum et pariendum est penuria materiae, desunt enim menstrua.[218] Et hoc habet ista species a suis principiis, nimirum asino et equo. Nam hae duae naturae pronissimae sunt ad sterilitatem, partim propter frigiditatem ut asinus,[219] partim ob defectum menstrui ut equa,[220] sicut narrat Aristoteles iam adducto loco. Unde apparet fieri per accidens, ut mularum uterus non possit finem assequi. Hoc autem defectu materiae ad quam utilitatem naturae providentia utatur, demonstrari potest, quoniam sic redduntur fortiores et onera gestanda praeponuntur equis, quamvis in

Naturam suo fine non frustrari in mulis, quae uterum habent et non pariunt.

Z. 1 exterius] exterius protrudi Z_2 5 maribus] maioribus Z_2 12 lib[ro]] libro Z_2 23 gestanda] gestando Z_2

[216] *Gal. part. 14,6 (GO IV 163f.):* αὕτη μὲν ἡ χρεία τῆς τοῦ θήλεος ψυχρότητος· εὐθὺς δ' ἀκολουθήσειν ἔμελλεν αὐτῇ καὶ τὸ τῶν μορίων ἀτελὲς ἀρρωστίᾳ θερμότητος ἀδυνατησάντων ἀνακύψαι πρὸς τοὐκτός, ἕτερόν τι τοῦτο μέγιστον ἀγαθὸν εἰς τὴν τοῦ γένους διαδοχήν· ὃ γάρ, εἴπερ ἐκτὸς ἀνέσχεν, ὅσχεος ἂν ἐγένετο, τοῦτ' ἔνδον μεῖναν, ἡ τῶν ὑστερῶν φύσις ἀπετελέσθη, δέξασθαι καὶ κατασχεῖν σπέρμα καὶ θρέψαι καὶ τελειῶσαι τὸ κυούμενον ἐπιτήδειον ὄργανον. *Gal. sem. 2,5 (GO IV 636f.):* πάντ' οὖν φαίνεται τὰ συνιστῶντα τὴν οὐσίαν τῶν γεννητικῶν μορίων ἑκατέρων τῶν ζώων ὑπάρχοντα, καὶ κατὰ μηδὲν ὅλως πλεονεκτοῦν, μήτε τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος, μήτε τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος, ἀλλ' ἐνὶ μόνῳ διαφέροντα, τῷ τὰ μὲν ἔνδον εἶναι, τὰ δὲ ἐκτός.

[217] *Arist. gen. an. 2,8, 748b 29–31 (Peck 258):* ὥστε συλλαβεῖν μὲν ἐνδέχεταί ποτε τὴν θήλειαν, ὅπερ ἤδη φαίνεται γεγονός, ἐκθρέψαι δὲ καὶ ἐξενεγκεῖν εἰς τέλος ἀδύνατον.

[218] *Arist. gen. an. 2,8, 748b 19–21 (Peck 258):* Συμβαίνει δὲ καὶ τὰ σώματα τῶν ἡμιόνων μεγάλα γίγνεσθαι διὰ τὸ τὴν ἀπόκρισιν τὴν εἰς τὰ καταμήνια τρέπεσθαι εἰς τὴν αὔξησιν.

[219] *Arist. gen. an. 2,8, 748a 31f. (Peck 256):* ὄντος δ' ὥσπερ εἴρηται ψυχροῦ τὴν φύσιν καὶ τὴν γονὴν ἀναγκαῖον εἶναι τοῦ τοιούτου ψυχράν.

[220] *Arist. gen. an. 2,8, 748a 20f. (Peck 254):* ἀλλ' ἡ μὲν ἵππος οὐ καταμηνιώδης ἀλλ' ἐλάχιστον προΐεται τῶν τετραπόδων.

Syria mulae sint, quae pariant et prolem alant, quas tamen Aristoteles diversas esse putat a communi specie mularum.[221]

32 Z_2 (~~31~~) ¦ Sed his omissis ad homines veniamus, quorum appetitus est distinguendus. Alius enim vagus est, subitus et imperfectus, atque destituitur electione; et iste est, qui fertur interdum ad ea, quae fieri non possunt, et cum sit imperfectus, frustrari potest. Verum qui absolutus fuerit et cum electione iungitur, is potest fine potiri. Quare Aristoteles in Magnis moralibus scribit tres esse appetitus, nimirum ἐπιθυμίαν, θυμόν et βούλησιν, hoc est cupiditatem, iram et voluntatem.[222] Et cum voluntas sit, quae desiderat quippiam cum ratione, ipsa non frustratur, quia nemo cum ratione, quae fieri non possunt, diligit. Cupiditas vero et ira, 36 Z_1 cum adversus rationem vehementius incitantur, ¦ libidines potius dicendae sunt, cumque ad stultitiam accedant, non mirum si fraudentur finibus. In summa videas in omnibus aut esse per accidens aut imperfectionem. Sed Aristoteles ut artifex considerat, quod est per se, non per accidens, et quae in pluribus, non in paucioribus. Deinde agit de re perfecta, scilicet humano appetitu iuncto cum ratione. Ad haec in illis datur compensatio maioris boni, quod hic fieri non potest, quoniam extrema fine, id est felicitate, nihil est melius.

Humani appetitus divisio.

Sacrae literae bene his consentiunt, nam finem extremum hominum statuunt et praescribunt. Unde Salomon ad finem Ecclesiastis, cum multa de finibus iuxta vulgares opiniones prius tractasset, de timore Dei loquitur, qui Hebraica phrasi veram et solidam pietatem significat, adiecit: »Et hoc est omnis homo«[223]; quia sunt ad hoc instituti et conditi homines, ut Deum colant et revereantur. Et David: »Unum petii a Domino et hoc requiram, ut habitem in domo Dei«[224]. Et Christus: »Haec est vita aeterna, ut agnoscant te solum verum Deum et quem misisti Iesum Christum«[225]. Sed obstare videtur, quod Solomon dixit: »Vanitas vanitatum et omnia vanitas«[226]. At id non est ex eo, quod sit

Quomodo haec cum sacris literis consentiant.

Z. 27 verum Deum] verum Z_2

[221] *Arist. hist. an. 6,24, 577b 23–25 (Peck/Balme II 330):* Αἱ δ' ἐν τῇ Συρίᾳ τῇ ὑπὲρ Φοινίκης ἡμίονοι καὶ ὀχεύονται καὶ τίκτουσιν· ἀλλ' ἔστι τὸ γένος ὅμοιον μὲν ἕτερον δέ.

[222] *Arist. mag. mor. 1,12, 1187b 36f. (Armstrong 492):* Ἔστιν οὖν καθ' ὃ πράττομεν ὄρεξις· ὀρέξεως δ' ἐστὶν εἴδη τρία, ἐπιθυμία θυμὸς βούλησις.

[223] *Koh 12,13* Deum time et mandata eius observa; hoc est enim omnis homo. – *Das Koheletbuch (Ecclesiastes) wurde traditionell Salomon zugeschrieben, vgl. Koh 1,1* Verba Ecclesiastes, filii David, regis Hierusalem.

[224] *Ps 27,4 (Vulg. 26,4).*

[225] *Joh 17,3.*

[226] *Koh 1,2.*

finis constitutus, sed quod homines illam vel ignorant aut respuunt et summum bonum alibi quaerunt. Unde in immensum eorum desideria circuitum extenduntur nec unquam quiescunt: »In circuitu impii ambulant«[227], Psal. 12. Et hoc interest inter nos et philosophos, quod illi suam finem extremam ut propriis viribus atque studio comparandam proponunt, nos vero statuimus ex divinis literis praecipuum bonum obtineri non posse, nisi spiritu et gratia Christi fuerimus adiuti.

1094a 22–26 *Igitur et ad vitam notitia eius magnum momentum habet et ceu sagittarii scopum habentes facilius assequemur decorum. Cumque ita sit, adnitendum est ¦ forma quadam seu figura, quidnam ipsum sit, comprehendere, et cuiusnam scientiae aut facultatis sit.* [6*] 33 Z_2 (~~29~~)

Quia iam constituit extremam quandam esse finem hominibus praescriptam, nunc adhortatur nos ad eius notitiam capessendam, deinde in eius perscrutatione duo pronuntiat se velle facere, id est ut exponat, | 37 Z_1 quidnam sit, deinde ad quam scientiam vel facultatem pertineat. Quoad illud prius haec propositio esto: summi finis notitia est inquirenda.

Analysis. Rationem adfert ab utili: quod vitae conducit, est sectandum. Notitia finis huius magnum momentum habet ad vitam. Igitur debemus illam comparare. Minor probatur similitudine sagittantium. Procedit Aristoteles magno artificio, quia, si eiusmodi finis non esset, quis laboraret in eius perceptione? Deinde si esset, nec afferret nobis utilitatem, notitia eius esset inutilis. Postremo si prodesset quidem, at non multum, studium remitteremus cognitionis eius. Nunc vero cum sit et prosit et maximum momentum habeat ad totam vitam, incitamur vehementissime ad illius inquisitionem.

Ῥοπή metaphorice ponitur. Vox illa ῥοπή metaphoram subindicat, ceu monuit Eustratius, desumptam a lancibus, quae iugum habent et in iugo ligulam, quae semper inclinat ad ea, quae magis ponderosa fuerint, ut praeferantur caeteris. Ita notitia ista multum conducit ad vitam et pondus habet,

Z. 4 Psal.] Psalm. Z_2 14 pronuntiat] pronunciat Z_2 27 habent et] habent Z_2

[6*] *AG* ἆρ' οὖν καὶ πρὸς τὸν βίον ἡ γνῶσις αὐτοῦ μεγάλην ἔχει ῥοπήν, καὶ καθάπερ τοξόται σκοπὸν ἔχοντες μᾶλλον ἂν τυγχάνοιμεν τοῦ δέοντος; εἰ δ' οὕτω, πειρατέον τύπῳ γε περιλαβεῖν αὐτὸ τί ποτ' ἐστὶ καὶ τίνος τῶν ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων· – *AL* Igitur et ad vitam, cognicio eius magnum habet incrementum; et quemadmodum sagittatores signum habentes, magis utique adipiscemur quod oportet.Si autem sic, temptandum est figuraliter accipere illud quod quid est, et cuius disciplinarum aut virtutum.

[227] *Ps 12,9 (Vulg. 11,9).*

quo inclinet ad se nostra studia.[228] Exemplum sagittariorum eo spectat, ut sicut illi, si propositum non habeant signum, in casum feriunt, sed eo proposito cum fructu et artificiose; ita et nos extremo bono proposito non agemus casu, sed cum ratione et certe in itineribus non recte ambulat, qui viae terminum ignoraverit.

Neque ab hac sententia divinae literae abhorrent utilem esse finis extremi notitiam. Christus enim cur tam diu docuit in terris, cur apostolos misit in mundum praedicatum, quid iubebat, ut se sequerentur homines, nisi ut extremam finem tandem cognoscerent, propter cuius ignorationem querebatur populum errare instar ovium absque pastore?[229]

Notitiam finis utilem esse docent sacrae literae.

Hac propositione confirmata, ut vidimus, duo infert. Primum de hoc supremo fine statuendum, quidnam sit, verum pingui, ut aiunt, Minerva.[230] Postea inquirendum, ad quam facultatem vel scientiam pertineat. Hoc sane ordine ista duo proponit, sed illum invertit, dum exequitur. Quoniam prius de illius facultate seu scientia tractat et postea definitionem aggreditur. Idcirco autem arbitror ordinem huius tractationis inverti, quoniam, si prius Aristoteles finem hanc extremam definivisset, dicere quis poterat: cur tu nunc istud agis, cum ad istam facultatem, quam prae manibus habes ea definitio non perti¦neat? Hoc sibi ne iure obiiciatur, antevertit explicatque, cuiusnam fa|cultatis sit de summo fine agere. Inter scientias et facultates multum interest, nam scientia constat ex propositionibus necessariis per se atque immediatis propriis, unde necessariae conclusiones inferuntur aut in pluribus aut in his, quae ita demonstrata fuerint.[231] Deinde scientia est ad unum,[232] non versatur inter contraria,[233] nec interrogat, sed accipit.[234] At facul-

Methodus huius loci.

Scientia et facultas differunt.

[228] *Eustr. graec. (Heylbut 14,13–18):* Εἴρηται δὲ οὕτως ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ζυγῶν, οἷς ἐν τοῖς βάρεσι χρώμεθα· ὥσπερ γὰρ ἐπ' ἐκείνων τὰ ἐπὶ θάτερα ῥέποντα τῶν ζυγοστατουμένων τῶν κουφοτέρων προτίθεται ὡς λυσιτελοῦντα τοῖς τὰς ῥοπὰς ἐξετάζουσιν, οὕτω καὶ πανταχοῦ τὰ λυσιτελέστερα καὶ ὠφελιμώτερα ῥοπὴν ἔχειν πρὸς ἐκεῖνα λέγεται πρὸς ἅπερ συμβάλλεται. *Eustr. lat. (Mercken 24,13–18):* Dicitur itaque hic utilitas et adiutorium »rope« a metaphora iugorum quibus in ponderibus utimur. Quemadmodum enim in illis quae super altera inclinant in iugis appensorum levioribus praeponuntur tamquam iuvantia perscrutantibus inclinationes, ita et omnino quae magis prosunt et utiliora sunt »ropin« habere ad illa dicuntur ad quae conferunt.

[229] *Vgl. Mt 9,36.*

[230] *Vgl. Erasm. adag. 37 (ASD II/1 152–154).*

[231] *Arist. an. post. 1,2, 71b 19–22 (Ross ibid.):* εἰ τοίνυν ἐστὶ τὸ ἐπίστασθαι οἷον ἔθεμεν, ἀνάγκη καὶ τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην ἐξ ἀληθῶν τ' εἶναι καὶ πρώτων καὶ ἀμέσων καὶ γνωριμωτέρων καὶ προτέρων καὶ αἰτίων τοῦ συμπεράσματος.

[232] *Arist. an. post. 1,2, 71b 9 (Ross ibid.):* Επίστασθαι δὲ οἰόμεθ' ἕκαστον ἁπλῶς.

[233] *Arist. an. post. 1,7, 75b 12f. (Ross ibid.):* οὐκ ἔστι δεῖξαι ὅτι τῶν ἐναντίων μία ἐπιστήμη.

34 Z_2 38 Z_1

tates modo unum, modo aliud concludunt, unde propter materiam dicuntur potentiae, ut rhetorica et dialectica.[235] Sic illae artes, quae sunt coniecturales, ut gubernans naves et medica, tendentes ad salutem saepe cadunt in exitium et, qui sunt periti, quandoque ad salutem illis utuntur quandoque ad perniciem.

Analysis. Primo ait hoc negotii civilis esse scientiae, cum ea sit, quae imperet caeteris artibus illasque sibi subiectas habeat et ipsis utatur. Haec omnia suis locis monstrabuntur in hoc capite. Propositio erit: ad civilem facultatem pertinet de ultimo fine agere. Componitur autem ratio in hanc formam:

Ad illam scientiam haec res attinet, quae maxime est architectonica.
Civilis est huiusmodi.
Quare illius est de fine extremo tractare.[236]

Maior propositio declarata est antea, cum diceretur melioris facultatis esse meliorem finem.[237] Minor probatur, nimirum civilem esse facultatem supremam et maxime architectonicam, quoniam dicitur in textu:

1094a 26–1094b 2 *Videbitur autem eius esse, quae maxime nominatur et est prae caeteris architectonica, et talis apparet civilis. Etenim, quas oporteat scientias in civitatibus esse, quales item quisque addiscere nec non quousque, ipsa praecipit.* [7*]

Quae artes sint in civitate retinendae, a quo statuatur. Hae sane conditiones et propria sunt scientiae principis, quare videtur argumentari ab eius descriptione, quae constet tribus partibus, quarum prima est: ad principem scientiam attinere, ut statuat quaenam scientiae atque artes in civitate sint retinendae. Non enim patitur civilis ratio, ut sinantur in civitatibus inanes et supervacaneae artes, nam

Z. 18 nominatur et est] nominatur $\mathcal{Z}_2$

[7*] *AG* δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς· τοιαύτη δ' ἡ πολιτικὴ φαίνεται· τίνας γὰρ εἶναι χρεὼν τῶν ἐπιστημῶν ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ ποίας ἑκάστους μανθάνειν καὶ μέχρι τίνος, αὕτη διατάσσει· – *AL* Videbitur autem utique principalissime, et maxime architectonice esse. Talis utique et civilis apparet. Quis enim esse debitum est disciplinarum in civitatibus et quales unumquemque addiscere et usquequo, hec preordinat.

[234] *Arist. an. post. 1,2, 72a 9–11 (Ross ibid.):* διαλεκτικὴ μὲν ἡ ὁμοίως λαμβάνουσα ὁποτερονοῦν, ἀποδεικτικὴ δὲ ἡ ὡρισμένως θάτερον, ὅτι ἀληθές.

[235] *Vgl. Streb. eth. 8r:* Scientia est rerum certarum, facultas probabilium.

[236] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

[237] *Vgl. oben S. 74.*

39 Z_1 cives illis occupati ab utilibus revocantur. Nec minus tolerat, ut | artes maleficae, quae vergunt ad corruptionem animi seu corporis aut fortunarum, admittantur atque istud facere civilem scientiam videmus apud Aristotelem 7. et 8. Politicorum.[238] Plato item De republica et De legibus poetas summovit e republica, et alias quoque artes, quae ad homines effoeminandos et corrumpendos faciunt.[239]

35 Z_2 ¦ Praeterea, quia omnes minime apti sunt ad quancunque artem, ideo additur: *Et quales quisque debeat addiscere*. Qui enim militiae apti sunt, ad fabricas relegari non debent, et qui habent literis accommodata ingenia, hi non debent agricolae fieri. Est enim vulgo tritum: »Nihil invita disces faciesve Minerva«[240], et: »Invitis canibus non bene venamur«[241]. Facilitas vero ingeniorum ad has vel illas facultates, a temperamento corporis provenit pertinentque inclinationes et propensiones istae animi vel ingenii ad praedicamentum qualitatis et ad secundum eius genus, hoc est naturalem potentiam.[242] Natura enim cuique inseruntur, non accersuntur studio vel industria. Officium vero est artificum et praeceptorum iuvenis commissi fidei suae ingenium et propensionem ab initio explorare. Qui, si persentiscat ad illa studia vel artes eum non esse idoneum, ne respublica detrimentum capiat in suis civibus, rem curatoribus adolescentis patefacere, quo possit ad ea discenda transmitti, quorum natura capax fuerit, magnaque debet in educanda pueritia cum publice tum privatim diligentia praestari.

Civilis scientia statuit, quae artes quisque debeat discere.

Additur praeterea: *Et usque quo*. Cuius particulae sensus multiplex esse potest.[243] Primus, ut referatur ad aetatem discentium et annos aut

Quando et quamdiu artibus opera danda sit.

Z. 21–22 in educanda] ineducanda Z_1

[238] *Arist. pol. 8,2, 1337b 8–11 (Rackham 638):* βάναυσον δ' ἔργον εἶναι δεῖ τοῦτο νομίζειν καὶ τέχνην ταύτην καὶ μάθησιν, ὅσαι πρὸς τὰς χρήσεις καὶ τὰς πράξεις τὰς τῆς ἀρετῆς ἄχρηστον ἀπεργάζονται τὸ σῶμα τῶν ἐλευθέρων [ἢ τὴν ψυχὴν] ἢ τὴν διάνοιαν.

[239] *Plat. resp. X 605c–607a (Burnet IV ibid.). Plat. leg. X 888e–890a (Burnet V ibid.). Vgl. Streb. eth. 7r:* De rebus his scripti sunt libri, septimus De rep[ublica] Platonis, septimus De legibus eiusdem, octavus πολιτικῶν Aristotelis, erudiendam non solum privatim, sed etiam publice pueritiam […], fugiendas obscoenas poetarum fabulas.

[240] *Hor. ars 385 (Klingner 308).*

[241] *Vgl. Erasm. adag. 665 (ASD II/2 191,383f.):* Invitis canibus venari. Hoc adagio significatum est non sat feliciter succedere, quod a nolentibus extorquetur.

[242] *Arist. cat. 8, 8b 25–10a 3 (Cook 62–72) unterscheidet zwischen vier Gattungen von Beschaffenheit, nämlich Habitus und Verfassung (*ἕξις καὶ διάθεσις*), Vermögen (*δύναμις*), passive Qualität und Affekt (*παθητικὴ ποιότης καὶ πάθος*) sowie äußere Form (*σχῆμα*).*

[243] *Auf die drei Deutungsmöglichkeiten, die Vermigli im Folgenden erwähnt, weist auch Acc. eth. 3r hin:* […] quousque aut respectu quantitatis temporis, veluti per tot annos; aut respectu scientiae, scilicet usque ad tale terminum necessarium, vel usque ad tale commodum respectu aliarum artium.

tempus impendendum artibus. Non enim decet, ut aliqui per bonam aut maiorem partem vitae nihil aliud agant quam grammaticam discere, vel rhetoricam, vel dialecticam. Distribuendae sunt partes aetatis, ut cum fructu reipublicae possint cives a facultatibus minoribus ad potiorum studia revocari. Alter sensus est, ut *quousque* referatur ad terminos artificiorum. Debet enim civilis magistratus prospicere, ne artes progrediantur ad inutilia, quae solum voluptates afferunt supervacaneas et leves curiosasque oblectationes, ut in aedificiis quandoque agitur. Potest enim domus commode habitari, licet non habeat lapides magnis impensis expolitos et sculpturas admirabilis et sumptuosissimi artificii. Sutores item modum quendam retineant in | vestibus parandis 40 Z_1 neque eis liceat quamvis formam aut figuram vestibus aptare. Musicis quoque imponetur modus et poetis neque quicquam lascivum aut molle fingant aut canant. Et quod est de his artibus allatum, de aliis intelligi debet, nempe ut civilis cuique illarum terminos definiat. Tertio praescribitur ab eadem facultate, quousque inferiores artes debeant obsequi superioribus, ut qui facit frena pro equestri arte, ad certum numerum conficiat, et qui naves compingunt, quo instruatur classis et navigatio, ad arbitrium civilis magnitudinem faciant.

Artificiorum termini sunt statuendi, ne ad inutilia progrediantur.

Artes inferiores quatenus obsequi debeant superioribus.

1094b 2–3 ¦ *Conspicimus autem nobilissimas quasque facultates sub ista esse, ut militarem, domesticam, oratoriam etc.* [8*] 36 Z_2 (~~32~~)

Confirmat his verbis probationem iam allatam et est, ac si diceret: imperat quidem civilis artibus et facultatibus, at non quibusvis sed praestantissimis, ut illae sunt, quae hic recensentur. Nam si de his loquamur, quae in republica sunt honestissimae, non possumus invenire praestantiores militari facultate atque oratoria, quibus civilis ita praeest, ut imperatorem eligat, genus expeditionis assignet, fines, quousque progrediendum sit, circumscribat et consimilia. Imperat etiam saepius oratoribus, quando sententiam dicunt in senatu vel apud populum, nec non cum accusant aut defendunt, ut affectus non moveant,[244] nihil extra causam dicant,[245] sed narrent simpliciter et argu-

Civilis imperat praestantissimis artibus.

Z. 13 et] et et Z_2 15 *Marg.* superioribus] superiobus Z_1

[8*] *AG* ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς ἐντιμοτάτας τῶν δυνάμεων ὑπὸ ταύτην οὔσας, οἷον στρατηγικὴν οἰκονομικὴν ῥητορικήν· – *AL* Videmus autem preciosissimas virtutum sub hac existentes, utputa militarem, yconomicam, rhetoricam.

[244] *Vgl. Arist. rhet. 1,1, 1354a 24f. (Ross 1):* οὐ γὰρ δεῖ τὸν δικαστὴν διαστρέφειν εἰς ὀργὴν προάγοντας ἢ φθόνον ἢ ἔλεον.

mentis fidem faciant.[246] Est etiam res domestica in civitatibus momenti non vulgaris, cui tractandae ac gubernandae civilis multa praescribit et mandat, nimirum ut sit modus aliquis agrorum, famulorum, temporum vendendi atque emendi et caetera huius ordinis.

Cum itaque scientiis aliis practicis utatur et legibus decernit, quid agere oporteat et a quibus temperare, finis profecto ipsius aliarum fines comprehendet, ita ut ipse humanum bonum sit. [9*] 1094b 4–7

41 z_1 Addit etiam civilis facultatis quandam eximiam facultatem, | nempe ut caeteris omnibus tanquam administris utatur, quod non est leve. Nam quandoque fit, ut quippiam sub se habeat nonnulla, quibus praescribat et praesit, non tamen eis utatur. Quemadmodum geometria sub se comprehendit astronomiam eique praescribit quoad principia et materiam, hoc est orbes et figuras, non tamen ea scientia utitur ceu administra; quod idem arithmeticae accidit circa musicam. Quare, cum ita res habeat, robuste demonstratum est civilis esse facultatis de extrema hominis fine agere. Civilis facultas utitur aliis ut administris.

Etenim si est idem bonum uni et civitati, maius utique ac divinius esse videtur civitatis suscipere et conservare. Amabile quidem enim, quod uni soli, pulchrius vero et divinius, quod genti et civitatibus. Haec igitur doctrina, cum sit quaedam civilis, ista appetit etc. [10*] 1094b 7–11

[9*] *AG* χρωμένης δὲ ταύτης ταῖς λοιπαῖς [πρακτικαῖς] τῶν ἐπιστημῶν, ἔτι δὲ νομοθετούσης τί δεῖ πράττειν καὶ τίνων ἀπέχεσθαι, τὸ ταύτης τέλος περιέχοι ἂν τὰ τῶν ἄλλων, ὥστε τοῦτ' ἂν εἴη τἀνθρώπινον ἀγαθόν· – *AL* Utente vero hac reliquis practicis disciplinarum, amplius autem legem proponente quid oportet operari et a quibus abstinere, huiusmodi finis complectitur utique eos qui aliarum. Quapropter hic utique erit humanum bonum.

[10*] *AG* εἰ γὰρ καὶ ταὐτόν ἐστιν ἑνὶ καὶ πόλει, μεῖζόν γε καὶ τελειότερον τὸ τῆς πόλεως φαίνεται καὶ λαβεῖν καὶ σῴζειν· ἀγαπητὸν μὲν γὰρ καὶ ἑνὶ μόνῳ, κάλλιον δὲ καὶ θειότερον ἔθνει καὶ πόλεσιν· ἡ μὲν οὖν μέθοδος τούτων ἐφίεται, πολιτική τις οὖσα· – *AL* Si enim et idem est uni et civitati, maiusque et perfeccius quod civitatis videtur et suscipere et salvare. Amabile quidem enim et uni soli, melius vero et divinius genti et civitatibus. Methodus quidem igitur hoc appetit, civilis quedam existens.

[245] *Vgl. Arist. rhet. 1,1, 1355a 1f. (Ross 3):* διὸ καὶ πολλαχοῦ, ὥσπερ πρότερον εἶπον, ὁ νόμος κωλύει λέγειν ἔξω τοῦ πράγματος.

[246] *Vgl. Arist. rhet. 1,1, 1354a 26–28 (Ross 2):* ἔτι δὲ φανερὸν ὅτι τοῦ μὲν ἀμφισβητοῦντος οὐδέν ἐστιν ἔξω τοῦ δεῖξαι τὸ πρᾶγμα ὅτι ἔστιν ἢ οὐκ ἔστιν, ἢ γέγονεν ἢ οὐ γέγονεν.

¦ Mihi sane videntur haec dici per occupationem, nam antea constituerat civilis esse facultatis de optima fine hominis et summa considerare. Quod item cum ipse velit nunc facere, facile quispiam obiiceret: quid tu hoc aggrederis, quasi tua scientia et civilis sit eadem, quasi finis ethices, de qua modo agis, et finis politicae sint idem? Ad haec respondet et primum de fine, quod ipsa eadem est, quae ad unum hominem spectat et quae ad gentem seu civitates. Non differt finis unius hominis et reipublicae nisi ratione, nempe quod gentis aut civitatis finis ad plures extenditur, moralis autem ad unum. Materia itaque ac res est eadem, et a seipsa differt ut magis vel minus ampliatur.[247] Quid enim tanquam finis queritur in ethicis, nisi ut quisque singillatim vivat ex virtute, quod idem studet politica facultas in republica, nimirum ut cives omnes ex virtute agant? Et fatetur Aristoteles bonum illud et finem publicum melius esse ac optabilius, cum sit latius, quemadmodum diceremus lucem praestantiorem et clariorem, quae latissimum tractum illustrat, quam sit ea, qua vel cubiculum vel alius aliquis locus parvus illuminatur, non sane quod materia variet, sed quia extensio non est eadem.[248] Accedit praeterea bonum illud amplius ideo magis expetendum esse, quia in communi etiam particularia com|prehenduntur, at non e diverso. Appellat illud quoque divinius, quoniam Dei munera, ut videmus in natura, diffunduntur, ita ut res quaelibet eius bonitatem utcunque participet. Atque cum dicitur *uni soli*, potest id ad seipsum referri, vel ad quempiam alterum particularem. Nam is, qui plures iuvat, longe praefertur ei, qui tantum sibi ipsi vel uni cuipiam alteri prodest.

37 Z_2 (~~33~~)

Eadem est finis unius hominis et civitatis.

Finis civitatis quid praestet fini unius hominis.

42 Z_1

Sic itaque declaratum est fines politices vel ethices non re, sed tantum ratione differre, quare, si de illo tractatur, tam hic quam ibi nihil absurdi committitur. Quod adhuc ut magis declaret, adiicit hanc doctrinam, quam videlicet habemus prae manibus, civilem quandam esse, unde consequitur, cum ita conveniant, in fine non dissentire. Quid

Haec doctrina est civilis.

Z. 8 quod] quo Z_1 11 queritur] quaeritur Z_2

[247] *Vgl. Streb. eth. 7v:* Idem locus ostendit, cur ethice quaedam sit civilis facultas. Nam ratio morum, quanquam ad unum pertinet, tamen ad eum finem, ad quem scientia civilis, refertur.

[248] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 17,21–23):* κάλλιον μέν, ὡς ἐπὶ πλειόνων ἐξαπλουμένης τῆς καλλονῆς καὶ πλείονος γινομένης τῆς κοσμιότητος, ὥσπερ εἴ τις ἐρεῖ φωτεινότερον εἶναι φῶς τὸ εἰς πλεῖον διάστημα ἐξαπλούμενον τοῦ ἐξαπλουμένου εἰς ἔλαττον. *Eustr. lat. (Mercken 29,46–49):* Melius quidem, ut in pluribus expansa bonitate et pluri facta decoratione, quemadmodum si quis dicat luminosius esse lumen quod in maius spatium expansum est eo quod expansum est in minus.

enim moralis facultas tractat nisi elementa civilis? Nam partes, ex quibus componitur civitas, sunt boni cives et hoc ut melius intelligatur, sciendum est civem dici bonum virum, qui prudentibus auscultans virtutem exercet.[249] Civilis autem vir est, qui iusta et honesta habet ex seipso percepta eaque in civitatibus praescribit et docet atque perfectionem publicam, quae multorum sit, studiose promovet.[250] Quare cum in ethicis rationes virtutum tradantur, quae sunt civilis facultatis principia, recte dicitur iste liber civilis esse facultas, verum non absolute, sed quaedam, quod ab aliquibus ita intelligitur, quasi civilis nomen ac natura sit communis, quae postea in tria membra deducatur, moralem inquam, ¦ oeconomicam et civilem propriam.[251] Sed mihi magis arridet prior sensus, ut haec idcirco dicatur civilis quaedam, quod elementa et principia politicis tradat. Et finis humanus ad istam quoque pertinet, at non simpliciter, sed qua unius est.

Quis sit civis bonus et vir civilis.

38 Z_2

Duo nunc excutienda sunt dubia. Primum, quod superius ait civilem uti reliquis practicis scientiis, qui factum est, ut contemplantes tacuerit? Respondetur, quoniam illis non proprie utitur, sed tantum imperat, ut in civitate habeantur et inter eas discrimen ponit decernens, quae magis et quae minus sint necessariae. Nec etiam proprie dicitur uti eis, quoniam postquam civitas et bonis moribus instituta fuerit et rebus ad victum necessariis instructa, ut perfectio quaedam extrema et summa ornamenta contemplantes admittit scientias, unde Romae prius erat quodammodo perfecta respub[lica], quam ibi philosophi aut visi aut auditi essent. Non autem utimur fine, sed his potius, quae sunt ad finem, verum contemplari divina et naturalia finis est post virtutes, ut videbitur in decimo. Prudenter itaque, cum ageretur de usu, contemplantes faculta|tes reticuit. Quaeritur praeterea, cur dicat hanc doctrinam ista desiderare loquendo plurali numero, cum de una et summa fine hominum agatur? Ad hoc respondet Eu-

Contemplantes scientiae quatenus ad civilem pertineant.

43 Z_1

Quare de una hominis fine plurali numero loquatur.

Z. 5 percepta] praecepta Z_2 8 facultas] facultatis Z_2

[249] *Eustr. graec. (Heylbut 18,19f.):* καὶ πολίτης γὰρ ἀγαθὸς ἄνθρωπος λέγεται, ὅς γε τοῖς εὖφροσι πειθόμενος τὴν ἀρετὴν κατορθοῖ. *Eustr. lat. (Mercken 30,83f.):* Et civis enim bonus homo dicitur, qui a prudentibus suasus virtutem dirigit.

[250] *Eustr. graec. (Heylbut 18,20–22):* πολιτικὸς δὲ ἀνὴρ ὁ τὰ καλὰ καὶ τὰ δίκαια αὐτός τε εἰδὼς ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ διδάσκων ἐν πόλεσι καὶ τῆς τελειότητος ἐν πολλοῖς ἐφικνούμενος. *Eustr. lat. (Mercken 30f.,84–86):* Politicus autem vir est qui bona et iusta ipse sciens a se ipso et docet in civitatibus et perfectionem in multos inducit.

[251] *Vgl. Acc. eth. 3r-v:* Moralis scientia potest etiam dici civilis, cum illa, quae ordinantur ad invicem, possint aliquando denominari a nobiliori. Unde moralis, oeconomica et civilis poterunt uno nomine appellari scientia civilis, quae postea dividitur in tria illa membra, scilicet moralem, oeconomicam, civilem.

stratius, quoniam perfectissimus est hic finis, ideo sub se multos alios habet, qui ad ipsum referuntur. Et oportet quemlibet ad illum tendere iuxta suam conditionem, ita ut eo dirigat, quae habet ad illum pertinentia.[252] Vel, ait, dicendum est, quod, licet haec moralis facultas bonum tradat unius hominis, attamen quia non ignorat se ministram esse civilis et homines, quos instruit parari, ut rerum publicarum et civitatum possint esse boni cives, ideo cum sua fine publicam etiam desiderat.[253]

Quomodo haec sacris literis congruant.

Modo videndum, quomodo sacris literis, quae dicta sunt, bene congruant. Ubi primum illud occurrit, proprietatem illam principis facultatis vel, ut ipse loquitur, ἀρχιτεκτονικῆς facultati divinarum literarum debere assignari. Nam ibi habetur summa et princeps notitia perfectissimi boni, quare Deus aiebat Israelitis eam fore illorum sapientiam, qua omnibus gentibus tandem essent admirationi[254]. Quod si tum verum fuit, quando legem duntaxat acceperunt, quid postea censemus adiectis prophetarum scriptis et Novi testamenti voluminibus? Certe hic ea est ars et facultas, quae omnibus aliis imperat, eximias quasque sub se habet et omnibus ad suam finem utitur. Quod enim de civili dicebatur, quod statuat, quas artes et scientias debeat admittere respublica et quas debeat repudiare, hoc animadvertimus in sacris libris exquisite fieri. Approbant enim magistratus,[255] volunt esse pastores, episcopos, doctores,[256] artificia quoque mechanica, ut pauperes laborent ac sua industria necessaria parent,[257] non modo sibi, verum et aliis, quos interdum oportet iuvare, ac e diverso excludit magos,

Sacrae literae prescribunt, quae artes admittendae.

[252] *Eustr. graec. (Heylbut 18,9–13):* Ἢ τάχα, ἐπειδὴ τοῦτο τὸ τελικώτατόν ἐστι καὶ πολλά εἰσι τέλη τὰ ὑπ' αὐτοῦ περιεχόμενα καὶ ὑπ' αὐτὸ ἀναγόμενα, καὶ δεῖ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ τάξιν ἕκαστον τὰ ἀνήκοντα αὐτῷ πάντα κεκτημένον δι' ἐκείνων εἰς αὐτὸ ἀναφέρεσθαι, διὰ τοῦτο πληθυντικῶς εἴρηκεν. *Eustr. lat. (Mercken 30,72–76):* Forte autem quia hoc perfectissimum est et multi sunt fines qui ab ipso continentur et ad ipsum reducuntur et utique secundum sui ipsius ordinem unumquodque convenientia sibi omnia possidens per illa ad ipsum refertur, propter hoc pluraliter dixit.

[253] *Eustr. graec. (Heylbut 18,13–16):* Ἢ εἰ δεῖ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ἐπεὶ ἄλλως μὲν τοῦτο κατὰ τὴν ἠθικήν ἐστι κατορθούμενον, ἥτις πολιτική τίς ἐστι, καθ' ἑνὸς θεωρουμένη βελτίωσιν, ἄλλως δὲ κατὰ τὴν πολιτικὴν ἐξαπλουμένην κοινότερον, διὰ τοῦθ' ὡς εἰπεῖν πολλῶν εἴρηκε. *Eustr. lat. (Mercken 30,76–80):* Vel si oportet et hoc dicere, quia aliter quidem hoc secundum ethicam (id est moralem) est directum, quae politica (id est civilis) quaedam est, de uno speculans meliorationem, aliter autem secundum politicam simpliciter expansam communius, propter hoc velut diceret de multis dixit.

[254] *Dtn 4,6* Haec est enim vestra sapientia et intellectus coram populis, ut audientes universa praecepta haec dicant: En populus sapiens et intellegens, gens magna.

[255] *Röm 13,1* omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo, quae autem sunt a Deo ordinatae sunt.

[256] *Eph 4,11; 1Tim 3,2.*

[257] *Vgl. Dtn 24,24f.*

39 Z_2 py¦thonicos, ariolos,[258] meretriciam et lenoniam artem[259]. Utque illa civilis perhibebatur definire, quales artes quemque oporteret addiscere, quod non omnes ad omnia sint apti, sic iubent sacrae literae, ut non confundamus vocationes utque nullus in alienam irrumpat. »Maneat quisque«, inquit apostolus, »in eo, quod est vocatus«[260]. Nam si fueris in coniugio, rem oeconomicam uxoris inquam liberorum et familiae curam ne abiicito, ut praepostere coelibatum velis tibi vendicare; quod si e diverso in coelibatu es ac in eo magis promoves gloriam Dei nec desunt vires a Spiritu sancto collatae, ibi maneas.[261] Item cum non possint omnes esse doctores, prophetae aut pastores, quisque sit charismate suo contentus et illo quam diligentissime utatur[262]. Praescribunt etiam sacrae literae, quousque in facultatibus et functionibus progrediendum sit. Ceremoniis veteribus ut uterentur christiani, concessit quidem primitiva ecclesia, | sed aliquantisper. Obedientiam quoque 44 Z_1 commendat erga magistratus,[263] sed »usque ad aras«[264]. Vult, ut propheta instruat populum, sed tantisper dum alteri non revelatur, quod cum factum fuerit, inquit Paulus, »prior taceat«[265]. Libertatem christianam et piam in cibis et rebus externis ac civilibus laudat ac probat, sed eo usque, ut caveatur offensa infirmorum[266]. Moderationem quoque praedicat, qua nos demittamus ad simplicium infirmitates, sed eo usque, ut nostra simulatione non confirmemus abusus. Etiam numerum praescribit ut politia et ordinem, nam Paulus duos aut tres voluit esse prophetas, qui per vices loquerentur,[267] et constituit, ut donum

Item docent, quas artes quisque discere debeat.

Item quousque in his progrediendum sit.

Z. 3 sint] sunt Z_2 20 demittamus] admittamus Z_2

[258] *Dtn 18,10f.* Nec inveniatur in te, qui lustret filium suum aut filiam ducens per ignem aut qui ariolos sciscitetur et observet somnia atque auguria, ne sit maleficus, ne incantator, ne pythones consulat ne divinos et quaerat a mortuis veritatem.

[259] *Dtn 23,17* Non erit meretrix de filiabus Israhel neque scortator de filiis Israhel.

[260] *1Kor 7,20.*

[261] *Vgl. 1Kor 7,27* Alligatus es uxori? Noli quaerere solutionem. Solutus es ab uxore? Noli quaerere uxorem.

[262] *Vgl. 1Kor 12,29* Numquid omnes apostoli? Numquid omnes prophetae? Numquid omnes doctores?

[263] *Röm 13,1* omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo, quae autem sunt a Deo ordinatae sunt.

[264] *Vgl. Erasm. adag. 2110 (ASD II/5 112).*

[265] *1Kor 14,29f.* Prophetae duo aut tres dicant et ceteri diiudicent. Quod si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat.

[266] *Röm 14,1–3* Infirmum autem in fide adsumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit manducare omnia; qui autem infirmus est holus manducat. Is, qui manducat, non manducantem non spernat, et qui non manducat, manducantem non iudicet. Deus enim illum adsumpsit.

[267] *1Kor 14,29* Prophetae duo aut tres dicant et ceteri diiudicent.

Sub se habent nobilissimas functiones.

linguarum cederet utilioribus facultatibus[268]. Habet etiam divina scriptura sub se nobilissimas functiones. Praecipit enim regibus, magistratibus, oeconomis et oratoribus. Nulla est enim harum facultatum, quae in divinis literis non habeat sibi descripta singularia praecepta, et istis omnibus utitur, magistratibus et principibus ad pietatem et veritatem divini cultus defendendam. Eloquentia, ut utilia et pia suadeat; oeconomia, ut nova soboles semper Christo succrescat; et denique omnibus artibus tum ad gloriam Christi tum ad proximorum utilitatem.

Quomodo se habeant erga se ministri ecclesiae et magistratus.

Et iam, ut opinor, hinc potest liquere, quomodo ministri ecclesiarum, qui has divinas literas profitentur, se habeant erga magistratus et magistratus erga eos. Illi ex divinis literis depromunt functionis principalis praecepta et regulas, eas audire debet magistratus. Quas etiam si nonnunquam transgrediatur, pati debet monitores nec indignari, si modeste ac iusta reverentia corrigatur. E diverso cum ministri vel negligenter in suo munere vel contra praescripta divina se gesserint, a magistratu contineri possunt in officio et, si non emendaverint vitia, poterunt loco moveri. Sic itaque ministerium ecclesiae iuvat civilem facultatem atque vicissim ea ministerium curat, ut purum sit et christianae reipublicae utile.[269]

¦ Ex eo vero, quod summam facultatem attribuimus illi sapientiae, quam habemus in divinis literis, nihil detractum vel diminutum censeri debet administrationi politicae. Manet enim sua authoritas principibus et magistratibus, sed tantum voluimus ostendere, unde nam ipsi regulas et principia suae facultatis debeant sumere, ne sic admirentur philosophorum doctrinas et hominum leges, ut a purissimis fontibus iustitiae et honestatis, qui scatent in sacris literis, aberrent. Poterunt autem notitiam huiusmodi sibi comparare, vel sacras literas per seipsos | sedulo evolvendo, quod praecepit Deus regibus ut facerent, vel poterunt per ecclesiae ministros instrui. Cumque dicitur civilis esse, ut imperet, quae retinenda sint in civitate studia quaeque inde sint explodenda, intelligant principes et magistratus rationem divini cultus ad

40 Z_2 (~~36~~)

45 Z_1

Z. 16 emendaverint] emendarint Z_2

[268] *1Kor 14,5* Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare. Nam maior est, qui prophetat quam qui loquitur linguis, nisi si forte ut interpretetur, ut ecclesia aedificationem accipiat.

[269] *Vgl. Verm. Iud. 185v:* Civilis itaque potestas verbo Dei, quod a ministris praedicatur, subiici debet. At vicissim ecclesiastica potestas civili subiicitur, cum ministri vel in rebus humanis vel in ecclesiasticis male se gesserint. Sunt enim hae potestates quodammodo ἀντιστροφαί ac variis modis circa eadem versantur ac sese mutuo iuvant.

se spectare, nempe ut legittimum conservent, promoveant et tueantur, impurum vero et interdictum prohibeant ac funditus extirpent.[270]

Caput III

Dicetur autem satis, si iuxta subiectam materiam explanabitur. Non enim in omnibus disputationibus similiter exquisitum et subtile genus requiritur veluti nec in iis, quae arte fabricantur. [11*] 1094b 11–14

Eustratius arbitratur hic alterum haberi ab Aristotele prooemium.[271] Ego vero non nisi unum esse statuo,[272] in quo, cum prius docuerit rerum humanarum aliquem esse finem posteaque ostenderit varios et multiplices ibi deprehendi fines et adhaec inter multos unum esse summum atque praecipuum, cuius notitia sit apprime utilis eiusque tractationem ad civilem pertinere, nunc exponit, quo genere doctrinae sit agendum et hoc tertio capite non tantum id facit, sed etiam ostendit duo, quae ad auditorum pertinent. Unum, ut eo genere doctrinae sit contentus, quod res, quae tractatur, potest pati; alterum, ne impediatur eius iudicium perturbationibus et pravis affectibus. Hae praecipuae tres partes huius capitis, quarum termini et initia suis locis indicabuntur. Methodus huius capitis.

Primum agit de forma et conditione doctrinae atque id merito. Nam si coepisset de summa fine hominis rationibus agere pinguioribus ac verisimilibus, potuisset accusari negligentiae, ideo antevertit monetque rerum naturam, quae hic tradendae sunt, non posse aliter tradi, quod Quare agat de forma doctrinae.

Z. 1 legittimum] legitimum Z_2 14 eo genere doctrinae] eo Z_2 16 Hae] Hae sunt Z_2

[11*] *AG* Λέγοιτο δ' ἂν ἱκανῶς, εἰ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην διασαφηθείη· τὸ γὰρ ἀκριβὲς οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον, ὥσπερ οὐδ' ἐν τοῖς δημιουργουμένοις· – *AL* Dicetur autem utique sufficienter si secundum subiectam materiam manifestetur. Certum enim non subtiliter in omnibus sermonibus querendum, quemadmodum neque in conditis.

[270] *Vgl. Verm. Iud. 185v:* Quia si non recte doceant [ministri ecclesiae] nec ex ordine administrent scramenta, magistratus est eos in ordinem cogere ac videre, ne impure doceant neve fabulas admisceant neve sacramentis abutantur aut aliter ea tradant, quam Dominus iusserit. Item si male ac perdite vivant, eos reiiciet a sacro ministerio.

[271] *Eustr. graec. (Heylbut 18,25):* ἐντεῦθεν τοῦ δευτέρου προοιμίου ἀπάρχεται. *Eustr. lat. (Mercken 31,91):* Hinc secundum prooemium inchoat […].

[272] *Vgl. Streb. eth. 8v:* Eos errare, qui Aristotelem duobus prooemiis hic usum fuisse dicunt.

non multum habeant certitu¦dinis et parum admodum constantiae. 41 Z$_2$
Qua in re non multum videtur ab Academicis, inter quos edoctus
Quare doctrina debeat esse similis rebus.
fuerat, discedere. Est ac si diceret: talis debet esse doctrina, quales res fuerint, de quibus agitur.[273] Hoc fundamentum inde potest illustrari, quod | res et sermones, quibus hae explicantur, dum conferuntur inter 46 Z$_1$
sese, unum eorum mensurae habet rationem, alterum vero eius, quod metimur, inter quae omnes intelligunt aequalitatem seu proportionem esse debere. Et Plato dicebat in Timaeo inter orationes et res, quae dicuntur, germanam quandam cognationem oportere intercedere, ut, si de re firma et stabili disputetur, oratio eiusdem generis adhibeatur,[274] quod, si occurrant mobilia et incerta dicenda, verisimili utamur oratione. Argumenti Aristotelis haec est forma:

> Quaecunque facultas de rebus parum certis et variis agit, illa non potest uti exactis et absolutis demonstrationibus.
> Ethica et politica circa ista versantur.
> Itaque oratione probabili docent neque perfectissimas et exquisitas demonstrationes adducent.[275]

Maiorem probat, quia non in omni genere similiter exactum requiritur, quod patet in artibus. Minorem postea exponit de honesto iusto et bono.

Subiecta seu materiae doctrinarum.
Per subiectam materiam intelligit Aristoteles ipsas res, circa quas versatur facultas et vulgo appellatur scientiae aut doctrinae subiectum, unde sciendum est doctrinas et scientias esse qualitatis primae speciei[276] atque ob id materiam non habere, ex qua fiant, cum ea sit duntaxat compositorum in genere substantiae, sed conceditur eis duplex aliud genus materiae. Unum, in quo nempe sunt, et ita facultatum, scientiarum et artium materia est animus, quia in eo sunt et illi tanquam subiecto innituntur, quod est omnibus accidentibus commune; alterum genus materiae habent, quod tractant, circa quod versantur et se exercent, atque de hac materia in praesentia loquitur Aristoteles et ea in Ethicis et Politicis est agenda in rebus humanis una cum ipsis actio-

[273] *Vgl. Arist. eth. Nic. 2,2, 1104a 3 (Bywater 25):* κατὰ τὴν ὕλην οἱ λόγοι ἀπαιτητέοι.
[274] *Plat. Tim. 29b (Burnet IV ibid.):* μέγιστον δὴ παντὸς ἄρξασθαι κατὰ φύσιν ἀρχήν· ὧδε οὖν περί τε εἰκόνος καὶ περὶ τοῦ παραδείγματος αὐτῆς διοριστέον, ὡς ἄρα τοὺς λόγους, ὥνπέρ εἰσιν ἐξηγηταί, τούτων αὐτῶν καὶ συγγενεῖς ὄντας· τοῦ μὲν οὖν μονίμου καὶ βεβαίου καὶ μετὰ νοῦ καταφανοῦς μονίμους καὶ ἀμεταπτώτους.
[275] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.
[276] *In der aristotelischen Kategorienlehre wird der Habitus auch als* qualitas primae speciei *bezeichnet, vgl. Arist. cat. 8b 27–29 (Cook 62).*

nibus. Differentiae vero adhibentur, quod hic sub ratione unius ista traduntur, in Politicis vero, ut ad plures diffunduntur.

Ethice non est abiicienda, quamvis non utatur exquisita certitudine demonstrationum.

Hinc tamen, quod ista non tam exquisite ac tanta certitudine tradi possunt, quanta multae aliae scientiae docentur, non debet adduci quispiam, ut studium remittat vel hoc genus facultatis abiiciat, nisi eadem ratione velit et nobilissimas alias doctrinas explodere, ut est medica, rhetorica et aliae consimiles. Ratio, quam adducit Aristoteles, ita ponitur: exquisitum, subtile atque accuratum genus docendi non est in quovis genere simili ratione quaerendum, quod probat, quia non requiritur a quolibet artifice perfectum et ex¦actum opus, nam ratio habetur materiae, circa quam versatur. Atque hoc Eustratius pulchre declaravit. Circa imaginem, inquit, hominis effingendam multi artifices laborant pictura et statuaria atque statuaria multiplex est, nam quandoque per eam cera formatur aut lutum, celantur metalla, exculpuntur ligna et lapides et inter has artes maioris negocii est pictura, quoniam ab illa subtilius opus et perfectius exigitur, plus deinde postulant artificii in cera quam in ligno aut lapide, quod facilius manibus cedat artificis.[277] Quod si hoc in artibus accidit, in his etiam concedendum est doctrinis et facultatibus.

42 Z_2 47 Z_1

Artium genera et quare unum in divisione philosophiae omittatur.

Artes δημιουργικαί sunt ποητικαί et δημιουργούμενα sunt opera, quae remanent. Tria igitur genera sunt facultatum: θεωρητικὸν, πρακτικὸν, ποιητικόν, sed posteriora duo membra sub uno comprehenduntur, quando philosophia distinguitur in contemplantem et agentem. Ideo autem probatio nunc inducitur quoad artes, quae sunt ποιητικαί, quoniam ibi et opera et actiones vel sensibus manifesta sunt.

Quare Aristoteles materiam artium genus appellet.

Nec mirum est, quod Aristoteles hic subiectum artium et facultatum appellet genus, nam id alibi quoque facit, ut cum dicit in Analyticis

Z. 14 exculpuntur] exsculpuntur Z_2

[277] *Eustr. graec. (Heylbut 19,21–28):* ἴδε γὰρ ὅτι ἓν εἶδός ἐστι τέχνης τὸ μιμητικὸν ἀνθρώπου μορφῆς ἢ ἄνθρωπος· διαιρεῖται δὲ εἰς εἴδη διάφορα κατὰ τὰς τῶν ὑποκειμένων διαφοράς· καὶ πρῶτον μὲν εἰς ζωγραφικὴν καὶ ἀνδριαντοποιητικήν· ἡ δὲ εἰς κηροπλαστικὴν τηκτικὴν γλυφικὴν τεκτονικὴν λιθοξοϊκήν, ἀλλ' ὁ μὲν γραφικὸς πλεῖον ἀπαιτεῖται τὸ ἀκριβὲς τῆς μιμήσεως διὰ τὸ τῆς ὑποκειμένης αὐτῷ ὕλης εὔεικτον, ὁ δὲ κηροπλάστης κηρῷ καὶ πηλῷ καὶ τοῖς τοιούτοις χρώμενος ἥττον μὲν ἐκείνου, μᾶλλον δὲ τῶν λοιπῶν. *Eustr. lat. (Mercken 32f.,34–42):* Vide enim quoniam una species est artis quae imitativa est hominis formae secundum quod homo. Dividitur autem in species differentes secundum subiectorum differentias. Et primo quidem in depictivam et statuificativam. Haec autem formativam ex molli materia ut cera et luto et liquefactivam et sculptivam et fabricativam et ex lapide incisivam. Sed pictor quidem plus expetitur certum imitationis eo quod subiecta ipsi materia facilius est ducibilis. Formator autem ex molli materia, cera et luto et talibus utens, minus quidem illo expetitur certum, magis autem reliquis.

posterioribus: »Non oportet demonstrantem ex uno genere ad aliud transire.«[278] Huius appellationis ratio assignatur, quia materia cum genere magnam habet affinitatem. Materia enim ut genus confusa est et rudis; utque genus per differentias deducitur ad species, ita materia digeritur et ornatur formis; et denique ut genus in potentia est ad species, ita materia est in potentia ad formas et ex illarum privatione deducitur in actum.

1094b 14–19 *Honesta autem et iusta, de quibus civilis considerat, tantam differentiam et errorem habent, ut videantur lege tantum non natura constare atque eundem habent errorem bona ipsa, quod multis damna ex illis accidant, quippe nonnulli propter divitias perierunt et alii propter fortitudinem.* [12*]

Minor hic probatur, quae fuit: moralem et politicam circa res versari dubias et parum certas, quia honesta et iusta et bona his conditionibus subiacent. Et primum id exponet de honestis et iustis, quae tractatur hic in caeteris libris post primum, nec non in politicis. Adiecit et bona, quia de hac re statim aget felicitatem describendo.

Honesta videntur lege, non natura constare.

48 Z_1 | Honesta et iusta differentiam habere dicit et errorem, quoniam pro rerum conditione, locorum et temporum diversitate, honestum et iustum immutatur.[279] Ideoque dicitur videri potius ista constare lege quadam, hoc est homi¦num decreto et voluntate seu consuetudine quam 43 Z_2 natura, ut Pyrrhonis[280] fuit sententia: nihil suapte natura vel bonum vel malum esse, potius tales res haberi legibus vel consuetudine hominum,[281] quod falsissimum est. Nam, licet in hominibus multae sint

Z. 5 digeritur] dirigitur Z_2 18 et] et et Z_1

[12*] *AG* τὰ δὲ καλὰ καὶ τὰ δίκαια, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται, πολλὴν ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην, ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή· τοιαύτην δέ τινα πλάνην ἔχει καὶ τἀγαθὰ διὰ τὸ πολλοῖς συμβαίνειν βλάβας ἀπ' αὐτῶν· ἤδη γάρ τινες ἀπώλοντο διὰ πλοῦτον, ἕτεροι δὲ δι' ἀνδρείαν· – *AL* Bona autem et iusta, de quibus civilis intendit, tantam habent differenciam et errorem ut videantur lege sola esse, natura non. Talem autem quendam errorem habent et bona, quia multis contingunt decrementa ex ipsis. Iam enim quidam perierunt propter divicias, alii vero propter fortitudinem.

[278] *Arist. an. post. 1,7, 75a 38f. (Ross ibid.):* Οὐκ ἄρα ἔστιν ἐξ ἄλλου γένους μεταβάντα δεῖξαι, οἷον τὸ γεωμετρικὸν ἀριθμητικῇ.

[279] *Vgl. Streb. eth. 10r:* Honesta igitur et iusta lege magis quam natura comparantur, sed et ab hac capiunt exordium. Haec quum ita sint, facile est explicare quaestionem, cur.

[280] *Pyrrhon (ca. 365–275 v. Chr.) aus Elis, demokritischer Philosoph, Schüler des Anaxarchos. – NP X 644f.; GGL II/1 91–93.*

[281] *Diog. Laert. vit. 9,101 (Hicks II 512):* Φύσει τε μὴ εἶναι ἀγαθὸν ἢ κακόν […] ἐπεὶ τὸ αὐτὸ ὑφ' οὗ μὲν δοξάζεται ἀγαθόν.

tenebrae, illis non fit, ut nihil sit constans aut firmum in his rebus. Neque Aristoteles dixit ita esse, imo adiecit »videri«. Et, quod scribit, *non natura*, idcirco dicit, quoniam, quae sunt natura, quoad omnes et semper talia sunt neque mutantur, ut modo hoc, modo illud fiant. Verum e diverso accidit in his, quae lege tantum et humanis iudiciis consistunt. Quod ex eo patet, quia olim piraticam exercere non erat infame aut probrosum, quemadmodum postea fuit, sed viri, qui habiti sunt praeclari et insignes illam exercuerunt.[282] Quin apud Lacaedemonios furari non dabatur vitio, sed furem deprehendi habebat probrum.[283] Sybaritis praecipuum erat bonum luxuria et incontinentia.[284] His adde iusta et honesta varietatem subire ex modis et formis magistratus, multa enim licent in ἀριστοκρατείᾳ, quae in regno aut republica neque iusta essent neque honesta. Quis etiam non videat aliter sub tyrannis in oligarchiis et popularibus civitatibus de iustis et honestis constitui?[285]

Bona an natura constent.

De bonis item non posse facile definiri propterea, inquit, quod multis fuerunt saepius damnosa. Quod ille duobus probat, nempe divitiis et fortitudine, quibus nos permulta possemus addere. Cibi existimantur boni et saepe in morbos coniiciunt; domus expetuntur, quae sua ruina interdum conficiunt habitantes; emuntur gladii, quibus postea interficiuntur emptores; elementa ipsa, sol, luna et sidera frequenter nocent. »Lucretiae[286] castitas ei fuit exitio, Virginiae[287] forma, Deciis[288] amor

[282] *Vgl. Thuc. hist. 1,5 (Jones/Powell I 3f.).*

[283] *Xen. rep. Laced. 2,8 (Rebenich 56):* εἴποι δ' ἂν οὖν τις, τί δῆτα, εἴπερ τὸ κλέπτειν ἀγαθὸν ἐνόμιζε, πολλὰς πληγὰς ἐπέβαλλε τῷ ἁλισκομένῳ; ὅτι, φημὶ ἐγώ, καὶ τἆλλα, ὅσα ἄνθρωποι διδάσκουσι, κολάζουσι τὸν μὴ καλῶς ὑπηρετοῦντα· κἀκεῖνοι οὖν τοὺς ἁλισκομένους ὡς κακῶς κλέπτοντας τιμωροῦνται.

[284] *Vgl. Quint. inst. 3,7 (Winterbottom 164,23f.):* Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret, ueteribus Romanis summum luxuria crimen. *Erasm. adag. 1165 (ASD II/3 178–180).*

[285] *Vgl. Streb. eth. 10r:* Aliter enim vivitur in optimo genere reip[ublicae], aliter in imperio dicitum paucorum, aliter in dominatione populari, in regno aliter et in tyrannidi.

[286] *Lucretia, Gattin des Lucius Tarquinius Collatinus, brachte sich um, nachdem sie vom römischen Königssohn Sextus Tarquinius vergewaltigt worden war. – NP VII 469.*

[287] *Verginia, Tochter des Lucius Verginius, wurde der Überlieferung nach wegen ihrer Schönheit vergeblich vom »decemvir« Appius Claudius umworben. Dieser veranlasste daraufhin einen seiner Klienten, Verginia als Sklavin für sich zu reklamieren, was vor Gericht auch durchgesetzt werden konnte. Um ihre Ehre zu bewahren, wurde Verginia in der Folge von ihrem eigenen Vater umgebracht. – NP XII/2 60f.*

[288] *Der vierfache römische Konsul Publius Decius Mus entschied 295 v. Chr. die Schlacht bei Sentinum in Umbrien gegen die Kelten durch Selbstaufopferung. Seinem gleichnamigen Vater wurde dieselbe Heldentat in einer Schlacht bei Veseris gegen die Latiner 340 v. Chr. zugeschrieben, vgl. NP III 347.*

patriae, Regulo[289] fides, Tullio eloquentia«[290], Socrati et Aristidi[291] virtus et innocentia.[292] Unde rationem Epicurus captavit, qua probaret virtutem non esse summum bonum, quod multis fuerit causa interitus.[293]

Ob divitias quomodo multi perierint.

Sed redeamus ad Aristotelem, qui multos dicit periisse ob divitias, quod potest duplici ratione fieri. Vel quod non raro divitibus tenduntur insidiae ac calumniae, ut pereant, exemplo sunt in poetis Sichaeus[294] et Polydorus,[295] in historiis multi proscripti Syllanis[296] temporibus,[297] in sacris literis Naboth Izreelites, qui propter vineam fuit interemptus.[298] | Accidit hoc idem exitium his, qui nimio studio parare satagunt divitias, ut quotidie faciunt mercatores, qui pericula subeunt incredibilia illarum causa. Et Crassus[299], ut magis ditesceret, bellum movit in Parthos, a quibus misere una cum filio est occisus.[300]

49 Z_1

'Ανδρεία quid significet hoc loco.

Hoc deinde probat Aristoteles ob fortitudinem, quae multis fuit exitio. Dubitat Eustratius, an hic ἀνδρεία sumatur pro fortitudine, quae una censetur ex praecipuis virtutibus, an pro robore corporis, quod

Z. 2 et] et et Z_1 14 *Marg.* significet] significent Z_1

[289] *Marcus Atilius Regulus, Konsul 267 v. Chr., geriet in karthagische Gefangenschaft und soll auf Ehrenwort als Unterhändler nach Rom gesandt worden sein, wo er den Senat entgegen seinen Instruktionen zur Fortsetzung des Kampfes aufforderte. Getreu seinem Versprechen kehrte er danach nach Karthago zurück, wo er getötet wurde. – NP II 212.*

[290] *Streb. eth. 10v.*

[291] *Aristeides (gest. um 467 v. Chr.) aus Athen, Politiker und Stratege zur Zeit der Perserkriege. Im Jahre 482 v. Chr. wurde er ostrakisiert. Seine Ehrenhaftigkeit und Gerechtigkeit betont bereits Her. hist. 8,79 (Dietsch II 286f.). – NP I 1094f.*

[292] *Vgl. Cic. tusc. 5,36,105 (King 530):* Quid? Aristides – malo enim Graecorum quam nostra proferre – nonne ob causam expulsus est patria, quod praeter modum iustus esset?

[293] *Gemäß Epikur stellt die Lust das höchste Gut dar, welche er allerdings als bloßes Freisein von Schmerzen im Körper und von Beunruhigung in der Seele definiert. Vgl. Diog. Laert. vit. 10,131 (Hicks II 656).*

[294] *Sychaeus wurde von seinem Schwager Pygmalion ermordet, welcher seine verborgenen Schätze begehrte. Vgl. Verg. Aen. 1,343–351 (Mynors 113f.).*

[295] *Polydorus wurde von seinem Vater Priamos dem thrakischen König Polymestor zur Erziehung gesandt. Polymestor ermorderte ihn aber, um sich der von Polydorus mitgebrachten Schätze zu bemächtigen. Vgl. Verg. Aen. 3,49–56 (Mynors 154).*

[296] *Lucius Cornelius Sulla Felix (138–78 v. Chr.), römischer Politiker und Feldherr, der sich nach seinem Sieg im Bürgerkrieg 82 v. Chr. zum Diktator ernennen ließ und zur Sicherung seiner Macht die berüchtigten Proscriptionen einführte. – NP III 186–190.*

[297] *Vgl. Plut. vit. Sull. 31,10 (Flacelière/Chambry 278):* ἦσαν δὲ οἱ δι' ὀργὴν ἀπολλύμενοι καὶ δι' ἔχθραν οὐδὲν μέρος τῶν διὰ χρήματα σφαττομένων.

[298] *1Kön 21,1–14.*

[299] *Marcus Licinius Crassus (115–53 v. Chr.), äußerst wohlhabender römischer Politiker, der sich 60 v. Chr. mit Cäsar und Pompeius zum sog. 1. Triumvirat zusammenschloss. – NP VII 161f.*

[300] *Vgl. Plut. vit. Cr. 25,13 und 31,6 (Flacelière/Chambry 241 und 250f.).*

44 z_2 alio nomine dicitur ἰσχύς, ¦ quod videtur admodum verisimile.[301] Crotoniata quippe Milo[302], dum nimium fideret lacertis, arborem tentavit fissam vi aperire atque scindere, sed cum eius robore superaretur, interceptus ipse est ac attritus, ita ut ex eo moreretur.[303] Multique gladiatores et consimiles, elati et freti plus quam oportebat viribus corporis, infelicissime perierunt. Sed si hoc modo Aristotelem intelligamus, non videbimur expendere significationem vocis, quandoquidem ἀνδρεία potius animi virtutem referat, quae mediocritas est inter audaciam et timorem, quam significet robur corporis. Ad hoc respondet Eustratius, et ait, quatuor esse vires et praestantias corporis, quae pulchre quatuor animi praecipuis virtutibus respondent. Sanitas, firma inquam valetudo, quae sita est in quadam humorum aequali et temperata ratione, iustitiae componitur, quae item captat semper aequalitatem in rebus, quae tractantur. Sensuum perspicacia et acumen prudentiae, quae ubique media conspicatur. Pulchritudo, quae in mensura et proportione iusta membrorum et colorum, temperantiae. Robur corporis fortitudini, quare, inquit, ἰσχύς cum respondeat ἀνδρείᾳ, non ab ea est alienum, ideoque potest id significari per ἀνδρείαν. Atque si per ἀνδρείαν intelligamus robur corporis, cognata erunt, quae hic recensentur. Nam tam divitiae quam vires instrumenta sunt, quorum cum bonus tum malus usus esse possit. Ut interdum prosunt, ita saepe nocent, prout illi sunt qui utuntur.[304] Istos ad haec, qui prae caeteris in

Corporis virtutes illis, quae in animo sunt, respondentes.

Z. 7 videbimur] videbitur z_2

[301] *Eustr. graec. (Heylbut 20,29–32):* ἀνδρείαν δὲ ἐνταῦθα οὐ τὴν ψυχικήν φησιν ἀρετὴν ἐν συμμέτρῳ θεωρουμένην τῆς τοῦ θυμικοῦ ὁρμῆς καὶ ὀρέξεως, ἀλλὰ τὴν κατὰ τὸ σῶμα λαμβανομένην, ἣ καὶ ἰσχὺς κυρίως ὠνόμασται, πρὸς τὴν ἐν τῇ ψυχῇ ἀνδρείαν ἀναλογοῦσα. *Eustr. lat. (Mercken 34f.,90–95):* Fortitudinem autem hic non eam quae animae est ait virtutem speculatam in moderamine impetus irascibilis virtutis et concupiscibilis, sed eam quae secundum corpus assumitur, quae et »ischys« graece prope nominatur […], quae ad eam quae in anima est fortitudinem analoga existit.

[302] *Milon von Kroton (gest. nach 510 v. Chr.), griechischer Ringer und einer der berühmtesten Athleten der Antike mit legendären Kräften. – NP VIII 191f.*

[303] *Val. Max. 9,12,9 (Briscoe 624,136–141):* Milo Crotoniates, cum iter faciens quercum in agro cuneis adactis fissam uidisset, fretus uiribus accessit ad eam insertisque manibus diuellere conatus est. Quas arbor excussis cuneis in suam naturam reuocata compressit, eumque cum tot gymnicis palmis lacerandum feris praebuit. *Vgl. Gell. 15,16 (Rolfe III 98–100).*

[304] *Eustr. graec. (Heylbut 20,32–21,7):* ὡς γὰρ ἐν τῇ ψυχῇ τέσσαρες αἱ γενικαὶ ἀρεταί, φρόνησις ἀνδρεία σωφροσύνη δικαιοσύνη, οὕτως ἐν τῷ σώματι ταῦτα τέτταρα, εὐαισθησία ἰσχὺς κάλλος ὑγεία, ἡ μὲν φρονήσει ἀναλογοῦσα, ὡς γνῶσίς τις οὖσα ἐν ζῴου θεωρουμένη σώματι, ἡ δὲ τῇ ἀνδρείᾳ, ὡς καρτερικὸν τὸ σῶμα ποιοῦσα καὶ φερέπονον, τὸ δὲ τῇ σωφροσύνῃ, ὡς τὸ σύμμετρον παριστῶν ἐν μεγέθει καὶ συνθέσει πρὸς ἄλληλα τῶν μορίων τοῦ σώματος, ἡ δὲ τῇ δικαιοσύνῃ, ὡς ἐν τῇ κράσει τῶν

Ob robur corporis multi perierunt.

praelio sunt robusti et magis in pugna strenue se gerunt, maiori vi hostes aggrediuntur. Et saepe fit, ut, qui a singulis vinci non possunt, ab hostium numerosa manu vehementius opprimantur. Quodque vi aperta interdum perfici non potest, occultis insidiis peragitur. Quamobrem, quod modo inquit Aristoteles, non est dubium nonnullos et quidem non obscuros propter fortitudinem, hoc est corporis vires, interiisse. Quid vero dicemus de fortitudine, quae animi virtus est? An ne

Fortitudo animi multis fuit exitio.

erit | exitio fortibus? Quid ni? Et Aristotelem de ea loqui non est vero dissimile, quia de his agit, quae in Ethicis tractantur. Omnes autem intelligunt hic non solum de bonis externis agi, ut sunt divitiae, sed et de interioribus animi virtutibus, de quibus, cum non facile indicetur, an semper homini conducant, de bonis humanis divisione perfecta demonstratum erit in universum, quam multiplex ibi error lateat, cum ea, quae sunt damnosa, expetuntur. Si fortitudo etiam, quae inter animi virtutes praeclara semper habita est, exitium interdum affert, in nostris propriis bonis haerebimus, non in his tantum, quae vel ad corpus vel ad fortunam attinent. Contra fortes non semel invidia est excitata, insidiae plerunque his tenduntur et in periculis propulsandis et iustis causis defendendis fortes viros plerunque videmus occumbere. Neque sumus nescii pro¦verbium vulgo iactari: timidos tantum extra periculum esse neque matribus luctum apportare.[305] Sic ut fit, ut de vera fortitudine locus iste commodissime possit intelligi.

50 Z_1

45 Z_2

Iusta et honesta an natura vel lege constent.

Verum duo iam se offerunt non dissimulanda, quae, cum dubia sint, explanatione indigent. Iusta et honesta dabimus, ut hic videtur dici, lege, non autem natura constare. Atque si natura etiam constant, ab utro istorum magis pendent? Ut de hoc prius dicam, fateor Platoni-

Z. 11 indicetur] iudicetur z_2 14 quae] qnae z_2

χυμῶν τὴν κατὰ φύσιν ἀναλογίαν φυλάττουσα· εἰ μὲν οὖν οὕτως ἐνταῦθα τὸ σημαινόμενον τῆς ἀνδρείας ἐκλήψῃ, ἔσται συντεταγμένη προσφυῶς τῷ πλούτῳ ὡς ὀργανικὸν καὶ αὐτὸ ἀγαθὸν κατὰ τὸν τρόπον τῆς χρήσεως ἢ ὠφελοῦσα ἢ βλάπτουσα. *Eustr. lat. (Mercken 35,95–8):* Sicut enim in anima quattuor sunt generales virtutes: prudentia, fortitudo, temperantia, iustitia, ita in corpore haec quattuor sunt: vivacitas sensuum corporalium, robur, pulchritudo, sanitas. Haec quidem (id est vivacitas sensuum) prudentiae est comproportionalis, velut cognitio quaedam existens in animalis speculata corpore. Robur autem comproportionalis est fortitudini, velut constans corpus faciens et ferens laborem. Pulchritudo autem temperantiae, velut commensurationem repraesentans in magnitudine et compositione ad invicem particularum corporis. Sanitas vero iustitiae, velut in complexione humorum eam quae secundum naturam est analogiam conservans. Si quidem igitur ita hic significatum fortitudinis accipias, erit coordinata decenter divitiis velut instrumentales et ipsas bonas secundum modum usus vel iuvans vel laedens.

[305] *Vgl. Erasm. adag. 3512 (ASD II/8 24):* Timidi mater non flet.

corum sententiam esse virtutes hominibus natura ingenerari, quae postea exercitio, consuetudine ac moribus excolantur.[306] Verum Aristoteles huic opinioni non assentitur, ut postea suo loco videbimus. Et ut non aliud afferretur argumentum, cum natura virtutis id videtur pugnare, quae, ut demonstrabitur, est habitus et is hoc maxime differt a naturalibus facultatibus, quod a crebris actionibus oritur et nostris animis sedulitate agendi comparatur.[307]

Virtutum principia sunt a natura.

Ubi, quod natura conceditur, nulla nostra industria insitum habemus. Dandum tamen censeo principia virtutum a natura esse. Ex natura quippe nobis provenit, ut eligamus, quae agenda sunt, et ingenii acumine de illis iudicamus. Viribus item agimus, quae nobis attributa sunt a natura. Neque corporis temperamentum ad hoc parum vel conducit vel obest, cum aliqui naturae impulsu magis aliis ad iusta et recta sint propensi.[308] Ex quibus omnibus virtutum habitus adipiscimur. Qui fit ut, cum ista sint naturalia cuique nostrum, virtutum principia dicemus a natura esse petenda. Non tamen propterea statuetur virtutes
51 Z_1 hominibus innasci. Quoniam si studium, legum, morum et edu|cationis disciplina non accesserit, animos virtutibus non excolimus. Et haec de iustitia et rectitudine, qua naturae sunt virtutes, dicta sunto.

Ipsa rerum iustitia et honestas a natura ortum habet.

Verum de ipsis rebus honestis et iustis, an ex natura id habeant, ut iusta sint et honesta, an ex legibus et decretis sapientum legislatorum hoc sibi vendicent, non multo secus, quam dictum iam sit, oportet definiri. Rerum quippe iustitia et honestas ab ipsis primum, ut in natura sunt, non a legibus et doctrinis ortum habent.[309] Quia, nisi res a principio ita se considerandae obtulissent mentibus legislatorum, quibus moverunt animum et intelligentiam, non ita potuissent de illis pronuntiare. Nam prius in officiis vitae senserunt esse decentiam, aequabilitatem et rectitudinem, quam de illis ferrent suas leges. Neque in potestate nostra situm est, sed in natura, quo pacto his rebus moveamur, quas intelligimus. Quamobrem honesti et iusti a natura existimo esse initium, ad quae postea indicanda populis, cum non omnes exquisita perspicacia sint praediti, bonas leges multum facere non dif-

[306] *Vgl. Cic. fin. 5,43 (Rackham 442):* Est enim natura sic generata vis hominis ut ad omnem virtutem percipiendam facta videatur […]; sunt enim prima elementa naturae, quibus auctis virtutis quasi germen efficitur.

[307] *Vgl. Arist. eth. Nic. 2,1, 1103a 34–1103b 2 (Bywater 24).*

[308] *Vgl. Gal. an. mor. 11 (GO IV 814):* οὔτε γὰρ ἅπαντες ἐχθροὶ φύονται δικαιοσύνης οὔθ' ἅπαντες φίλοι, διὰ τὰς κράσεις τῶν σωμάτων ἑκάτεροι τοιοῦτοι γενόμενοι.

[309] *Vgl. Cic. leg. 1,18 (Keyes 316):* Lex est ratio summa insita in natura, quae iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria.

fiteor. Quandoquidem illis non tantum iusta et honesta defenduntur et retinentur in repub[lica], sed etiam ignaris et ¦ rudioribus indicantur. 46 Z_2
Atque ista de legibus, quae latae sunt et conscriptae, volo accipi. Nam si dehinc interrogarer, unde nam res ipsae habeant, ut honestae, iustae commodaeque videantur nostro generi, cum a legislatoribus considerantur, nil habeo, quod respondeam, nisi legem Dei quandam ex aeterno sic rebus prospicientem, qua si aliter decrevisset, res ipsae omnino aliter essent et viderentur.[310] Sed si quis altius rem exquirat, ex ipsa huiusmodi lege totam naturam pendere intelliget. Attamen quia nunc philosophum ago, idcirco de illa Dei lege nil dico. Sed, quod iam dixi, confirmo: rerum honestatem atque iustitiam a natura incipere quidem, perfici tamen a legibus.

Quomodo virtutes incertas dicat, quas tamen inter bona numerat.

Est secundo loco dubium, quomodo Aristoteles incertas dicat esse cum virtutes tum divitias, cum inter bona ille ipse haec habeat neque de divitiis cum Stoicis faciat, qui illas ex bonorum albo expunxerunt.[311] Bona sane illas esse, quamvis non primi ordinis, arbitratur. Virtutes vero non modo is, at nobiliores quique philosophi nunquam non habuerunt pro bonis praestantissimis. Ad haec respondemus bona quidem esse per se, verum per accidens interdum nocere. Et Aristoteles, cum suam dicit sententiam de his, ut philosophus egregius, qui res optime distinguit, reiectis accidentibus id, quod est, per se amplectitur. Hic vero in prooemio res istas | et dubias esse et errorem habere coniunctum secum affirmat, quia de hominum vulgo agit, quorum perpauci sunt, qui, quod est per se, ab eo, quod est per accidens, acute internoscant. Qua de re fuit Epicurus vehementer hallucinatus, qui virtutem ideo putavit summi boni rationem habere non posse, quod Aristidi, Socrati et consimilibus exitio fuerit,[312] cum hoc virtuti per accidens, non autem per se adiungatur. 52 Z_1

Z. 7 ipsae] ipsa Z_2 15 qui] quae Z_1

[310] *Vgl. Aug. lib. arb. 1,50 (CCSL XXIX 220,56–58):* In illa temporali [lege] nihil esse iustum atque legitimum quod non ex hac aeterna sibi homines deriuauerint.

[311] *Vgl. Diog. Laert. vit. 7,102 (Hicks II 208):* οὐδέτερα δὲ ὅσα μήτ' ὠφελεῖ μήτε βλάπτει, οἷον ζωή, ὑγίεια, ἡδονή, κάλλος, ἰσχύς, πλοῦτος, εὐδοξία, εὐγένεια.

[312] *Vgl. Cic. tusc. 5,36,105 (King 530):* Quid? Aristides – malo enim Graecorum quam nostra proferre – nonne ob causam expulsus est patria, quod praeter modum iustus esset?

Expetendum igitur est his, qui de talibus et ex talibus dicunt, crasse ac forma verum ostendere, et cum de his, quae plaerunque fiunt et ex talibus dicunt, etiam, quae talia sint, concludere. [13*] 1094b 19–22

Quamvis ista sint ambiguae neque de iustis, honestis et bonis omnes consentiant et crassior harum rerum instituatur tractatio, sic tamen oportet nos esse contentos, quandoquidem talis est harum rerum natura. Et cum ista non sint necessaria neque similiter perpetuo se habeant, quid mirum, si concludantur ex talibus, cum inter conclusiones et argumenta cognationem oporteat intercedere? Sunt illa plane, de quibus agimus, ut vocant, contingentia, quorum conditio inde oritur, quia cum sunt et fiunt, nec esse neque fieri est necesse, sed impediri
47 Z_2 possunt.[313] Unde principia contingentiae faciunt physici materiam, ¦ civiles autem nostram voluntatem sive delectum. Materia enim cum hac vel illa forma deberet ornari, quandoque impeditur, vel quod efficiendi causa desit, vel quod aliquo casu debilitata fuerit eius vis. Quod item in nostris electionibus apparet. Quis ignoret patrem iure debere liberos suos maxima charitate prosequi? Sed hoc interdum ne velit, uxoris, quam novercam filiis induxit, opera incidit. Ibi enim mulierculae illius nimio amore captus impeditur, ne honesta eligat. Item a viro bono sanum consilium esset expectandum, sed impeditur aliquando temporis angustia, ne rem, quanta deberet diligentia, expendat vel aliis curis aut corporis debilitate avertitur neque fidelem operam potest navare. Unde liquet satis ea, quae hic tractantur, non semper, sed
53 Z_1 saepius evenire. Tres vero partes contingenti omnes assignant, | ut quaedam dicant fieri frequenter, alia ex aequo, nonnulla denique raro.[314] Circa necessaria, quae se aliter habere non possunt, versantur

Contingentiae principia.

Contingentis partes.

Z. 9 cognationem] cognatione Z_1

[13*] *AG* ἀγαπητὸν οὖν περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας παχυλῶς καὶ τύπῳ τἀληθὲς ἐνδείκνυσθαι, καὶ περὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας τοιαῦτα καὶ συμπεραίνεσθαι· – *AL* Amabile igitur de talibus et ex talibus dicentes, grosse et figuraliter veritatem ostendere, et de hiis que ut frequencius et ex talibus dicentes, talia et concludere.

[313] *Vgl. Thom. Aqu. SCG 1,67,3 (STO II 17):* Contingens enim sic in sua causa est ut non esse ex ea possit et esse.

[314] *Diese Einteilung des Kontingenten in drei Klassen findet sich auch in Thomas von Aquins Kommentar zu* De interpretatione, *geht aber als solche auf Ammonios zurück. Vgl. Amm. int. (Busse 142,1–5):* οὔπερ εἰς τρία διῃρημένου τὸ μὲν λέγεται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, οἷον τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον πενταδάκτυλον ἢ ἐν γήρᾳ πολιοῦσθαι (σπάνια γὰρ τὰ μὴ οὕτως ἔχοντα), τὸ δὲ ὡς ἐπ' ἔλαττον, οἷον τὸ τὸν σκάπτοντα θησαυρῷ περιτυχεῖν, τὸ δὲ ἐπ' ἴσης, οἷον τὸ λούσασθαι καὶ μὴ λούσασθαι ἢ βαδίσαι καὶ μὴ βαδίσαι. *Thom. Aqu. int.*

scientiae; in his, quae frequentius, artes.[315] Rationis autem sunt et electionis ea, quae ex aequo contingunt, nam istae sunt vires iudicandi, ideoque librant utrinque partes contradictionis.[316] At illa, quae raro accidunt, cum de ipsis ratio nulla reddi possit et arte tractari nequeant, casui et fortunae relinquuntur. Quae sic inter sese differunt, ut casus ad ea, quae in natura fiunt, raro pertineant, fortuna vero in rebus humanis ponitur, quando sic fiunt.[317]

Et cum ita res habeat, quia de his dicitur, ex his quoque docendum est. Et quando ex his progredimur, de talibus oportet conclusiones inferri. Atque id sibi vult, quod modo Aristoteles habet περὶ τούτων καὶ ἐκ τούτων. Primum significat problemata et quaestiones aut conclusiones; alterum propositiones et argumenta. Cumque ea sit huius nostrae materiae conditio, si quis de his rebus pronuntians aliquando sit falsus et mentiatur, vitio illi non est vertendum, quia talis est rei natura quam tractat. Quodque dicit Aristoteles παχυλῶς, πρὸς τὸ λεπτομερές opponitur, ut τύπῳ πρὸς τὸ ἐναργῶς, et ἐνδείκνυσθαι πρὸς τὸ ἀποδείκνυσθαι et ἐπὶ τὸ πολὺ πρὸς τὸ ἀναγκαῖον. Subtilis et exquisita demonstratio ea est, quae resolvit usque ad immediata principia.[318]

1094b 22–27 *Eodemque modo oportet accipere, quae dicuntur. Eruditi quidem est exquisitum in unoquoque genere tantisper quaerere, quamdiu ipsum rei natura patitur. Nam propemodum idem videtur admittere mathematicum suadentem et ab oratore demonstrationes postulare.* [14*]

[14*] *AG* τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἀποδέχεσθαι χρεὼν ἕκαστα τῶν λεγομένων· πεπαιδευμένου γάρ ἐστιν ἐπὶ τοσοῦτον τἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαστον γένος, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται· παραπλήσιον γὰρ φαίνεται μαθηματικοῦ τε πιθανολογοῦντος ἀποδέχεσθαι καὶ ῥητορικὸν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν· – *AL* Eodem utique modo et recipere debitum est unumquodque dictorum. Disciplinati enim est in tantum certitudinem inquirere secundum unumquodque genus, in quantum natura rei recipit. Proximum enim videtur et mathematicum persuadentem acceptare, et rhetoricum demonstraciones expetere.

1,13,9 (STO IV 337): Quaedam enim contingunt ut in paucioribus, quae accidunt a casu vel fortuna. Quaedam vero se habent ad utrumlibet, quia scilicet non magis se habent ad unam partem, quam ad aliam, et ista procedunt ex electione. Quaedam vero eveniunt ut in pluribus [...]. *Vermigli verwendet diese Einteilung auch in Verm. Sam. 56v.*

[315] *Amm. int. (Busse 142,5f.):* καὶ περὶ μὲν τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἐνδεχόμενον ἔχουσι δύο τινὰ αἴτια, ἥ τε φύσις καὶ ἡ τέχνη.

[316] *Amm. int. (Busse 143,1–3):* περὶ δέ γε τὸ ἐπ' ἴσης ἐνδεχόμενον ἡ προαίρεσις ἔχει μόνη.

[317] *Amm. int. (Busse 142,13–22):* περὶ δὲ τὸ ἐπ' ἔλαττον ἐνδεχόμενον δύο ταῦτα ἔχουσιν, ἥ τε τύχη καὶ τὸ αὐτόματον […] τὸ μὲν οὖν ἀπὸ τύχης παρυφίσταται, ὅπερ ἐλέγομεν, τοῖς κατὰ προαίρεσιν γινομένοις, τὸ δὲ ἀπὸ ταὐτομάτου τοῖς κατὰ φύσιν.

[318] *Vermigli bezieht sich auf die* demonstratio quia*, die von den Folgen auf die Gründe (*immediata principia*) schließt. – Risse 1964, 201.*

48 Z_2 ¦ Hac secunda parte huius capitis transit ad auditorem ac tradit, quo nam modo affectus esse debeat erga doctrinam. Forma rationis: Analysis.

Eruditi est non plus requirere, quam natura et genus subiectum patiatur a docente.
Auditorem huius scientiae non rudem, sed eruditum esse oportet.
Ergo etc.[319]

54 Z_1 Atque dum inquit eruditi esse huic generi doctrinae in talibus acquie|scere, tacite innuit e diverso ineruditi esse aliter se gerere. Mathematicum debere alienum a suasione in sua facultate agere patet, quia materia illius habet proprietates necessario sibi inhaerentes et nulla impedimenta, quae contingentiae sunt initia, possunt ibi locum habere, quandoquidem a materia, quae sentiatur, recedit neque causam efficiendi considerat nosque antea probavimus hinc quo ad naturam principium esse contingentiae. Atque simul ex altero capite, nimirum electionis humanae, quae in mathematicis prorsus est supervacanea, contingentia esse non potest. Orator ἀποδείξεις non habet, sed cum tractat incerta, ut illa suadeat, verisimilibus duntaxat utitur vel his, quae verisimilia visa fuerint.[320] Mathematicus quare non utatur suasione. Orator non habet demonstrationes.

Oratores vero hic Aristoteles eos appellat, qui ad populum in senatu vel ad tribunalia dicunt. Quorum res ut ambiguae sint, ex his differentiis temporum, quibus utuntur, possumus colligere. Praeteritum ad iudiciale tempus attinet, futurum ad deliberativum, praesens ad demonstrativum.[321] In coniecturis de praeterito quot ambiguitates lateant, non est qui non videat. In coniecturis de futuro misere hallucinamur. Quae vero in rebus praesentibus laude aut

[319] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

[320] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 22,35–23,2):* ὁ μὲν γὰρ μαθηματικὸς τοιοῦτον ἔχει τὸ ὑποκείμενον ὡς δύνασθαι τὰ καθ' αὐτὸ συμβεβηκότα αὐτῷ ἐξ ἀναγκαίων καὶ πρώτων καὶ καθ' αὐτὸ καὶ ᾗ αὐτὸ καὶ ἀμέσων δεικνύειν προτάσεων, ὁ δὲ ῥητορικὸς ἐξ ἐνδόξων ἢ φαινομένων ἴσως ἐνδόξων τὰ προκείμενα κατασκευάζει, οὐ σφόδρα κινούσας τὸν ἀκροατὴν εἰς κατάνευσιν. *Eustr. lat. (Mercken 38,86–90):* Mathematicus quidem enim tale habet subiectum quod possibile est per se accidentia ipsi ex necessariis et primis et per se et secundum quod ipsum et immediatis demonstrare propositionibus. Rhetoricus autem ex opinabilibus vel apparentibus ‹…› proposita construit, non valde forte movens auditorem ad annuitionem.

[321] *Arist. rhet. 1,3, 1358b 13–20 (Ross 13f.):* χρόνοι δὲ ἑκάστου τούτων εἰσὶ τῷ μὲν συμβουλεύοντι ὁ μέλλων (περὶ γὰρ τῶν ἐσομένων συμβουλεύει ἢ προτρέπων ἢ ἀποτρέπων), τῷ δὲ δικαζομένῳ ὁ γενόμενος (περὶ γὰρ τῶν πεπραγμένων ἀεὶ ὁ μὲν κατηγορεῖ, ὁ δὲ ἀπολογεῖται), τῷ δ' ἐπιδεικτικῷ κυριώτατος μὲν ὁ παρών (κατὰ γὰρ τὰ ὑπάρχοντα ἐπαινοῦσιν ἢ ψέγουσιν πάντες), προσχρῶνται δὲ πολλάκις καὶ τὰ γενόμενα ἀναμιμνήσκοντες καὶ τὰ μέλλοντα προεικάζοντες.

vituperio digna sint, nemo non videt quantum sit incertitudinis. Quod vero Tullius interdum et nonnunquam Demosthenes[322] utantur necessariis argumentis, sententiae ab Aristotele positae non officit, nam id spectavit, quod oratoribus frequentiori est usui.[323] Discrimen hic ferme omnes annotarunt non contemnendum inter mathematicum et oratorem, quod ille cogat etiam nolentes, iste vero in suam sententiam non ducit nisi persuasos et assentientes.[324]

Oratoris et mathematici discrimen.

Quamobrem Aristoteles materiam artis et facultatis genus appellet, antea exposuimus. Nunc videndum superest, quid haec iam allata cum religione consentiant aut pugnent. Primum id occurrit: ea, quae ad mores pertinent, in sacris literis cum traduntur, constantia et certissima esse, non enim variant, sed apud omnes nationes, modo in Christum credant, sunt eadem. Cum in ecclesia catholica iudicium de honestis, iustis et bonis non faciamus ex hominum opinionibus, sed potius ex uno Dei verbo, quod, ut certissima ¦ est regula, ita nobis omnibus est summum κριτήριον. Est attamen expendendum diligenter huic nostro consensui de honestis iustis et bonis, ut sacras literas voluntatem Dei respiciunt et ad vitam aeternam spectant, non adver|sari civilium seu municipalium legum diversitates, quae in variis christianorum et generibus rerum publicarum habentur. Quae nos fatemur (ut dicit Aristoteles) varietatem inter homines habere, omnia tamen huius generis discrimina sub una regula divinarum literarum comprehenduntur: magistratibus esse parendum quo ad non praecipiant quicquam divinis institutionibus contrarium.[325]

Quomodo haec cum sacris literis consentiant.

49 Z_2 55 Z_1

Z. 13 modo in] modo Z_2

[322] *Demosthenes (384/83–322 v. Chr.), attischer Redner und Politiker. – NP III 467–473.*

[323] *Dieser Satz kann als Antwort auf einen Einwand des Omer Talon betrachtet werden, welcher in seinem Kommentar gerade auf Cicero und Demosthenes verweist, um die aristotelische Unterscheidung zwischen wissenschaftlicher und rhetorischer Argumentationsweise zu kritisieren. Vgl. Tal. eth. 1015:* [Advocati], qui tamen (pace philosophi dixerim) et possunt aliquando et nonnunquam solent uti necessariis rationibus, quemadmodum ex Ciceronis et Demosthenis orationibus apparet. Itaque vulgaris et scholastica magis quam vera est opinio, quam Aristoteles in Rhetoricis suis, cum a veteribus accepisset, amplificavit et posteris in hac re, sicut in aliis, errandi occasionem praebuit.

[324] *Vgl. Cic. ac. 2,116 (Rackham 614–616):* Geometrae […], qui se profitentur non persuadere sed cogere, et qui omnia vobis quae describunt probant.

[325] *Vgl. Verm. Iud. 185v:* Magistratus verbum Dei et sacramenta, quibus ministerium utitur, non potest inflectere neque cogere pastores aut doctores ecclesiae, ut aliter doceant vel secus administrent sacramenta, quam a verbo Dei praescriptum fuerit.

Iustum et rectum in divinis literis quatenus sit mutatum.

Sed ut rem magis aperiam, ita respondendum arbitror. Cum id quaesierit quispiam, an iustum et rectum mutatum sit unquam in divinis literis, annuamus quo ad ceremonialia et civilia. Aliae quippe ceremoniae post Christum substitutae fuerunt veteribus ac deleta republica Israelitica. Civiles eius leges inter alias nationes, quamvis religiosae sint et Christum receperint, vim non amplius habent. Sed quo ad moralia, aeterna illa sunt neque possunt extingui. Quare iustum et honestum, quod ibi continetur, est perpetuum.[326]

De divortio et πολυγαμία quare sublata sint, cum olim licuerint.

At sunt nonnulli et hi quidem non admodum indocti, qui de divortio quavis ex causa concesso populo Hebraeo et de πολυγαμία veterum dubitant, quae, cum ad mores pertineant, sublata modo sunt et, quae licuerunt veteri populo, nunc sunt interdicta. His dicimus, vel concessiones illas ad civilia decreta illius aetatis esse referenda et ideo mutari potuisse; vel si moralia contenderis esse, quod improbari queant rationibus certis, quae ducantur ex moralibus praeceptis, ut πολυγαμία propter charitatem exploditur, quae non potest aequabilis retineri inter plures uxores;[327] et divortium ex quavis causa factum, quod temere coniunctio ea rescindatur, quam Deus instituerat, ut esset arctissima,[328] respondebimus fuisse quidem haec natura sua in veteri lege nonnihil diversa a recto et honesto, sed tamen ex Dei concessione legitima. Nam in divortio habuit rationem durissimae pertinaciae Iudaeorum[329] et in uxoribus multiplicibus, quas concessit, augeri volebat iuxta promissiones Abra-

Z. 10 causa] caussa $\mathcal{Z}_2$

[326] *Die Unterscheidung zwischen Zeremonial-, Judizial- und Moralgesetz – wobei die beiden ersten für die Christen keine Geltung mehr hätten, das letztere hingegen ewig gültig sei – war schon von den Kirchenvätern formuliert worden und wurde bald zu einem Gemeinplatz christlicher Theologie. Vgl. Tert. adv. Iud. 6,1 (CCSL II 1352,8–11):* […] sequitur, ut […] superueniret tempus, quo legis antiquae et ceremoniarum ueterum praecepta cessarent et nouae legis promissio et citatio superueniret. *Thom. Aqu. STh Ia-IIae q. 103 a. 3 co. (STO II 501):* Ceremoniae primi status, per quas figurabatur secundus et tertius, veniente secundo statu, cessare debuerunt. *Thom. Aqu. STh Ia-IIae q. 104 a. 3 co. (STO II 503):* Iudicialia praecepta non habuerunt perpetuam obligationem, sed sunt evacuata per adventum Christi.

[327] *Vgl. Verm. Sam. 144v:* In matrimonio summam oportet esse charitatem. At […] summam amicitiam non posse constare inter plures. Quo enim in plures amicitia spargitur, eo necesse est eam remissiorem esse in singulos.

[328] *Gen 2,24* Relinquet homo patrem suum et matrem et adherebit uxori suae et erunt duo in carne una.

[329] *Mt 19,8* Quoniam Moses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras.

hamo factas quoad illius populi numerum.[330] Unde privilegia non sunt nobis in exemplum trahenda, sed retinere debemus illud primum rectum et honestum, quod sacrae literae statuunt, praesertim cum ad id Christus et eius apostoli noc revocarint. Atque haec de iusti et honesti constantia quoad religionem. In altero vero cum philosophis nostra | consentiunt, quando et sacrae literae non utuntur argumentis exquisitis et subtilibus et raro perfectissimas illas demonstrationes adhibent, quia Deo vi¦sum est ad infirmorum captum doctrinam accommodari. Quamobrem parabolis, historiis atque similibus, bonam partem suae doctrinae complexus est. Interest nihilominus hoc facere, quia rerum natura aliter non patiatur, quod philosophis accidit, et quia noluerit rem aliter instituere, quod Deus fecit, qui sane potuisset accuratissimis uti rationibus, quas evitavit, partim ut simplicioribus consuleret, partim ut vim crucis Christi non extenuaret, partim ut obedientia fidei et humanae rationis captivitas, cum nobis esset utilior, tum nomini eius ad maiorem gloriam cederet. Atque nos ea forma doctrinae contentos esse oportet, nisi velimus aeternam vitam repudiare.

Sacrae literae quare raro utantur perfectis demonstrationibus.

56 Z_1

50 Z_2

1094b 27–1095a 2 *Quisque autem recte iudicat, quae agnoscit, atque horum est bonus iudex. Quamlibet itaque rem eruditus, absolute vero eruditus de omnibus.* [15*]

Tertiae partis huius capitis analysis.

Propositum in hoc loco est, ubi tertia pars huius capitis exponitur, neque iuvenes neque incontinentes huius facultatis idoneos esse auditores. Et ratio est quo ad iuvenes, quod istarum rerum nullam habeant experientiam et idcirco de illis iudicare non possint et propterea non facile recipere. Hoc sane utitur argumento:

Qui rerum istarum notitiam habet et experientiam, hic est auditor idoneus.

Iuvenes per aetatem ista non norunt neque habere possunt illorum experientiam.

Z. 6 *Marg.* perfectis] profectis Z_1 23 nullam] uullam Z_2

[15*] *AG* ἕκαστος δὲ κρίνει καλῶς ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής· καθ' ἕκαστον μὲν ἄρα ὁ πεπαιδευμένος, ἁπλῶς δ' ὁ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος· – *AL* Unusquisque iudicat bene que cognoscit et horum est bonus iudex. Secundum unumquodque certe eruditus. Simpliciter autem quem circa omnia eruditus est.

[330] *Vgl. Verm. Sam. 145r:* Deus enim voluit populum, in quo vera religio esset constituta, durare usque ad Christum. Licuit ergo illis uti pluribus uxoribus, ut populus ille esset numerosior.

Propterea non sunt idonei auditores.[331]

Minor propositio patet ac per se satis est evidens. Maior probatur ab antecedentibus, quia notitia semper exquiritur ante iudicium neque de ignotis potest quisquam iudicare et, quae non recte iudicata fuerint, non possunt recte vel admitti vel explodi. Rei porro cognitio et experientia regulam quandam parit in animis hominum, qua metiuntur, quae in humanis actionibus, electionibus et affectibus occurrerint, et inde considerant, quomodo a regula dissentiant seu cum ea | pugnent, ex qua collatione iudicium oritur, et destitutos huiusmodi regula necesse est non posse fieri bonos iudices. Non satis erat philosopho dixisse, quemlibet recte iudicare, quae nosset, sed ut rem maiori significantia exponeret, adiecit: »Et quo ad singula hoc esse verum«, hoc est, ut exemplis agamus et descendamus ad minima, bonum iudicem musices esse, qui de sonis aliquam habuerit experientiam; et picturae, ¦ qui colores, mensuras, lineas et umbras utcunque noverit. Itaque qui cognitionibus hisce singularibus praediti sunt, eruditi dicuntur, non quidem absolute, verum in hoc vel illo genere. Simpliciter vero ac perfecte censetur eruditus, qui de omnibus aliquam habeat experientiam. Mitto quaerere, an aliquis huiusmodi possit reperiri, quia sive sit, sive non sit, ad id, quod agimus, nihil refert. Nam ex illis particularibus eruditionibus datis recte consequitur eum, si esset, qui de omnibus aliquam haberet experientiam, posse de omnibus recte iudicare. Atque hanc distinctionem ideo inductam arbitror, ut ostendat non solum ad bene iudicandum experientia opus esse, verum etiam ut doceat se non requirere ad hanc facultatem summam eruditionem, sed eam tantum, quae ad hoc negotium spectet. Et est hoc loco diligenter considerandum, non appellare Aristotelem πεπαιδευμένον, scientem et ἐπιστήμωνα. Qui enim sunt huiusmodi, non opus habent praeceptoribus neque auditores censentur. Sed eruditum illum dicit, qui experientiam usu quodam fuerit consequutus. Quosdam enim videas, qui nunquam pinxerunt, neque si velint, possint, et hi tamen ita sunt exercitati in signis et picturis contemplandis, ut de his facile iudicent. Quod etiam de carminibus accidit, nam quidam, cum poetae non sint, usu tamen et lectione ita profecerunt, ut experientia et usu de poesi oblata non male iudicent, et voce τῆς παιδείας Aristoteles in hac significatione utitur.

Notitia requiritur ante iudicium.

Eruditi qui dicantur.

57 Z_1 51 Z_2

Z. 34 lectione] electione Z_2

[331] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Baroco.

1095a 2–4 *Propterea civilis facultatis iuvenis non est aptus auditor. Actionum quippe vitae non habet experientiam. Hi vero Sermones et ex his et de eis agunt.* [16*]

Minor est in his verbis propositio, quod iuvenis careat experientia, praesertim actionum humanarum, cum in eis parvo admodum tempore sit versatus.

1095a 4–6 | *Praeterea, quod affectibus sit obnoxius, frustra et inutiliter audit, quandoquidem finis est non quidem notitia, sed actio.* [17*] 58 Z_1

Alia ratione iuvenes excludit, quod perturbationibus subiaceant et sint incontinentes eosque non esse ad ista idoneos praedicat et ex fine concludit:

Qui non potest facere, quae hic docentur, frustra et inutiliter ea audiet.
¦ Iuvenes, qui suis ducuntur affectibus, facere non queunt huius doctrinae praecepta. 52 Z_2
Frustra igitur et absque utilitate illa audirent.[332]

De rebus ethicis non tantum contemplans scientia habetur.

Minor est evidens. Maior probatur, quia doctrinae huius finis est actio, non perceptio et contemplatio. Locus iste omnino illos confutat, qui arbitrantur de rebus ethicis contemplantem scientiam duntaxat haberi posse, cum Aristoteles his verbis longe secus esse testetur neque sit cuiquam dubium ex fine scientias vel θεωρητικάς vel πρακτικάς appellari.

1095a 6–13 *Nil autem interest, an aetate sit iuvenis, an iuvenilibus moribus. Non enim penes tempus defectus est, sed quod ex perturbationibus vivat et omnia persequatur, talibus enim inutilis redditur notitia ceu incontinentibus. His vero, qui iuxta rationem appetitus moderantur et regunt, utilissimum erit de his*

Z. 22 iuvenilibus] iuvenilis Z_1

[16*] *AG* διὸ τῆς πολιτικῆς οὐκ ἔστιν οἰκεῖος ἀκροατὴς ὁ νέος· ἄπειρος γὰρ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων, οἱ λόγοι δ' ἐκ τούτων καὶ περὶ τούτων· – *AL* Idcirco politice non est proprius auditor iuvenis. Inexpertus enim est eorum qui secundum vitam sunt actuum. Raciones autem de hiis et ex hiis.

[17*] *AG* ἔτι δὲ τοῖς πάθεσιν ἀκολουθητικὸς ὢν ματαίως ἀκούσεται καὶ ἀνωφελῶς, ἐπειδὴ τὸ τέλος ἐστὶν οὐ γνῶσις ἀλλὰ πρᾶξις· – *AL* Amplius autem passionum secutor existens, inaniter audiet et inutiliter, quia finis est non cognicio, set actus.

[332] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

cognoscere. Et de auditore quidem et quomodo haec sint recipienda quidue sit, quod proponitur, tot in prooemio dicta sunt. [18*]

Duplex ratio iuveni obstat, ne magno cum fructu haec audiat. Prima, quod experientia destituatur; altera, quod cupiditatibus et affectibus vivat obnoxius. Nunc alteram istam causam ad maiores natu extendit, quos ostendit fieri posse, quod saepius nimium videmus, quam velimus, ut iunioribus nihilo sint meliores. Unde liquido apparet aetatem non esse tempus definitum perturbationibus, ut spacia anno|rum solum in hominibus vigeant. Incontinens quoque, ut dicitur, absque fructu audiet. In eo quippe, licet ratio sit recta, vincitur attamen affectibus et ita vincitur, ut, quae viderit esse iusta, nequeat facere.[333] Itaque, ut superatur eius ratio, sic doctrina haec, si ab eo percepta sit, vincetur et, cum illam in actum non valeat educere, frustra laborabit audiendo. Hinc argumento a contrariis efficitur illos ista facultate, si eam audiverint, vehementer adiuvari, qui suos affectus rationi gubernandos permiserint.

Iuvenes et incontinentes non sunt idonei auditores ethicae.

59 Z_1

Qui sint idonei auditores.

Sed videretur iure id reprehendi posse, quod hic statuitur. Quoniam perfectorum est animi perturbationes rationi subiecisse, at qui iam absoluti sunt, doctrina non indigent. Et qui emendatione quam maxime opus habent, iuvenes et incontinentes, idonei ad ista non iudicantur. Qui si de auditorum nu¦mero detrahantur, nullum sane genus hominum reliquum erit, cui haec ullam utilitatem afferant. Unde non evadet facile, quin supervacanea sit futura. Respondet Eustratius esse quosdam et eos non paucos, qui tantum consuetudine adducantur, ut boni sint, sed ratione et via procedere nequeant, cum regulis certis destituantur, quas postea, cum sibi ex hac doctrina comparaverint, in

Si iuvenes et incontinentes non sunt idonei auditores et perfecti doctrina non egent, ethica supervacua est.

53 Z_2

Z. 17 *Marg.* supervacua] supervacanea Z_2

[18*] *AG* διαφέρει δ' οὐδὲν νέος τὴν ἡλικίαν ἢ τὸ ἦθος νεαρός· οὐ γὰρ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν καὶ διώκειν ἕκαστα· τοῖς γὰρ τοιούτοις ἀνόνητος ἡ γνῶσις γίνεται, καθάπερ τοῖς ἀκρατέσιν· τοῖς δὲ κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιουμένοις καὶ πράττουσι πολυωφελὲς ἂν εἴη τὸ περὶ τούτων εἰδέναι· καὶ περὶ μὲν ἀκροατοῦ, καὶ πῶς ἀποδεκτέον, καὶ τί προτιθέμεθα, πεφροιμιάσθω ταῦτα· – *AL* Differt autem nichil iuvenis secundum etatem aut secundum morem iuvenilis. Non enim a tempore defeccio, set propter secundum passiones vivere et persequi singula. Talibus enim inutilis cognicio fit, quemadmodum in incontinentibus. Secundum racionem autem desideria facientibus et operantibus, multum utique utile erit de hiis scire. Et quid de auditore et qualiter demonstrandum et quid proponimus, prohemialiter dicta sint tanta.

[333] *Arist. eth. Nic. 7,1, 1145b 12f. (Bywater 131):* ὁ μὲν ἀκρατὴς εἰδὼς ὅτι φαῦλα πράττει διὰ πάθος.

actionibus iustis et honestis maxime confirmantur adducti iam non consuetudine, sed πληροφορία vehementissime persuasi. Nec desunt, qui statim naturali quodam impulsu a pravis abhorreant et appetant bona, sed quomodo illa inter sese differant quave ratione possint ex bonis, quae sane multiplicia sunt, meliora sectari, per seipsos ignorant, nec dubium est ita factos, hinc magna posse nancisci adiumenta.[334]

Incontinentes cum fructu haec audire possunt.

Neque propterea, quae ab Aristotele audivimus, putandum est incontinentes et perturbationibus obnoxios haec absque ullo fructu esse audituros. Nisi enim sensu omnino sint destituti, cum illis haec proposita fuerint, saltem, quonam a vitiis et cupiditatibus abducti sint, cognoscent et, ut a recto iam distent, animadvertent et fieri non poterit, quin ad meliora quoquo modo extimulentur. Unde paulatim et sanari et proficere poterunt, ut Athenis Polemoni[335] adolescenti perditissimo accidisse legimus, cum Xenocratem[336] multa de temperantia disputantem audivisset.[337] Proinde quae hac de re nunc dicuntur, non sunt citra exceptionem intelligenda. Sunt enim aliquando iuvenes natura sic facti, disciplina et educatione tantum emendati, ut ex hoc doctrinae genere multum queant proficere, quo ad externam iustitiam et civilem conversationem, quod illis evenire maxime arbitror, qui christiana fide a teneris imbuti pietatem ex animo colunt. Quod exemplo illustrissimo

Iuvenes aliquando idonei auditores ethicae.

Z. 10 a vitiis et] a Z_2 19 christiana] chrstiana Z_2

[334] *Eustr. graec. (Heylbut 27,4–13):* ἢ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς πρὸ τῶν λόγων ἐκ συνηθείας μόνης τὸ ἀγαθὸν κανόνα μὴ ἔχουσι τεχνικὸν ᾧ τὰς πράξεις παραμετρήσουσι, κατά γε τοὺς λόγους σὺν μέτρῳ καὶ λόγῳ τεχνικῷ ἡ τῶν ἀστείων μετέλευσις πράξεων· διὸ καὶ βεβαιοτέρα αὐτοῖς ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἀντιποίησις πληροφορουμένοις ἐκ τῶν λόγων, πότε καλῶς ἢ μὴ καλῶς ἔχουσιν· ἄλλως τέ εἰσι τῶν ἀνθρώπων πολλοὶ ἐξ ἀρχῆς μὲν εὐθὺς τὰ φαῦλα ἀποστρεφόμενοι καὶ τῶν ἀγαθῶν ὀρεγόμενοι, ὅπως δὲ ταῦτα ἀλλήλων διαστήσουσι καὶ ἑαυτοῖς τὰ κρείττω περιποιήσονται, οἴκοθεν εἰδέναι μὴ ἔχοντες· καὶ δεῖ τούτοις λόγου καὶ τέχνης πρὸς τὴν ἐκλογὴν τῶν καλῶν καὶ κατόρθωσιν. *Eustr. lat. (Mercken 45,73–82):* Vel bonis quidem ante sermones ex consuetudine sola bonum, regulam non habentibus artficialem qua operationes mensurent, post sermones autem cum mensura et ratione artficiali civilium fit adventus et pertransitus operationum. Propter quod et firmior fit eis sic boni studiosa dispositio, certificatis ex sermonibus quando bene vel non bene habent. Aliter: Sunt hominum multi a principio quidem confestim prava avertentes et bona desiderantes, qualiter autem haec ad invicem distant et sibi ipsis meliora adquirant a se ipsis scire non habentes. Oportet eos habere sermones et artem ad electionem bonorum et directionem.

[335] *Polemon von Athen (ca. 350–276/75 v. Chr.), platonischer Philosoph und langjähriger Leiter der Platonischen Akademie in Athen. – NP X 6.*

[336] *Xenokrates (396/95–314/13 v. Chr.) aus Chalkedon, Schüler Platons und Leiter der platonischen Akademie in Athen als Nachfolger des Speusippos. – NP XII/2 620–623.*

[337] *Vgl. Diog. Laert. vit. 4,16 (Hicks I 392). Dasselbe Beispiel führt auch Tal. eth. 1016 an.*

60 Z_1 | testatus est Eduardus VI.[338] Angliae rex, adolescens profecto ad omnem virtutem exercendam prima sua aetate paratissimus. Quod idem et vobis usu veniet, si doctrinam Evangelii eo studio, quo coepistis, persequamini. Non itaque voluit Aristoteles omnes iuvenes in universum excludere, sed in hoc prooemio id quam maxime curavit, ut depelleret obiectiones, quae dignitati ac existimationi facultatis huius possent officere. Atque hoc agit, ne, si videris iuniores in hac doctrina versatos aliquando nihilo fieri meliores, id ei vitio vertas, quasi minimi pretii sit et ignava, reiicit igitur culpam in defectum aetatis, quod experientia destituatur et animi perturbationibus versetur. Haec inquit esse impedimenta, propter quae progressus doctrinae atque fructus ex ea spectati non succedant. Neque tantum hoc sensit Aristoteles, verum illi Pindarus[339] etiam subscribit, dicens: Κουφότεραι γὰρ ἀπειράτων φρένες.[340] Et Homerus[341]: Ἀεὶ γὰρ τε νεότεροι ἀφραδέουσι.[342] Horatius[343] ad haec: »Cereus in vitium flecti, monitoribus asper«[344] de iuvene 54 Z_2 pronuntiat. Utque ¦ plerunque sint petulantes et affectibus aestuent, comoediam testem habemus luculentissimam.[345] Demonstrant etiam historiae, ut Cicero fuerit deceptus in Octavio[346] et quam ipse Aristoteles, quo ad mores formandos, in suo Alexandro Macedone parum efficere potuerit, cum maxima flagraret semper ambitione, secundam fortunam insolentissime tulerit, deitatem stultissime affectaret et sic vino indulserit, ut ebrius amicissimos interficeret[347] ac Persipolim re-

Eduardi VI. Angliae regis laus.

Iuventutis vitia.

Z. 13 subscribit] suscribit Z_2 21 affectaret] affectarit Z_2

[338] *Eduard VI. Tudor (1537–1553) wurde 1547 im Alter von zehn Jahren König von England und Irland und verhalf der Reformation in seinem Königreich zum Durchbruch. – MacCulloch 2002; ODNB XVII 861–872.*

[339] *Pindar (geb. 522/518), griechischer chorlyrischer Dichter. – NP IX 1031–1036; GGL I/1 546–624.*

[340] *Pind. Olymp. 8,61 (Maehler 33). Vgl. Streb. eth. 11v.*

[341] *Homer (wohl um 700 v. Chr.), traditioneller Verfasser der Epen »Ilias« und »Odyssee«. – NP V 686–699.*

[342] *Hom. Odyss. 7,294 (Ludwich I 159). Vgl. Schegk eth. 432 [recte 428].*

[343] *Horaz (65–8 v. Chr.), einer der bedeutendsten römischen Dichter, Verfasser der »Satiren«, »Epoden«, »Oden« und »Episteln«. – NP V 720–727; GRL II 113–146.*

[344] *Hor. ars 163 (Klingner 300). Vgl. Streb. eth. 11v.*

[345] *Dies könnte als Hinweis auf die Komödie* Andria *von Terenz und speziell auf die zwei Protagonisten Pamphilus und Charinus betrachtet werden, die als Beispiele für die emotionale Instabilität der Jugend galten. Vgl. Streb. eth. 11v:* De rudi, hebete, imperita, lasciva adolescentia dicit, qualis est Pamphili et Carini apud Terentium. *Ter. Andr. (Prete 57–110).*

[346] *Cicero hatte sich zur Bekämpfung des Antonius auf ein Bündnis mit Octavian, dem späteren Kaiser Augustus, eingelassen, fiel jedoch den Proskriptionsverfahren zum Opfer, die Octavian nach seiner Machtergreifung einleitete, vgl. NP II 1194f.*

[347] *Vgl. Plut. vit. Alex. 51,9f. (Flacelière/Chambry 96).*

giam urbem nobiliss[imam], frequentiss[imam] et ampliss[imam] ad nutum meretriculae incenderit, ita ut prorsus deleta sit.[348] Plato in Gorgia consentanea loquitur, cum duo constituit foramina, per quae studia honesta ex animis effluant, nimirum oblivionem et incredulitatem.[349] Nam oblivione peritia tollitur et ἐμπειρεία, quae memoria colliguntur; per alterum vero, id est per incredulitatem, fit, ne monitoribus credamus.[350] Iuvenes autem, quae semel aut iterum viderunt et experti sunt, facile obliviscuntur, unde sententias et regulas universales difficile sibi parant. Non enim illa possumus adipisci, nisi ex longa et diuturna observatione, quam brevi spatio vitae iuvenes colligere non potuerunt, neque credunt libenter monentibus, quod caeco affectuum impetu ducantur.

Quomodo iuvenes praeclaras sententias memoria teneant et tamen his vitiis sint obnoxii.

Neque mihi dixeris iuvenes personare ac in ore habere memoriterque tenere praeclaras et honestas philosophiae sententias. Quia, licet | speciose multa dicant, non ita, ut loquuntur, sentiunt et paulo magis interdum gustant et afficiuntur his, quae proferunt, atque psytaci hominum verba intelligunt, quae solent effutire. Quin ebrii etiam atque intemperati multa saepius aut cantillant aut praeclare narrant, cum tamen vel contra ea sentiant aut, quid loquantur, ignorent et in summa oratio non est menti eorum συμφυής, sed aliud in lingua et aliud in corde habent, quod tum maxime perspicitur, quando libertatem nanciscuntur et solutam eligendi optionem habent. Ibi quamvis prius modesti et casti visi fuerint, sensum interius latitantem et absconditum ingenium produnt. Quis laudatior princeps fuerit ipso Nerone[351] primis annis, quibus adhuc Senecae arbitratu regebatur?[352] De quo maior spes fuit, quam de Commodo[353], qui, ut fuit ab adolescentia praeclarissimae indolis, ita postea evasit in portentosam beluam?[354] Et in sacra historia nonne commemoratur Ioas, qui principatus initio se gessit in-

61 Z_1

Z. 17 intelligunt] intelligant Z_1 23 casti visi] casti Z_2

[348] *Vgl. Plut. vit. Alex. 38 (Flacelière/Chambry 80).*

[349] *Plat. Gorg. 493c (Burnet III ibid.):* τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπῄκασεν τὴν τῶν ἀνοήτων ὡς τετρημένην, ἅτε οὐ δυναμένην στέγειν δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην.

[350] *Vgl. Schegk eth. 432:* Nam, ut Plato inquit in Gorgia, duo sunt foramina, quibus contineri in animis nostris honesta non possunt studia, oblivio nimirum et incredulitas, quorum altero eripitur nobis peritia rerum atque ἐμπειρεία, quae memoria colligitur, altero fidem, qua monitoribus acquiescendum erat, continere non possumus.

[351] *Nero (37–68 n. Chr.), römischer Kaiser ab 54. – NP VIII 851–855.*

[352] *Vgl. Suet. Nero 7 (Allioud 156f.).*

[353] *Commodus (161–192), römischer Kaiser 180–192 als Nachfolger seines Vaters Mark Aurel. – NP III 103–105.*

[354] *Vgl. Cas. Dio hist. 72,1,1 (Cary IX 72).*

tegerrime, quam diu Ioiadae pontificis incorrupti consiliis res gerebat, cuius deinde authoritatem cum sprevisset, statim est depravatus et ex libertate, quam sibi vendicaverat, animi sui turpissimos affectus patefecit?[355]

Attamen propter has rationes nunquam sunt maiores nostri illuc adducti neque hodie prudentes viri adducuntur, quin suos liberos, quum ex ephe¦bis excesserint, adducant ad philosophos, ut eorum doctrina et sapientia erudiantur. Mittunt etiam eosdem ad iurisperitos, ut ab eis, quae iusta sint et honesta, percipiant. Atque hoc tum ex Axiocho Platonis[356] et philosophorum vitis intelligimus, tum animadvertimus nostrorum temporum consuetudinem. Quod ideo factum est antiquitus et hodie quoque factitatur, quia illa, quae Aristoteles modo scribit, non eum sensum habent, quasi iuvenes ex ista philosophia nullam percepturi sint utilitatem, sed quod non eo usque proficere queant, ut animo sentiant, quae hic docentur, et ex virtute statim agant sibique bonos et rectos habitus acquirant, quandoquidem ista exigunt animum plane persuasum et vere assentientem. In aliis autem facultatibus percipiendis satis est, ut ingenium adhibeatur, quod, quicunque habuerint obtusum et hebes, non evadent periti, verum in hac nostra duo praestanda sunt: unum, ut praecepta intelligantur; deinde, ut fiant. Illud prius nihil obstat, quin iuvenes et intemperati, qui dissolute vivunt, consequantur. Si enim paulo acuti sint et ingeniosi, quae traduntur, | nullo negotio intelligent, sed, ut praecepta huius facultatis vita exprimant, non adducentur, partim quod experientia careant, ut dicit Aristoteles, partim quod affectibus pravis rapiantur. Quaeres fortassis, cuiusmodi experientiam exigamus ab idoneis auditoribus, exemplis demonstrabo, nempe cupiditates abstinentia superare. Ex actionibus fortibus et temperatis, si crebrae fuerint, homines evadere tandem fortes et temperatos, ita ut absque ulla molestia, sed potius summae cum voluptate in harum virtutum officiis se ipsos exerceant. Et ut semel finiam, scire vos oportet duplicem esse finem huius artis: unam, ut intelligamus, quae docentur; alteram et eam quidem summam atque

Iuvenes nihilominus in philosophia erudiendi.

Cuiusmodi experientia hic requiratur.

Duplex finis ethicae.

Z. 9 tum] totum Z_2

[355] *2Chr 24,1–22.*

[356] *Plat. Axioc. 366d-e (Burnet V ibid.):* ὁπόταν δὲ εἰς τὴν ἐπταετίαν ἀφίκηται πολλοὺς πόνους διαντλῆσαν, ἐπέστησαν παιδαγωγοὶ καὶ γραμματισταὶ καὶ παιδοτρίβαι τυραννοῦντες· αὐξανομένου δὲ κριτικοί, γεωμέτραι, τακτικοί, πολὺ πλῆθος δεσποτῶν· ἐπειδὰν δὲ εἰς τοὺς ἐφήβους ἐγγραφῇ, κοσμητὴς καὶ φόβος χειρῶν, ἔπειτα Λύκειον καὶ Ἀκαδήμεια καὶ γυμνασιαρχία καὶ ῥάβδοι καὶ κακῶν ἀμετρίαι. *Vgl. Streb. eth. 11v.*

praecipuam, ut, quae didicimus, faciamus, a qua extrema fine, cum viderit Aristoteles cum iuvenes tum incontinentes deficere, ideo genus hoc auditorum minus idoneum pronuntiavit, si cum aliis conferatur, qui iam suos affectus atque animi perturbationes rationi praeceptrici subiecerunt, quandoquidem hi non tantum intelligere possunt, quae dicuntur, at de illis etiam valent recte iudicare. Quod, ut perspicuum est, maxime spectavit philosophus, cum tota eius ratio hoc fundamento innitatur, quod iuvenes et incontinentes de his recte iudicare non possint.

Hominum distinctio.

Distinguemus etiam genus hominum, quod alii sani sint, alii prorsus incurabiles, alii vero medii. Et sanos his doctrinis opus habere non censemus, cum absoluti sint et perfecte vivant. Incurabiles et intemperati et qui se prorsus turpissimis voluptatibus adiecerunt, quo ad hunc animum non deposuerint, minime iuvabuntur. Qui vero sunt medii, hinc uberrimum fructum capient. Placet ¦ sane ista distinctio, si 56 Z_2 tamen ei addatur de illis, qui sunt desperatae salutis, nunquam ita desperandum, quin possint illis aliquando meliora consilia et salutaria monita prodesse. Nam, ut medicinae vis est non tantum sanitatem partam tueri et inchoatam perficere, sed etiam illa destitutos curare, sic admonitiones et bonae doctrinae, quae sunt animi pharmaca, vim habent, ut non solum bonos retineant habitus et inchoatas virtutes absolvant, sed etiam ut ad animi sanitatem revocent, qui iam illam funditus amiserunt.[357] Praesertim si fines civilis iustitiae atque conversationis externae non egrediamur.

Quare senioribus tribuatur hic intemperantia et non etiam inexperientia.

Sed mirum est, cur Aristoteles rationem hanc posteriorem a iuvenibus ad maiores natu transtulerit, quod et illi sint persaepe affe|ctibus 63 Z_1 addicti et ad eosdem non derivarit priorem rationem, nimirum privationem experientiae, quam iuvenibus attribuit. Respondetur, quoniam illud frequenter accidit, ut adulti, etiam virili aetate constituti, corrupti sint et depravati affectibus, cum tamen iisdem raro eveniat, ut rerum experientia destituantur, quae semper cum aetate copulata est, ut ab ea vix abstrahi et divelli possit. Quia igitur spectavit philosophus, quod saepe fieri videmus, ideo id non attigit, quod aut nunquam aut quam rarissime contingit.

[357] *Vgl. Streb. eth. 11v:* [Haec philosophia] est animi medicina quaedam perutilis, quae iuventutem bonam confirmare, improbam sanare potest.[…] Tales inutiliter audiunt, quo tempore perturbationes animi sequuntur actionum vitae rudes. His tamen adhibenda medicina et eo magis, quod ante cognoscere, quid sit virtus et vitium, necesse sit, quam bene sapienterque vivere possis.

In verbis Aristotelis id considerandum occurrit, in epilogo prooemii postremo loco recenseri, quod ante omnia fuit propositum, quid nimirum sit tractandum, τί προτιθέμεθα, quod sane haud temere factum est. Coniungi quippe apte voluit, quae statim dicentur prooemio. De fine autem e vestigio tractabitur propterea, licet prius de illa sit locutus, nunc postremo repetit, ut his, quae sequuntur, melius cohaereat.

Quare Aristoteles omiserit eos, qui natura ad virtutes inepti sunt.

Nunc superest, ut disputationem pernecessariam non praetereamus. Ea est: qui fiat, ut, cum Aristoteles parum idoneos auditores dixerit adolescentes et incontinentes, non item illos adnumeraverit, qui sunt ea constitutione, temperamento seu natura praediti, ut meliores effici non possint et ad virtutes capessendas omnino sint inepti? Et aliquos ita esse non uno in loco Galenus docuit et praesertim in libro De animi morum et corporei temperamenti mutua consequutione, ubi ait eos, qui omnes ad virtutes accommodatum habere animum arbitrantur, vel e diverso nullos nostrum genus ex dimidio aestimare neque illud totum habere cognitum atque perceptum. »Non enim«, inquit, »omnes ex temperamento corporis nascuntur hostes virtutis neque omnes illius cupidi sunt atque amantes vi et natura sua.«[358] Deinde suam hanc sententiam seu definitionem quadam obiectione depellit, quod videamus aliquos egregie probari atque laudari ob insignes eorum virtutes aliosque vicissim damnari ac vitupera¦ri, quod vitiis corrupti sint et depravati, neque par est, ut propter illa, quae in nobis naturaliter insunt, aut commendemur aut vituperemur,[359] quin et illi ubi respub[lica] bene instituta est, puniuntur, isti vero praemiis ornantur. Ad hoc ille ait: »Istud esse naturale hominum iudicium, ut illa probent, foveant, iuvent, laudent, quae bona sunt utilia et decora, undecunque proveniant sive a natura sive ab industria, | et quae mala sint damnosa et dedecoris plena, vituperent, coerceant et pro viribus tollant, nil cogitantes, a qua causa sint profecta.«[360] Quod exemplis conatur perspicue docere. Phalangas occidimus, aspides et colubros neque prius

Aliquos esse natura ad virtutes ineptos Galeni sententia.

Obiectio virtutes et vitia homini nec inesse natura.

Homines in poenis et praemiis non spectant, an aliquid a natura provenerit necne.

57 Z_2

64 Z_1

Z. 7 *Marg.* inepti sunt] inepti Z_2 18 *Marg.* nec] non Z_2

[358] *Gal. an. mor. 11 (GO IV 814):* οὔτε γὰρ ἅπαντες ἐχθροὶ φύονται δικαιοσύνης οὔθ' ἅπαντες φίλοι, διὰ τὰς κράσεις τῶν σωμάτων ἑκάτεροι τοιοῦτοι γενόμενοι.

[359] *Gal. an. mor. 11 (GO IV 814f.):* πῶς οὖν, φασί, δικαίως τις ἐπαινοῖτο καὶ ψέγοιτο καὶ μισοῖτο καὶ φιλοῖτο γενόμενος πονηρὸς ἢ ἀγαθὸς οὐ δι' ἑαυτὸν ἀλλὰ διὰ τὴν κρᾶσιν, ἣν ἐξ ἄλλων αἰτίων φαίνεται λαμβάνων;

[360] *Gal. an. mor. 11 (GO IV 815):* ὅτι, φήσομεν, ὑπάρχει τοῦτο πᾶσιν ἡμῖν, ἀσπάζεσθαι μὲν τὸ ἀγαθὸν καὶ προσίεσθαι καὶ φιλεῖν, ἀποστρέφεσθαι δὲ καὶ μισεῖν καὶ φεύγειν τὸ κακόν, ὅτι οὐκέτι πρόσεστι σκεπτομένοις οὔτε εἰ γεννητόν ἐστιν οὔτε εἰ μὴ γεννητόν.

apud nos deliberamus, an venenum in eis natura sit insitum, an studio et voluntate ipsum accersiverint. Et Deum amamus et colimus, nobiscum haud reputantes, an suam bonitatem industria et propria voluntate acquisiverit, an illam sibi natura insitam ab aeterno tempore habuerit.[361] Possemusque nos addere speciosa corpora omnibus admirationi esse et praeclaris encomiis laudari, licet natura forma ea contigerit. Et dona gratis data, ut theologi dicunt,[362] laudari debent. Atque id in summa videtur affirmare, damnari et vituperari malos vicissimque bonos probari et laudari, licet non habeatur compertum utrum industria, vel natura, vel alia quapiam ratione, seu malitia, seu bonitas illos pervaserit. Atque Stoicos hoc nomine reprehendit: »Quod omnes existimarent homines ad virtutem natura factos et idoneos, ad quam, licet ingenio et vi sua sint propensi, nihilominus ab ea revocantur aliorum pravo exemplo, perversis opinionibus, colloquiis et conversatione hominum corruptorum.[363] Quod si daretur eis, quid, obsecro, possent afferre de primis hominibus? Quos interdum et saepius in mundo fuisse non possunt inficiari, quando per multas vices et statis quibusdam temporibus mundum opinantur aut inundatione aquarum, aut conflagratione universorum cum perire, tum denuo instaurari? Quos, inquam, ponent illos primos homines denuo in lucem editos aut pravis exemplis, aut prava doctrina, vel repertis voluptatibus, aut vitiosis inventis depravasse?«[364] Valet ista quidem ratio contra Stoicos. At adversum Peripateticos et alios, qui mundum nunquam incepisse arbitrantur,[365] alio sane argumenti genere utuntur. Quod est: »Aliquot fratres constituantur eisdem sati parentibus, qui cibis eisdem utantur,

Contra Stoicos, qui dicunt homines natura ad virtutem factos, sed aliorum exemplo corrumpi.

[361] *Gal. an. mor. 11 (GO IV 815):* τοὺς τ' οὖν σκορπίους καὶ τὰ φαλάγγια καὶ τὰς ἐχίδνας ἀναιροῦμεν ὑπὸ τῆς φύσεως γεγονότα τοιαῦτα καὶ οὐχ ὑφ' ἑαυτῶν· […] καὶ ἡμεῖς δὲ πάντες φύσει φιλοῦμεν αὐτὸν ὄντα τοιοῦτον ἐξ αἰῶνος, οὐχ ὑφ' ἑαυτοῦ γενόμενον ἀγαθόν· ὅλως γὰρ οὐδ' ἐγένετό ποτε διὰ παντὸς ὢν ἀγένητος καὶ ἀίδιος.

[362] *Vgl. Thom. Aqu. sent. II d. 26 q. 1 a. 1 co. (STO I 201):* Unde gratia dicitur donum quod gratis datur.

[363] *Vgl. Diog. Laert. vit. 7,89 (Hicks II 196):* διαστρέφεσθαι δὲ τὸ λογικὸν ζῷον, ποτὲ μὲν διὰ τὰς τῶν ἔξωθεν πραγματειῶν πιθανότητας, ποτὲ δὲ διὰ τὴν κατήχησιν τῶν συνόντων· ἐπεὶ ἡ φύσις ἀφορμὰς δίδωσιν ἀδιαστρόφους.

[364] *Gal. an. mor. 11 (GO IV 816):* θαυμάζω δὲ ἐν τῷδε τῶν Στωϊκῶν ἅπαντας μὲν ἀνθρώπους εἰς ἀρετῆς κτῆσιν ἐπιτηδείως ἔχειν οἰομένων, διαστρέφεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν οὐ καλῶς ζώντων· ἵνα γὰρ ἐάσω τἆλλα πάντα τὰ καταβάλλοντα τὸν λόγον αὐτῶν, ἓν δὲ μόνον ἐρωτήσω περὶ τῶν πρώτων γενομένων ἀνθρώπων, οἳ μηδένα πρὸ ἑαυτῶν ἔσχον ἕτερον· ἡ διαστροφὴ πόθεν ἢ ὑπὸ τίνων αὐτοῖς ἐγένετο, λέγειν οὐκ ἔξουσι.

[365] *Vgl. Arist. cael. 2,1, 283b 26–29 (Guthrie 130):* Ὅτι μὲν οὖν οὔτε γέγονεν ὁ πᾶς οὐρανὸς οὔτ' ἐνδέχεται φθαρῆναι, καθάπερ τινές φασιν αὐτόν, ἀλλ' ἔστιν εἷς καὶ ἀΐδιος, ἀρχὴν μὲν καὶ τελευτὴν οὐκ ἔχων τοῦ παντὸς αἰῶνος, ἔχων δὲ καὶ περιέχων ἐν αὑτῷ τὸν ἄπειρον χρόνον.

sub eodem paedagogo degant, non habeant cum alienis commercium, quis profecto dabitur author, quo alii sint moribus corruptis et pravis, alii vero indolem castam et ingenuam perpetuo prae se ferant?«[366] Atque si volumus, quod plerunque accidit, fateri, statuemus paucos admodum, imo propemodum nullos pueros natura propensum habere ingenium ad virtutem, ut qui ad eam minis, castigationibus et monitu
58 Z_2 ¦ perpetuo praeceptorum sint incitandi.[367] Statim enim a prima aetate
65 Z_1 sunt vel nimis timidi vel plus aequo audaces, inexplebiles, igna|vi, petulantes, iracundi et invidi. Quare mirum est unde Stoici suum illud placitum queant defendere: omnes natura esse ad virtutem capessendam idoneos. Nec minus, ut putant, illi verisimilia dicunt, qui statuerunt nostrum genus a voluptate sibi oborta distorqueri,[368] quo cursu ad virtutem contentissimo non pergant. Nam eos, qui sic dicunt, Possidonius[369], ut refert, egregie reprehendit, qui nos affirmat ab ipsa prima generatione igniculos habere in animis ad vitia incitantes, qui fit, ut non possimus nobis cavere, quin simus intus vitiosi, cum tamen liceat providere, ne mala huiusmodi semina et vitiosae scintillae erumpant in scelera et eo augeantur, ut amplius coerceri non possint. Et istorum denique hominum iudicio longe maius est et gravius malum, quod intus nobiscum gestamus, quam id, quod externo contagio affricatur.[370] Concedunt sane consuetudinem pravam, cum accesserit, nos pravos reddere atque id longe magis, quam prius natura fuerimus. De facul-

Contra eos, qui dicunt homines natura ad virtutem factos, sed a voluptate distorqueri.

Quid naturae et consuetudo valeat circa virtutes et vitia.

[366] *Gal. an. mor. 11 (GO IV 816f.):* μάλισθ' ὅταν ᾖ πολλὰ μὲν ἅμα τρεφόμενα τὴν αὐτὴν τροφὴν ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς γονεῦσιν ἢ διδασκάλοις ἢ παιδαγωγοῖς, ἐναντιώτατα δὲ ταῖς φύσεσι· τί γὰρ ἂν ἐναντιώτερον εἴη τοῦ κοινωνικοῦ παιδίου τῷ φθονερῷ, καθάπερ καὶ τοῦ ἐλεήμονος τῷ ἐπιχαιρεκάκῳ, τοῦ δὲ δειλοῦ τῷ πρὸς ἅπαντα θαρσαλέῳ καὶ τοῦ μωροτάτου τῷ συνετωτάτῳ καὶ τοῦ φιλαλήθους τῷ φιλοψευδεῖ; καὶ φαίνεταί γε τὰ παιδία, κἂν ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς γονεῦσι καὶ διδασκάλοις καὶ παιδαγωγοῖς τρέφηται, κατὰ τὰς εἰρημένας ἐναντιώσεις ἀλλήλων διαφέροντα.

[367] *Gal. an. mor. 11 (GO IV 818):* εἰ γάρ τις οὐκ ἐπιτρίπτων τε καὶ φιλονείκων, ἐθελήσειεν ἂν ἐλευθερίᾳ γνώμῃ (καθάπερ οἱ παλαιοὶ φιλόσοφοι) τὰ πράγματα θεάσασθαι, παντάπασιν ὀλίγους παῖδας εὑρήσει πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότας.

[368] *Gal. an. mor. 11 (GO IV 818f.):* πάνυ δ' ἀληθεῖς εἰσι καὶ οἵδε, στρέφεσθαι λέγοντες ἡμᾶς ὑπό γε τῆς ἡδονῆς.

[369] *Poseidonios (ca. 135–51 v. Chr.) aus Apameia, stoischer Philosoph, Schüler des Panaitios von Rhodos. – NP X 211–215; GGL II/1 347–355.*

[370] *Gal. an. mor. 11 (GO IV 820):* οὐ τοίνυν οὐδὲ Ποσειδωνίῳ δοκεῖ τὴν κακίαν ἔξωθεν προσιέναι τοῖς ἀνθρώποις οὐδεμίαν ἔχουσιν ἰδίαν ῥίζαν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν, ὅθεν ὁρῶμεν εἰ βλαστάνει τε καὶ αὐξάνει, ἀλλ' αὐτὰ τοὐναντίον εἶναι· καὶ γὰρ καὶ τῆς κακίας ἐν ἡμῖν αὐτοῖς σπέρμα· καὶ δεόμεθα πάντες οὐχ οὕτω τοῦ φεύγειν τοὺς πονηροὺς ὡς τοῦ διώκειν τοὺς καθαρίσοντάς τε καὶ κωλύσοντας ἡμῶν τὴν αὔξησιν τῆς κακίας· οὐ γάρ, ὡς οἱ Στωϊκοί φασιν, ἔξωθεν ἐπεὶ ἄρχεται ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τὸ σύμπαν τῆς κακίας, ἀλλὰ τὸ πλέον ἐξ ἑαυτῶν ἔχουσιν οἱ πονηροὶ τῶν ἀνθρώπων, ἔξωθεν δ' ἐλάττω τούτων πολλῷ τὸ ἐπιαρχόμενόν ἐστιν.

tate vero, qua intelligimus, haec docent. Primum a praeceptoribus, vel sapientibus vel indoctis, fieri posse, ut veras aut falsas opiniones percipiamus. Ingenii tamen acumen, stultitiam seu stupiditatem et huiusmodi, quae intelligentiam spectant, ex temperamenti qualitate nanciscimur, quam in utero contrahimus e rerum procreantium materia, cui postea multae ac mirabiles fiunt accessiones, cum ex cibis, qui bonum aut malum succum pariunt, tum ex aeris affectibus et variis rerum incidentium casibus.[371] Citatque ibi Aristotelem, qui De partibus animalium viros etiam docet materni sanguinis temperiem sequi.[372] Et primo De historia animalium statuit configurationem partium instrumentariarum sive membrorum ad animi mores accommodari atque idcirco illis inspectis multa posse a peritis physiognomicae artis de moribus et affectibus interioribus pronuntiari.[373] Haec sunt argumenta, propter quae possit videri Aristotelis hoc loco minus prudenter egisse, qui δυσκρασία, hoc est prava temperatura corporis natura procreatos, non dixerit huius doctrinae parum fore idoneos auditores. Sed illum hac ratione tuebimur, quod licet hominum bona pars, imo propemodum omnes in lucem edamur igniculis vitiorum et libidinum infecti, propensi ad turpitudines et flagitia, tamen ista non esse adeo robusta et firma, quin vel prorsus queant superari vel saltem placari et leniri, quo vel egregii evadant homines quod ad morales virtutes et externam conversationem, vel saltem minus pravis affectibus vexen|tur. Et quia dum experientia rerum animi destituuntur, ut iuvenibus accidit, dumque perturbationum impetu aliqui rapiuntur et incontinentiae sunt obnoxii, non ¦ potest fieri, ut virtutibus ornentur et repraestent, quae in

Responsio ad questionem propositam, quare Aristoteles δυσκρασίαν omiserit.

66 Z$_1$

59 Z$_2$

[371] *Gal. an. mor. 11 (GO IV 820f.):* ἐκ τούτου μὲν οὖν ἐθισμοί τε γίνονται μοχθηροὶ τῷ τῆς ψυχῆς ἀλόγῳ μέρει καὶ δόξαι ψευδεῖς τῷ λογιστικῷ, καθάπερ ὅταν ὑπὸ καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς ἀνδράσι παιδευώμεθα, δόξαι μὲν ἀληθεῖς, ἐθισμοὶ δὲ χρηστοί· ταῖς κράσεσι δ' ἕπεται κατὰ μὲν τὸ λογιστικὸν ἀγχίνοιά τε καὶ μωρία κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον· αἱ κράσεις δ' αὐταὶ τῇ τε πρώτῃ γενέσει καὶ ταῖς εὐχύμοις διαίταις ἀκολουθοῦσιν, ὥστε συναυξάνειν ἄλληλα ταῦτα· διὰ γοῦν τὴν θερμὴν κρᾶσιν ὀξύθυμοι γίνονται ταύταις πάλιν ταῖς ὀξυθυμίαις ἐκπυροῦσι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν· ἔμπαλιν δ' οἱ σύμμετροι ταῖς κράσεσι συμμέτρως τὰς τῆς ψυχῆς κινήσεις ἔχοντες εἰς εὐθυμίαν ὠφελοῦνται.

[372] *Gal. an. mor. 7 (GO IV 791):* Ἀριστοτέλης τῇ κράσει τοῦ τῆς μητρὸς αἵματος, ἐξ οὗ τὴν γένεσιν ἔχειν ἡμῶν φησι τὸ αἷμα, τὰς τῆς ψυχῆς δυνάμεις ἀκολουθεῖν οἴεται. *Galen zitiert aus Arist. part. an. 2,2, 648a 2–13 (Peck 118–120).*

[373] *Gal. an. mor. 7 (GO IV 795):* ὅμως δὲ προσθήσω καὶ τὰ κατὰ τὸ πρῶτον εἰρημένον τῆς τῶν ζῴων ἱστορίας, ὧν τινὰ μὲν ἄντικρυς εἰς τὴν κρᾶσιν ἀνάγεται, τινὰ δὲ διὰ μέσων τῶν φυσιογνωμονικῶν σημείων καὶ μάλιστα κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην· βούλεται γὰρ οὗτος τοῖς τῆς ψυχῆς ἤθεσί τε καὶ δυνάμεσιν οἰκείαν γίνεσθαι τὴν διάπλασιν ὅλου τοῦ σώματος ἑκάστῳ γένει ζῴων. *Vgl. Arist. hist. an. 1,8–11, 491b 11–492b 2 (Peck/Balme I 38–44).*

hac facultate audiverunt, ideo illos iuvenes inquam et incontinentes pronuntiavit minus idoneos fore auditores. Verum quia fieri potest, ut multum proficiant homines, licet impetu mali temperamenti et natura incitentur ad vitia, ideo eos non removit philosophus ab auditorum numero. Etenim, quod naturae deest, industria et studio possumus resarcire, ita ut impulsus et incitationes malae coerceantur et reprimantur. Neque ad virtutes capessendas requiritur, ut illas insitas pravitates omnino exuamus; requiritur tantum, ut illis debilitandis, quantum datur, studeamus. Quod, si praestitum fuerit, industria et exercitatione virtutum possessio minime impedietur, quam quia nunquam vendicare poterimus, nisi rerum experientia quae necessaria est accesserit et nisi rationis mollitia emendetur, qua laborant incontinentes, ideo illos auditores Aristot[eles] quodammodo reiicit et istorum non duxit mentionem faciendam. Et ipse ad id, quod obiiciebat Galenus, paulo aliter responderet de laude ac vituperio. Diceret enim ideo laudari amantes virtutum, non quod ad eam naturae impetu ducantur, sed quia contenderint adversus eius pravam inclinationem atque in ea pugna pulcherrime vicerint. Ac e diverso improbos vituperari, quod victi ac debilitati naturalis impetus vi, ea se trahi ad turpia sint passi. Neque Galenus, licet prima fronte reluctari videatur, ab hac sententia est diversus. Nam in libello De cognoscendis et curandis animi affectibus testatur neminem debere a studio seipsum faciendi meliorem deterreri, quamvis aetate fuerit sexagenarius.[374] Et ad haec inquit: »Si cui esset id compertissimum, quod animum sapientis consequi non possit, saltem eo deberet adniti, ne illum prorsus haberet deformem, ut corpus Thersitis[375] curandum fuit, quamvis alioqui esset ineptum.«[376] Atque si contingat, ut cum optimis et sapientissimis viris non possimus primas occupare sedes, id attamen debemus conari, ut in secundis, tertiis aut quartis recipiamur. Quibus autem mediis quave ratione hoc fieri possit, admonet ratione dicens ac improbo exercitio consequi potest, quicunque voluerit.[377] Utque animos addat: »Ut grammaticus fias«, inquit, »multum laboras et quo absolutus evadas musicus, nihil

Quare laudandae virtutes et vituperanda vitia.

Curandum est, ut meliores fiamus, etiamsi non possumus perfectionem consequi.

[374] *Gal. aff. 4 (GO V 14):* οὐ μὴν ἀφίστασθαι χρὴ τοῦ βελτίω ποιεῖν ἑαυτόν, εἰ καὶ πεντηκοντούτης τις ὤν.

[375] *Thersites, griechischer Troiakämpfer. – NP XII/1 433.*

[376] *Gal. aff. 4 (GO V 15):* μὴ τοίνυν μηδ' ἡμεῖς ἀφιστώμεθα τοῦ βελτίω τὴν ψυχὴν ἐργάζεσθαι, κἂν τὴν τοῦ σοφοῦ μὴ δυνώμεθα σχεῖν, ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἐλπίζωμεν ἕξειν κἀκείνην, ἂν ἐκ μειρακίου προνοώμεθα τῆς ψυχῆς ἡμῶν, εἰ δὲ μή, ἀλλὰ τοῦ γε μὴ πάναισχρον αὐτὴν γενέσθαι, καθάπερ ὁ Θερσίτης τὸ σῶμα, φροντίζωμεν.

[377] *Gal. aff. 4 (GO V 15f.):* οὕτως οὖν, εἰ καὶ μὴ τὴν τελείαν εὐεξίαν τις οἷός τ' ἐστὶ τῆς ψυχῆς ἔχειν, δέξαιτ' ἂν οἶμαι δεύτερον ἢ τρίτον ἢ τέταρτον γενέσθαι μετὰ τὸν

recusas tolerare. Quid ergo non feras, ut vir bonus efficiare?«[378] Tum in eodem li|bro hanc diligentiam consectandi vitae integritatem com- 67 Z_1
ponit cum industria, quam coloni circa plantas adhibent. »Fateor«, inquit, »non posse labore suo et studio agricolam rubum mutare ac eius naturam tollere seu fructiferam reddere. Sed tamen vites, quae natura sua paratae sunt ad fructus ferendos, si negligantur, committantur fertilitati soli duntaxat gubernandae, aut deteriorem fructum aut propemodum nullum ferent.«[379] Ita sunt bonae indoles alioqui bonorum ¦ morum capaces, si deserantur cultura, facile reddentur aut 60 Z_2
vitiosae aut ignavae. At licet a prima aetate in adolescentibus cultura haec videatur difficilis moderandorum affectuum, nihilominus processu temporis, labor imminuetur. Nam ratio in his laudabilibus exercitiis corroborabitur et effecta fortior maiorem obedientiam quo ad vires animi inferiores consequetur. Neque ab his dissentit Plutarchus[380], qui De profectu morum et ipse confitetur infinitam quandam et inexplicabilem malitiam in animis nostris residere, quae tamen accessione possit augeri et defectione aliqua imminui.[381] Idemque De liberis educandis tria esse constituit, quae hominem absolvendum exigantur: naturam, disciplinam et exercitationem.[382] Quid per naturam intelligat, iam est dictum, corporis inquam temperamentum et inclinationem nativam. Neque opus laborare, ut explicemus, quid sit exercitium. Solum videtur esse dubium de disciplina. Propterea illam esse dicimus facultatem quandam, quae hominum actiones et electiones accommodet ad rationem idque doctrina, correctionibus, monitionibus et

Plutarchi sententia de hac re.

Disciplina quid sit.

Z. 17 liberis] libris Z_2 21 laborare] labore Z_2

ἄκρον· οὐκ ἀδύνατον δὲ τοῦτο τῷ βουληθέντι κατεργάσασθαι χρόνῳ πλείονι συνεχῶς τῆς ἀσκήσεως γενομένης.

[378] *Gal. aff. 4 (GO V 21):* αἰσχρὸν γάρ, ἵνα μέν τις ἰατρὸς ἀγαθὸς ἢ ῥήτωρ ἢ γραμματικὸς ἢ γεωμέτρης γένηται, πολλοῖς ἔτεσιν ἐφεξῆς κάμνειν, σὲ δ' ἄνθρωπον ἀγαθόν ποτε γενέσθαι τῷ μήκει τοῦ χρόνου κάμνειν.

[379] *Gal. aff. 7 (GO V 40):* κατ' ἐκείνην γοῦν ὁ γεωργὸς οὐκ ἄν ποτε δυνήσαιτο ποιῆσαι τὸν βάτον ἐκφέρειν βότρυν· οὐ γὰρ ἐπιδέχεται ἡ φύσις αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν τοιαύτην τελείωσιν· ἀμπέλους δ' αὖ πάλιν ἑτοίμας οὔσας ὅσον ἐφ' ἑαυτῶν καρπὸν ἐκφέρειν, ἐὰν ἀμελήσας ἐπιτρέψῃ μόνῃ τῇ φύσει, μοχθηρὸν ἢ οὐδ' ὅλως οἴσουσιν αὐτόν.

[380] *Plutarch von Chaironeia (um 45-vor 125 n. Chr.), Vertreter des Mittelplatonismus und Verfasser zahlreicher philosophisch-ethischer (u. a. Sammlung »Moralia«) und historisch-biographischer Werke (u. a. »Vita parallelae«). – NP IX 1159–1175; GGL II/1 485–534.*

[381] *Plut. mor. 76B (Babbitt et al. I 406):* Ἡμεῖς δὲ παντὶ γένει κακοῦ, μάλιστα δὲ τῷ περὶ ψυχὴν ἀτάκτῳ καὶ ἀορίστῳ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον προσγιγνόμενον ὁρῶντες.

[382] *Plut. mor. 2A (Babbitt et al. I 6–8):* Καθόλου μὲν εἰπεῖν, ὃ κατὰ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἐπιστημῶν λέγειν εἰώθαμεν, ταὐτὸ καὶ κατὰ τῆς ἀρετῆς φατέον ἐστίν, ὡς εἰς τὴν παντελῆ δικαιοπραγίαν τρία δεῖ συνδραμεῖν, φύσιν καὶ λόγον καὶ ἔθος.

poenis efficit, cum opus fuerit. Et quicquid istorum desit cuipiam, is non potest quo ad mores civiles et virtutes perfici. Confert huic suae doctrinae agriculturam, quae, ut successus optatos habeat, solum requirit fertile, deinde culturam operosam et decentem, postremo bona et utilia semina. Et si quid horum trium defuerit, fructibus expectatis destituimur. Solum naturae respondet, cultus disciplinae, semina vero exercitationi.[383] Quod si guttae pluviae lapides excavant assiduo casu, ferrum et aes, licet durissima sint, usu atteruntur,[384] corpora fortia desidia et ignavia debilitantur, debilia vero commodo victu et iusta exercitatione ad incredibile robur provehuntur.[385] Sterilis ager bene cultus non est penitus absque fructu et fertilis neglectus squallet ac tantum fert spinas et herbas cum noxias tum inutiles.[386] Et ferae crudelissimae humano labore atque industria cicurantur, quae vero iumenta sua natura mitia essent et tractabilia, si sic sinantur, efferari consueverunt, ut in equis et tauris fieri videmus.[387] Sed quid plura? Nonne duo catuli ex eisdem canibus orti, quos Lycurgus[388] produxit in
68 Z_1 concione Lacaedemoniorum, | suo cursu ad diversissima declararunt, quid possit varietas educationis?[389] Verum quid ad Platonem dicemus in Protagora? Qui videtur ibi statuere virtutes non posse doceri, quoniam, inquit, Pericles[390] et alii viri eximii, licet suos liberos instrui,

Obiectio a Platone virtutem non posse doceri.

Z. 1 cuipiam] cupiam Z_1 8 corpora fortia] corpora Z_2 14 efferari] efferarari Z_2

[383] *Plut. mor. 2B-C (Babbitt et al. I 8):* ὥσπερ δ' ἐπὶ τῆς γεωργίας πρῶτον μὲν ἀγαθὴν ὑπάρξαι δεῖ τὴν γῆν, εἶτα δὲ τὸν φυτουργὸν ἐπιστήμονα, εἶτα τὰ σπέρματα σπουδαῖα, τὸν αὐτὸν τρόπον γῇ μὲν ἔοικεν ἡ φύσις, γεωργῷ δ' ὁ παιδεύων, σπέρματι δ' αἱ τῶν λόγων ὑποθῆκαι καὶ τὰ παραγγέλματα.

[384] *Plut. mor. 2D (Babbitt et al. I 10):* σταγόνες μὲν γὰρ ὕδατος πέτρας κοιλαίνουσι, σίδηρος δὲ καὶ χαλκὸς ταῖς ἐπαφαῖς τῶν χειρῶν ἐκτρίβονται.

[385] *Plut. mor. 2E-F (Babbitt et al. I 10):* ποία δὲ σώματος ἰσχὺς οὐκ ἐξαμβλοῦται καὶ καταφθίνει δι' ἀμέλειαν καὶ τρυφὴν καὶ καχεξίαν; τίς δ' ἀσθενὴς φύσις οὐ τοῖς γυμνασαμένοις καὶ καταθλήσασι πλεῖστον εἰς ἰσχὺν ἐπέδωκε;

[386] *Plut. mor. 2E (Babbitt et al. I 10):* ἀγαθὴ γῆ πέφυκεν· ἀλλ' ἀμεληθεῖσα χερσεύεται, καὶ ὅσῳ τῇ φύσει βελτίων ἐστί, τοσούτῳ μᾶλλον ἐξαργηθεῖσα δι' ἀμέλειαν ἐξαπόλλυται· ἀλλ' ἔστι τις ἀπόκροτος καὶ τραχυτέρα τοῦ δέοντος· ἀλλὰ γεωργηθεῖσα παραυτίκα γενναίους καρποὺς ἐξήνεγκε.

[387] *Plut. mor. 2F (Babbitt et al. I 10):* δ' ἵπποι καλῶς πωλοδαμνηθέντες οὐκ εὐπειθεῖς ἐγένοντο τοῖς ἀναβάταις; τίνες δ' ἀδάμαστοι μείναντες οὐ σκληραύχενες καὶ θυμοειδεῖς ἀπέβησαν; καὶ τί δεῖ τἄλλα θαυμάζειν, ὅπου γε τῶν θηρίων τῶν ἀγριωτάτων ὁρῶμεν πολλὰ καὶ τιθασευόμενα καὶ χειροήθη γιγνόμενα τοῖς πόνοις;

[388] *Lykurgos, legendärer Gesetzgeber Spartas. – NP VII 579f.*

[389] *Plut. mor. 3B (Babbitt et al. I 12):* οὗτοι γονέων, ἔφη, τῶν αὐτῶν ἀμφότεροι, διαφόρου δὲ τυχόντες ἀγωγῆς ὁ μὲν λίχνος ὁ δὲ θηρευτὴς ἀποβέβηκε· καὶ περὶ μὲν ἐθῶν καὶ βίων ἀρκείτω ταῦτα.

[390] *Perikles (495/490–429 v. Chr.), führender athenischer Politiker. – NP IX 567–572.*

curaverint literis, musica et consimilibus bonis artibus, in quibus eorum liberi multum profecerunt, non tamen ornatos virtutibus reddiderunt, quod sane credendum est illos maxime optasse, si doctrina et industria id potuissent assequi.[391] Unde videtur confici quosdam esse natura sic a virtutibus abhorrentes, ut eas compa¦rare sibi nequeant et 61 Z$_2$
alios in cassum esse laboraturos, cum eos ad ipsas conati fuerint flectere. Verum hoc quoque nihil ea, quae constituimus, labefactat, quia vel ipsorum parentes illis educandis non studuerunt, quantum par erat, aut si diligentiae, quantum satis erat, adiunxerunt et liberorum natura propter corporis temperamentum aliena erat a virtutibus, non prorsus nihil suo labore atque industria sunt assequuti. Nam, licet si collati essent summis, perfectis et absolutissimis civibus, virtus eis penitus videretur detracta, nihilominus agrestibus et efferatis hominibus collati, qui omnino absque disciplina sunt educati, habiti essent civiles, urbani et aliqua specie virtutum ornati. Concluditur itaque non esse industriam, disciplinam et studium prorsus inania, etiam quo ad eos, qui naturali propensione virtutes aversantur.

Quomodo haec cum sacris literis congruant.

Quae Aristoteles iam protulit, ut cum sacris literis vel congruant vel discrepent, iam de more suscepto aperiendum est. Iuvenes et incontinentes ibi non excipiuntur nec ab audiendo verbo Dei ulli removentur ob eam causam, quod animi perturbationibus adhuc concitentur et vincantur, neque illo nomine, quod experientia et usu rerum sint destituti. Videas enim publicanos, meretrices nec non latrones a Christo in suam disciplinam admissos,[392] nec tantum iuvenes imo parvulos ipsos accersitos[393]. Et ex historiis possemus excitare quamplures, qui prius turpiter ac flagitiosissime vixerunt, statim doctrina Christi sic emendatos et correctos, ut postea non tantum summam vitae innocentiam sint assequuti et etiam incredibili fortitudine se magnis cruciatibus necari pertulerint, ne decreta nostrae fidei et pietatem, quam erant adepti, violarent, cum ipsis et liberatio et maxima praemia, si ab instituto discessissent, proponerentur. Neque solos viros in certamina

[391] *Plat. Prot. 319e–320b (Burnet III ibid.):* ἐπεὶ Περικλῆς, ὁ τουτωνὶ τῶν νεανίσκων πατήρ, τούτους ἃ μὲν διδασκάλων εἶχετο καλῶς καὶ εὖ ἐπαίδευσεν […] καὶ ἄλλους σοι παμπόλλους ἔχω λέγειν, οἳ αὐτοὶ ἀγαθοὶ ὄντες οὐδένα πώποτε βελτίω ἐποίησαν οὔτε τῶν οἰκείων οὔτε τῶν ἀλλοτρίων.

[392] *Vgl. Mt 9,10* Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum Iesu et discipulis eius.

[393] *Mt 19,14* Sinite parvulos et nolite eos prohibere ad me venire, talium est enim regnum caelorum.

69 Z_1 huius generis descendisse videmus, sed | mulieres alioquin imbecilles, pueros et puellas haec eadem fortiter pertulisse non ignoramus.

An ab auditu verbi Dei excludendi sint, qui peccant in Spiritum.

Neque id dixerit quispiam: illos, qui peccant in Spiritum s[anctum], sermonibus divinis quicquam non proficere ideoque videri ab eorum auditu arcendos. Fatemur sane, qui sic peccant, frustra verbum Dei audire, sed cum a nobis usitata ratione internosci non queant, minime excluduntur. Deus bene novit, qui hoc peccati genere sint implicati, at homines, cum ignorent, qui natura in tantum scelus prolapsi sint, eos non possunt a sacra doctrina removere. Oportet sane peccantes in Spiritum sanctum neque ignoratione neque infirmitate succumbere, sed tantum veritatis odio ad eam oppugnandam induci, ita ut volentes et scientes vero, quod probe noverint, se opponant, resistant et cursum eius pro viribus impediant.[394] Hoc qui homines possent intelligere, cum
62 Z_2 ad mentis et voluntatis arcana cuiusquam non pertingant? Unde ¦ qui tam prave affecti sunt, verbum Dei audiunt absque fructu, licet ab auditorio non excludantur, ob id sane, quod nequeant deprehendi, sed illis, quod audiunt, graviorem auget condemnationem. Ea quippe vis est divini sermonis, ut vel servet audientes, vel eis fiat exitiosus.[395]

Excommunicati non excluduntur ab auditu verbi.

Adeoque cavet ecclesia, ne quos explodat a sermonibus divinis, ut excommunicatos etiam et nondum credentes ad illos admittat, quos alioqui tum a sacramentis tum a publicis precibus arcet.

Unde hoc discrimen verbi Dei et philosophiae.

Quaeras forsitan, unde hoc discrimen inter verbum Dei et philosophorum doctrinas? Ex eo profecto, quod humani sermones quantumvis eximii atque laudabiles non ea praediti sunt vi atque potentia, ut ineptos et corruptos animos immutare seu corrigere valeant. At verborum Dei potentia et vis incredibilis est revocandi homines ad Deum. Non quasi etiam illa vera, quae philosophi seu docuerunt seu literis mandarunt, sua vi careant. Non enim inficiamur sententiam illam vetustate tritissimam, qua dicitur a Spiritu sancto proficisci, quicquid veri ab authore cuiusque

Z. 6 sed] sed sed Z_1 18 exitiosus] exitiosum Z_1

[394] *Vgl. Hebr 6,4–6* Inpossibile est enim eos, qui semel sunt inluminati, gustaverunt etiam donum caeleste et participes sunt facti Spiritus sancti, gustaverunt nihilominus bonum Dei verbum virtutesque saeculi venturi et prolapsi sunt, renovari rursus ad paenitentiam. *Calv. inst. 3,3,22 (COS IV 81,2–5):* Dico igitur in Spiritum sanctum peccare qui divinae veritati, cuius fulgore sic perstringitur ut ignorantiam causari nequeant, tamen destinata malitia resistunt, in hoc tantum ut resistant.

[395] *Vgl. Thom. Aqu. STh IIa-IIae q. 14 a. 1 co. (STO II 542):* Peccatum in Patrem dicunt esse, quando peccatur ex infirmitate; peccatum, quando peccatur ex ignorantia; peccatum in Spiritum sanctum, quando peccatur ex certa malitia, idest ex ipsa electione mali.

modi prolatum fuerit.[396] Quae vero divini Spiritus impulsu dicuntur, non possunt esse omnino vacua efficacia, quamvis longe minor ea sit, atque vehementia, qua sacrae literae sint instructae. Quis negaverit vulgares lapides robore suo et propria facultate eaque non inutili nostrae vitae ornatos, licet conferri nequeant cum viribus gemmarum?

Quibus doctrina sacra non sit impartienda.

Sed ad rem redeo. Unum tantummodo genus hominum reperio, quibus doctrina sacra non sit impartienda, et hi sunt, qui rident et proscindunt | publice Christi doctrinam. Nam ipse mandavit apostolis, ne canibus et porcis doctrinam coelestem crederent.[397] Quod porro accipiendum est de contemptione ac risu externo, id est, quando maledictis et contumeliis veram pietatem insectantur; quod si faciant ipsi secum, modo audire velint quieti et patiantur se moneri et doceri, non sunt arcendi. Neque tamen propter illos, qui palam sunt petulantes, maledici et contumeliosi, a concione publica desistendum est, quando ipsi arceri non possunt, quod fortasse sint praepotentes, ne propter unum aut alterum plebs universa animi pabulo fraudetur. Videtis itaque solum istos a sacra doctrina removeri, a qua caeteri homines cuiusque modi prohibendi non sunt, imo potius cohortandi, ut non parum saepe accedant. Quae dixi, ad usitatum morem et receptum institutum ecclesiae pertinent, cum sciam Spiritum nonnunquam prohibuisse apostolos[398] et aliquos modo posse comprimere, ne alicubi loquantur, quibus alioqui praedicare destinaverant, quod, quia Dei opus est, non hominum, ideo huc non facit.

70 Z_1

[396] *Vgl. Joh 16,13* Spiritus veritatis docebit vos in omnem veritatem.

[397] *Mt 7,6* Nolite dare sanctum canibus neque mittatis margaritas vestras ante porcos.

[398] *Vgl. Apg 16,6* Transeuntes autem Frygiam et Galatiae regionem vetati sunt a sancto Spiritu loqui verbum in Asia.

63 Z_2 ¦ Caput IIII

‹I,2› *At repetentes dicamus, cum omnis notitia et delectus bonum quoddam appetat, quid illud est, quod civilem facultatem appetere dicimus, et quid sit extremum omnium bonorum agendorum. De nomine quidem fere inter plurimos convenit. Felicitatem enim et vulgus et elegantes dicunt, et bene vivere et bene agere eadem significatione accipiunt, qua felicem esse. De felicitate autem, quae sit, ambigunt.* [19*] 1095a 14–21

Concluso et perfecto prooemio, quo tradiderat rerum humanarum aliquam esse summam et extremam finem, nunc se confert ad explicandum, quae sit eius ratio et natura. Proinde refert suum conatum ad eius definitionem absolute docendam, qua probe cognita ad agendum fuse lateque de virtutibus aditus patefiet. Tota vero haec tractatio in quinque partes | distribuitur. Primum sane de bono extremo aliorum opiniones recitat; deinde allatas refellit; tertio praecipue inter illas eam, quae Platonis est, nititur convellere, praeterea suam definitionem prodit, qua felicitatem putat explicari; quinto denique ac postremo loco demonstrat opiniones iam recitatas aliorum cum sua facile posse congruere. Prima parte, cum recenset aliorum sententias, adiicit modum seu formam, qua procedendum arbitratur ad summum bonum definiendum inque duo istud quartum caput dissecatur.

Methodus sequentis tractationis.

71 Z_1

Propositio huius loci est: de nomine felicitatis omnes propemodum consentire, cum de re, in qua sita sit, magnopere dissideant. Prior pars ex eo probatur, quod omnes cum vulgares tum eruditi consentiunt idem esse recte vivere, bene agere ac felicem esse. Ratio ab etymologia nominis est deducta. Altera vero pars propositionis confirmatur, quia nonnulli firmam valetudinem, alii voluptatem, alii divitias, alii honores, alii scientiam, alii quiddam per se ac natura sua bonum, quod a rebus universis secretum sit, felicitatem existimant, et a materia sumitur haec

Analysis quarti capitis.

Z. 13 distribuitur] tribuitur $\mathcal{Z}_1$

[19*] *AG* Λέγωμεν δ' ἀναλαβόντες, ἐπειδὴ πᾶσα γνῶσις καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινὸς ὀρέγεται, τί ἐστὶν οὗ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι καὶ τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθῶν· ὀνόματι μὲν οὖν σχεδὸν ὑπὸ τῶν πλείστων ὁμολογεῖται· τὴν γὰρ εὐδαιμονίαν καὶ οἱ πολλοὶ καὶ οἱ χαρίεντες λέγουσιν, τὸ δ' εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν ταὐτὸν ὑπολαμβάνουσι τῷ εὐδαιμονεῖν· περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, τί ἐστιν, ἀμφισβητοῦσι· – *AL* Dicamus autem resumentes, quoniam omnis cognicio et eleccio bonum aliquod desiderat, quid est hoc quod dicimus civilem desiderare, et quid est omnium operatorum summum bonum. Nomine quidem igitur fere a plurimis confessum est. Felicitatem enim et multi et excellentes dicunt. Bene vivere autem et bene operari idem existimant ei quod est esse felicem. De felicitate autem que est, alterantur.

probatio, quandoquidem varia subiecta felicitatis diversi homines adinvenerunt. Tota haec tractatio confutatione confirmationeque perficitur. Nam veterum opiniones refellit et suam communit ac defendit. Ordinem hunc sequitur, ut prius aliena confutet, ¦ quam propria sta- 64 Z_2
biliat, quem morem in aliis etiam locis fere semper retinuit. In Physicis disputat ab initio contra Parmenidem et Melissum.[399] De animo totum ferme primum librum in opinionibus veterum recensendis et confutandis absolvit.[400] Quod sane, licet ab eo alia de causa fieri potuerit, attamen inde hunc aperte videmus fructum haberi, quod ex falsi depulsione facilior redditur veri adeptio. Nam errore patefacto, cognoscimus, qua via et ratione possimus ab eo cavere.

Repetit, quod iam inde ab initio prooemii scripserat omnem notitiam et electionem bonum aliquod expetere, ut facilem transitum patefaciat ad inquirendum, quid sit extremum bonum.[401] Communi vocabulo *notitiae* comprehendit hoc loco scientiam et artem,[402] et quod additur, *extremum omnium bonorum agendorum*, subiectum est per expositionem. Etenim ea sententia bonum explicatur, quod civilis facultas expetit. Inquit omnes propemodum consentire de nomine et qualis ista conspiratio sit, demonstratur non absque fructu. Valet enim ad intelligendum, quae vis huic voci felicitatis subiiciatur.

| Nominis porro expositio, quid aliud est quam definitio quaedam 72 Z_1
non lata et ampla, sed contracta, quae postea fusius et latius explicatur, cum definitur ipsa rei substantia? Dicit *forte*, quia nonnullos reperias interdum adeo rudes ineruditos et indoctos, qui vel etiam nomen felicitatis ignorent. Aut *forte* particulam illam inseruit, ut eos notaret, qui nullos existimarunt felices, dum hic vixerint, sed expectandam extremam horam, ut Solon docuit.[403] A nominis explicatione sumpsit initium tamquam a re notiore iuxta regulam, quam ipse in multis locis repetit: a magis perspicuis et manifestis in omni doctrina esse ordiendum.[404] De nomine, inquit, omnes convenire atque multitudinem ho-

Quare a nominis expositione incipiat.

Z. 26 expectandam] expepectandam Z_1 28 tamquam] tanquam Z_2

[399] *Vgl. Arist. phys. 1,2–3, 184b 15–187a 11 (Ross ibid.).*

[400] *Vgl. Arist. anim. 1,2, 403b 20–405b 30 (Ross 5–10).*

[401] *Vgl. Streb. eth. 12v:* Interiecit prooemium docendi lectoris causa, nunc superioris gradus extrema repetuntur, ut inde facilius ad proximum fiat auditus.

[402] *Vgl. Streb. eth. 12v:* Nomine scientiae complectitur eam, quam principio dixerat artem atque doctrinam.

[403] *Vgl. Her. hist. 1,32 (Dietsch I 18):* πρὶν δ' ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχεῖν μηδὲ καλέειν κω ὄλβιον, ἀλλ' εὐτυχέα. *Vgl. auch Arist. eth. Nic. 1,10, 1100a 10f. (Bywater 16).*

[404] *Arist. phys. 1,1, 184a 16–18 (Ross ibid.):* πέφυκε δὲ ἐκ τῶν γνωριμωτέρων ἡμῖν ἡ ὁδὸς καὶ σαφεστέρων ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῇ φύσει καὶ γνωριμώτερα.

minum distribuit in vulgares et elegantes, id est χαρίεντας. Elegantes vero sunt participes eruditionis, quorum longe minor est numerus quam vulgarium, etenim permultos reperias, qui bonos egregiosque habitus virtutum consuetudine quadam sibi comparent, cum alioqui eruditione atque doctrina minime sint exculti. Elegantes qui sint.

De felicitate autem, quae sit, ambigunt.] Eustratius discrimen ponit, ut aliud sit dicere τίς ἐστι καὶ τί ἐστι, ita ut primum de subiecto quaerat, in quo felicitas collocanda sit, alterum vero de illius absoluta et perfecta definitione.[405] Aggreditur proinde philosophus explicationem subiecti et, quae nam ea sit, quaerit, sed circa finem tractationis huius, quid sit et definitionem eius tradit. Et ad ordinem non parum facit quod suam disputationem continuo a materia exorsus est. Ita etiam fecit in Physicis, nam, cum ibi de motu ¦ seu mutationibus esset actu- 65 Z_2 rus, primum omnium subiecti seu materiae naturam investigavit. Atque in dialecticis, priusquam ad syllogismos accederet et ἀποδείξεις, de propositionibus egit et topicis, quae materiam suppeditant argumentationibus.[406] Materia, quamvis per se ipsam sit rudis et inculta, nihilominus fundamentum est, quod postea formis et definitionibus terminatur ac perficitur. Quis enim felicitatem recte poterit genere suo et differentiis comprehendere, qui prius non cognoverit, quod et subiectum et materiam habeat? Ratio ordinis quo philosophus utitur.

Et non similiter vulgus ac sapientes hoc tradunt. Quidam enim quippiam eorum, quae clara manifestaque sint, veluti voluptatem, aut divitias, aut honores. Alii vero aliud. Plerunque | etiam idem aliud atque aliud. Quando 73 Z_1 *enim quis aegrotat, sanitatem; vel cum egestate laborat, divitias; qui vero sibi conscii sunt ignorationis, eos, qui dicunt grandia quaeque captum suum excedunt, mirantur. Quidam vero putarunt praeter haec multa bona, aliud quoddam per seipsum, quod his omnibus quoque causa sit, cur bona sint.* 1095a 21–30

[405] *Eustr. graec. (Heylbut 29,2–4):* Εἰπὼν πάντας εἰς τὸ αὐτὸ φέρεσθαι ὄνομα τῆς εὐδαιμονίας τούς τε πολλοὺς καὶ τοὺς χαρίεντας, πρὸ τοῦ τί ἐστι, τίς ἐξετάζει· ὧν τὸ μὲν τοῦ ὑποκειμένου, τὸ δὲ τοῦ οὐσιώδους λόγου δηλωτικόν. *Eustr. lat. (Mercken 48f.,60–63):* Dicens omnes in idem ferri nomen felicitatis et multos et excellentes, antequam inquirat quid est, scrutatur quae est felicitas; quorum hoc quidem scilicet quae est subiecti, hoc autem scilicet quid est substantialis rationis manifestativum est.

[406] *Während der traditionellen Anordnung der Bücher des Organon nach die Topik der Analytik folgt, lässt Vermigli Erstere Letzterer vorangehen. Dies könnte auf einen Einfluss der ciceronischen logischen Schule hindeuten. – Risse 1964, 127f. und 206f.; Schulthess 2005.*

Omnes autem scrutari opiniones, vanius fortassis est. Sufficiat eminentes maxime, quaeque aliquam rationem habere videantur, exquirere. [20*]

Confirmat his verbis de re felicitatis magnam esse dissensionem. Nam vulgares a sapientibus differunt. Imo, si pressius rem consideraveris, non omnes vulgares congruunt secum et sapientes cum sapientibus non parum discrepant. Sententiae philosophorum ita distingui possunt, ut aliquas earum fuisse dicamus illustres, quae celebres habuerunt patronos, alias vero ignobiles et obscuras, quod viliorum hominum fuerint neque firmis perspicuisque rationibus sint confirmatae. Atque huius generis sunt firma valetudo, divitiae, honores et consimilia, quorum propugnatores non fuerunt insignes. Ad alterum genus pertinent voluptas, honestum, virtus, vivere congrue cum primis naturae datis, scientia. Hae sane fines enumerantur simplices; aliquae vero coniunctae, quandoquidem nonnulli ad virtutem voluptatem adiungunt, alii ad ho¦nestum vacuitatem doloris, nonnulli coniungunt cum virtute perfectae vitae absolutionem. Augustinus appellat contra Iulianum Scyllaeum bonum, quod cum voluptate componitur. Quod enim ibi ponitur honestas, humanam faciem refert; voluptas, quae admiscetur, est res belluina.[407] Sed qui plenius de his vult cognoscere, Ciceronem cum in 2. lib[ro] De finibus legat tum in Tusculanis.[408] Videas etiam quandoque secum aliquos discrepare quodque prius censebant extremum

Variae sententiae philosophorum de felicitate.

Z. 10 honores et] et Z_2 20 lib[ro]] libro Z_2 20 Tusculanis] Tusc[ulanis] Z_2

[20*] *AG* καὶ οὐχ ὁμοίως οἱ πολλοὶ τοῖς σοφοῖς ἀποδιδόασιν· οἳ μὲν γὰρ τῶν ἐναργῶν τι καὶ φανερῶν, οἷον ἡδονὴν ἢ πλοῦτον ἢ τιμήν, ἄλλοι δ' ἄλλο-πολλάκις δὲ καὶ ὁ αὐτὸς ἕτερον· νοσήσας μὲν γὰρ ὑγίειαν, πενόμενος δὲ πλοῦτον· συνειδότες δ' ἑαυτοῖς ἄγνοιαν τοὺς μέγα τι καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς λέγοντας θαυμάζουσιν· ἔνιοι δ' ᾠοντο παρὰ τὰ πολλὰ ταῦτα ἀγαθὰ ἄλλο τι καθ' αὐτὸ εἶναι, ὃ καὶ τούτοις πᾶσιν αἴτιόν ἐστι τοῦ εἶναι ἀγαθά· ἀπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς δόξας ματαιότερον ἴσως ἐστίν, ἱκανὸν δὲ τὰς μάλιστα ἐπιπολαζούσας ἢ δοκούσας ἔχειν τινὰ λόγον· – *AL* Et non similiter multi sapientibus tradiderunt. Hii quidem enim apertorum quid et manifestarum, utputa voluptatem, aut divicias. Conscii autem sibi ipsis ignorancie, eos qui magnum aliquid et super ipsos dicunt, admirantur. Quidam autem existimaverunt preter hec multa bona, aliud esse secundum se ipsum. Quod et omnibus causa est essendi bonum. Omnes quidem igitur perscrutari opiniones, inanius fortassis est. Sufficiens autem eas maxime que superficietenus autem apparent vel estimentur habere aliquam racionem.

[407] *Aug. c. Iulian. 6,16 (PL XLIV 852):* Placet tibi secta Dinomachi, honestatem voluptatemque conjungens; quod philosophi quoque hujus mundi qui honestiores videbantur, Scyllaeum bonum esse dixerunt, ex humana scilicet natura belluinaque compactum.

[408] *Vgl. Cic. fin. 2 (Rackham 78–212); Cic. tusc. 5,73–75 (King 500–502).*

bonum, mox repudiant. Qui enim, dum valerent, sanitatem visi sunt parvi ducere, cum postea fuerint ea destituti, ponunt in summo bono. Quod item illis accidit, qui premuntur egestate. Nam hi divitias non
74 Z_1 tantum | pluris faciunt, sed unice persequuntur. Et hi, quos enumera-
5 vimus, aliquid constituunt evidens et manifestum, quoniam haec, voluptas, divitiae, honores, sunt adeo perspicua et clara, ut vel ipsos sensus incurrant. Imo Epicurus ideo se voluptatem aiebat summum bonum existimare, quod esset et notissimum et apertissimum bonum, nec minus aiebat cognosci manifeste voluptatem esse praecipuum bo-
10 num, quam nivem esse albam vel ignem calere.[409]

Quod memorat Aristoteles de sanitate atque divitiis, non absolute simpliciterque dicit, sed privationem adiunxit, *quando quis aegrotat vel egestate laborat.* Aviditas enim, qua ferimur in summum bonum, duplici ex parte oritur, cum ex cognito bono, quod amamus, et notitia, qua
15 sentimus nos eo destitutos. Unde Plato in Symposio recte censuit amorem ἐκ τοῦ πόρου καὶ τῆς πενίας esse natum.[410] Atque modo Aristoteles quoque docet eos, qui vident se morbo cruciari aut premi egestate, incendi tanto studio sanitatis et pecuniae, ut ista putent summa bona. Quibus verbis agnoscimus privationem seu paupertatem initium
20 esse huius opinionis. Quod non minus apparet ex eo, quod addit, illos, qui sibi conscii sunt ignorationis, eos vehementer mirari, qui dicunt grandia et quae suum ipsorum captum excedunt. In his oppido admirantur duo, cum sapientiam tum eloquentiam.

Appetitus vehemens boni unde oritur.

Alii putarunt praeter haec multa bona unum per seipsum.] Plato citatur hoc
25 loco, qui Deum ipsum a creaturis, quae corrumpuntur secretum bonum posuit, id est per seipsum. Nam dixit eum omnibus causam esse, cur bona essent, ipsum vero non aliunde quam ex seipso bonitatem suam habere. Ibi posuit ideam boni, ad cuius exemplum et formam omnia sint bona.[411] Verum, cum haec in variis locis traderet, de sum-

Platonis sententia de bono.

[409] *Cic. fin. 1,30 (Rackham 32):* Itaque negat [Epicurus] opus esse ratione neque disputatione quamobrem voluptas expetenda, fugiendos dolor sit. Sentiri haec putat, ut calere ignem, nivem esse albam, mel dulce, quorum nihil oportere exquisitis rationibus confirmare, tantum satis esse admonere.

[410] *Plat. symp. 203b (Burnet II ibid.):* Πόρου καὶ Πενίας ὑὸς ὢν ὁ Ἔρως.

[411] *Eustr. graec. (Heylbut 29,19–23):* Τοῦτο περὶ Πλάτωνος ἔοικεν εἰρῆσθαι, ὃς τὸν θεὸν εἶναι τιθεὶς τὸ αὐτοαγαθὸν ἐκεῖνο ἐκέλευεν εἶναι πάσης αἴτιον ἀγαθότητος καὶ πᾶν ὅ ἐστιν ἀγαθὸν ἢ λέγεται, τῇ ἐκείνου μετοχῇ τοῦτο εἶναι καὶ λέγεσθαι ἐκεῖνο δὲ μή τινος μετοχῇ εἶναι ἀγαθὸν ἀλλὰ πρώτιστον ὂν ἁπάντων αὐτὸ δι' ἑαυτὸ τοῦτο εἶναι καὶ λέγεσθαι. *Eustr. lat. (Mercken 49f.,84–88):* Hoc de Platone videtur dixisse, qui Deum esse ponens id ipsum bonum illud iussit esse omnis causam bonitatis et omne quod est bonum vel dicitur illius participatione hoc esse et dici, illud autem non alicuius par-

mo bono simpliciter dicebat, non autem de summo hominis bono loquebatur, idcirco videtur extra propositum nunc adduci, ubi de ipsa hominis felicitate controversia explicatur. Quandoquidem non sunt homines felices illa communi idea boni, de qua saepius egit Plato, sed ea felicitate, quae ipsis inhaereat. Quemad¦modum viride aliquid ap- 67 Z_2
pellamus, quod in seipso viriditatem habet, ita et nunc de felici homine loquimur, ut in eo felicitas inest. Sed nescio, quo consilio vel impetu quandoque Aristoteles in Platonem concitetur. Quod scio aliquos dicere non ab eo factum, ut ipsum carperet, sed ut verba eius et loquutiones casti|garet, quae iam suo tempore prave a nonnullis intelligebantur et aliis tradebantur.[412] At si voluisset ita facere, debuit illum excusare candide et postea pro arbitrio malorum eius interpretum calumnias traducere; quod, quando multum abest ut faciat, excusari ne vix quidem potest, quin adversus illum contendendi occasionem captet. 75 Z_1

Quo consilio Aristoteles Platonem saepius reprehendat.

Omnes autem scrutari opiniones vanius fortassis est.] Solum inquit se velle disputare de opinionibus eminentioribus quaeque aliquam rationem habeant, nam omnes velle examinare, vanius esset. Non enim succederet, cum propemodum sint infinitae, atque illarum bene magnus numerus longe abest a ratione. Illas tractare operaepretium est, quae ad verum quam proxime accedunt et in quibus homines facile possunt ex verisimilitudine hallucinari. Magnum fuisse hac de re numerum opinionum docuit Varro[413], sicut tradit Augustinus De civitate Dei. »Nam«, inquit, »sententias de felicitate potuisse ducentas octuaginta et octo numerari.«[414] Quare, cum tot numero sint aut esse possint, omnes recensere, nedum examinare, admodum laboriosum esset. Ne itaque res tentetur supervacanea, illae in hac tractatione sunt deligendae,

Quare Aristoteles non omnes sententias de felicitate enumeret.

Z. 19 cum] quum Z_2 25 cum] quum Z_2

ticipatione esse bonum sed primum ens omnium ipsum per se ipsum hoc esse et dici. *Vgl. Plat. Epin. 976e–977a (Burnet V ibid.):* ὃν δὲ θεὸν ἡγοῦμαι, φράζειν χρή, καίπερ ἄτοπον ὄντα, καί πως οὐκ ἄτοπον αὖ· πῶς γὰρ τὸ ἀγαθῶν αἴτιον ἡμῖν συμπάντων οὐ καὶ τοῦ πολὺ μεγίστου, τῆς φρονήσεως, αἴτιον ἡγεῖσθαι δεῖ γεγονέναι;

[412] *Vgl. Acc. eth. 5r:* Philosophus refellit hanc opinionem alio modo sumptam, quam intelligebat Plato. Sed sicut a vulgo intelligebatur sumit ipse et eam refellit.

[413] *Marcus Terentius Varro (116–27 v. Chr.), römischer Universalschriftsteller, von dessen Werk aber nur ein Bruchteil überliefert ist. – NP XII/2 1130–1144; GRL I 555–578.*

[414] *Aug. civ. 19,1 (CCSL XLVIII 657,26–31):* Ex qua tripertita uelut generalium distributione sectarum Marcus Varro in libro de philosophia tam multam dogmatum uarietatem diligenter et subtiliter scrutatus aduertit, ut ad ducentas octoginta et octo sectas, non quae iam essent, sed quae esse possent, adhibens quasdam differentias facillime perueniret.

quae nos facile deciperent, cum magna veri assimulatio in eis conspiciatur. Quod Eustratius doctissimo quodam simili demonstravit: »Si palumbem«, inquit, »quis videat, columbam facile putabit se cernere, quod non ei usu veniet, quando aquilam conspexerit, cum valde sit columbae absimilis.«[415] Ita quasdam existimemus esse opiniones de beatitudine adeo a vero semotas, ut pauci admodum seu potius nulli hallucinentur ipsis; alias vero sic veritatem propemodum attingentes, ut non sit omnium eas a se invicem discernere, vel internoscere. Unde quae sunt huius generis, non praeteriri, sed examinari quam accuratissime debent.

Quomodo omnes in nomine felicitatis consentiant, cum tot sint hominum linguae.

In hoc Aristot[elis] contextu tria occurrunt dubia. Primum est, quonam pacto in nomine felicitatis consentiant, cum adeo inter se mortales discrepent lingua. Quod enim nos dicimus, felicitatem seu beatitudinem Graeci εὐδαιμονίαν et Hebraei **אשרי** nominant, multitudinis numero.[416] Quod, quare fecerint, non est obscurum: natura quippe nostra non ea est, quae una duntaxat perfectione possit absolvi. Ideoque, cum multa requirantur, ut plene acquiescamus, ¦ ideo Hebraei | sapientissimi numerum multitudinis huc asciverunt. Sed ad quaestionem respondemus. Licet non conveniant omnes mortales inter sese idiomate, nihilominus hoc satis est Aristoteli, quod quicunque sunt eiusdem linguae, hi omnes de nomine felicitatis non altercantur, sed de re ipsa et praesertim in quo vel subiecto vel materia sit ponenda. Quod fieri manifestum est inter Latinos, Graecos et Hebraeos. Nulli enim eorum, ut videmus, inter se de nomine rixantur.

68 Z_2
76 Z_1

Vivere quid significet.

Dicitur praeterea in textu bene agere, bene vivere et felicem esse pro eodem haberi. In quibus sane verbis quaesiveris fortasse, quid »vivere« proprie significet. Ad quod respondeo, vitam accipi bifariam, nam interdum vivere nihil aliud significat, nisi esse, quod universa, quae animam sortiuntur, ex ipsius coniunctione cum corpore statim habent. Philosophi hoc appellarunt actum primum. Deinde vivere idem est, quod operari, et id philosophi secundum actum dixerunt.[417] Atque ista posteriori significatione modo accipiendum est recte vivere.

Z. 16 perfectione] profectione Z_2 17 acquiescamus] quiescamus Z_2

[415] *Eustr. graec. (Heylbut 30,11f.):* φάτταν γάρ τις ἰδὼν οἰήσαιτο ἂν περιστερὰν οὐχὶ δὲ καὶ νῆτταν ἰδεῖν. *Eustr. lat. (Mercken 50,12–14):* Columbam enim silvestrem quis videns existimabit utique columbam domesticam, non autem anatem, videre.

[416] **אשרי** *ist ein Plural maskulin im »status constructus«, vermutlich von der Wurzel* **אשר** *hergeleitet, welcher stets als Interjektion mit der Bedeutung: »Heil dem ...!« gebraucht wird, vgl. Ps 1,1* [...] **אַשְׁרֵי־הָאִישׁ** – *ThWAT I 481–485; Gesenius I 113.*

[417] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 18 a. 2 co. (STO II 214):* Est impositum hoc nomen [vitae] […] ad significandum substantiam cui convenit secundum suam naturam mo-

Quare tot fuerint opiniones de felicitate.

Occurrit postremo, ut quaeratur, cur tot atque tam variae de felicitate opiniones prodierint. Quod ideo factum dicimus, quod homines hac de re cum meliore animi parte non deliberarint, sed potius affectus ipsos consultores adhibuerint, qui, ut varii sunt varieque motus incitant, hominum mentes ad fines tam multiplices atque diversas inclinarunt. Adolescentes videas, qui multis modis calent in amando, se beatos putare; aliorum Deus venter est; honori nonnulli mancipiorum instar sese dediderunt; sunt etiam et hi, qui divitiis nil anteponendum censeant; et Diogeni[418] tandem eiusque similibus cynica libertas summopere arrisit. Quod si ratio ipsa prae sensibus et affectibus in hac quaestione fuisset consulta, non tot proculdubio tamque pugnantes habuissemus opiniones.

Finis hominis duplex secundum sacras literas.

Sacrae porro literae hoc sunt philosophia praestabiliores, quod illae finem duplicem constituunt hominum, quorum alter, dum hic vivimus, potest obtineri, alter vero expectatur denique, cum hinc solverimus, quem quia perfectior est, priori loco aperiemus. Is autem est, ut Deum praesentem videamus et eius conspectu plene ac perfectissime fruamur. Quod Paulus, ut assequeretur, vehementer optabat, quum ad Philippenses scriberet: »Cupio hinc solvere ac esse cum Christo«[419]. Idemque aiebat: »Nunc per speculum videmus et in aenigmate, tunc autem facie ad faciem«[420]. Item: »Nunc ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus, cum autem | venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte est«[421]. Et hanc Evangelia nobis proponunt eximiam mercedem, quam in coelis post multos labores ac huius vitae aerumnas propositam habe¦amus. Huius autem vitae summa finis et extremum bonum est, ut per Christum iustificemur, in gratiam recipiamur ab aeterno Patre, cuius irae nascimur obnoxii. Quare David merito aiebat: »Beati, quorum remissae sunt iniquitates, quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum«[422].

77 Z_1

69 Z_2

vere seipsam, vel agere se quocumque modo ad operationem. Et secundum hoc, vivere nihil aliud est quam esse in tali natura […]. Quandoque tamen vita sumitur minus proprie pro operationibus vitae. *Thom. Aqu. ver. q. 27 a. 3 ad 25 (STO III 169):* Dicendum, quod duplex est actus formae. Unus qui est operatio, ut calefacere, qui est actus secundus […]. Alius vero actus formae est materiae informatio, quae est actus primus; sicut vivificare corpus est actus animae.

[418] *Diogenes von Sinope (412/403–324/321 v. Chr.), prominenter Vertreter des Kynismus. – NP III 598–600; DPhA II 812–823.*

[419] *Phil 1,23.*

[420] *1Kor 13,12.*

[421] *1Kor 13,9f.*

[422] *Ps 32,1f. (Vulg. 31,1f.).*

Quem locum haud iniuria Paulus ad Romanos tam accurate citavit.[423] Et hi tandem hic beati sunt, qui Iehovam pro Deo habent illique toto pectore fidunt et credunt, ac tales non frustra David appellat beatos.[424] Neque vitae huius beatitudo prorsus dissita est a fine ac extremo bono, quod in altera vita a fide constanti et spe indefessa expectamus. Huius quippe vitae summum bonum nil est aliud, nisi illud ipsum, quod postremo sumus habituri, graduum tantum et perfectionis discrimen intercedit.

Non autem nos lateat interesse rationes, quae a principiis et quae ad principia. Recte enim et Plato de hoc ambigebat quaerebatque, utrum a principiis, an ad principia proficiscendum esset, veluti in stadio ab iis, qui praemia decernunt ad metas, an e converso. [21*] 1095a 30–1095b 1

Posteriori parte huius capitis ea tractat, quae pertinent ad demonstrationum genus, quae in hac investigatione possunt usui esse. Propositio est: ab effectibus ad causas in hoc negotio est procedendum. Quod eo maxime confirmatur, quia semper est a notioribus inchoandum. Hic vero effecta initiis ipsis multo sunt notiora, igitur inde auspicandum. Quod assumpsimus, effecta in hac tractatione magis esse perspicua, post suo loco declarabitur. Prius itaque Aristoteles ponit utroque modo licere argumentari. Secundo rationem adducit usus, declarando, cur hac vel illa via sit procedendum, et denique tradit, quae capacitas necessario in auditore requiratur. Primum id statuamus quatuor, ut ubique docet Aristoteles esse causas materiam, formam, efficiens et finem,[425] ex quibus nos in praesentia unam duntaxat inqui|rimus, nimirum finem. De felicitate quippe quae nam sit disputatur, 78 Z_1 Analysis.

[21*] *AG* μὴ λανθανέτω δ' ἡμᾶς ὅτι διαφέρουσιν οἱ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν λόγοι καὶ οἱ ἐπὶ τὰς ἀρχάς· εὖ γὰρ καὶ ὁ Πλάτων ἠπόρει τοῦτο καὶ ἐζήτει, πότερον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἢ ἐπὶ τὰς ἀρχάς ἐστιν ἡ ὁδός, ὥσπερ ἐν τῷ σταδίῳ ἀπὸ τῶν ἀθλοθετῶν ἐπὶ τὸ πέρας ἢ ἀνάπαλιν· ἐν τῷ σταδίῳ ἀπὸ τῶν ἀθλοθετῶν ἐπὶ τὸ πέρας ἢ ἀνάπαλιν· – *AL* Non lateat autem nos quoniam differunt que a principiis raciones, et que ad principia. Bene enim et Plato dubitavit hoc et quesivit utrum a principiis vel ad principia est via, quemadmodum in stadiis ab athlotetis ad terminum vel e converso.

[423] *Röm 4,7f.*

[424] *Vgl. Ps 2,12 (Vulg. 2,13)* Beati omnes, qui confidunt in eo.

[425] *Vgl. Arist. met. 1,3, 983a 26–32 (Jaeger 7):* τὰ δ' αἴτια λέγεται τετραχῶς, ὧν μίαν μὲν αἰτίαν φαμὲν εἶναι τὴν οὐσίαν καὶ τὸ τί ἦν εἶναι (ἀνάγεται γὰρ τὸ διὰ τί εἰς τὸν λόγον ἔσχατον, αἴτιον δὲ καὶ ἀρχὴ τὸ διὰ τί πρῶτον), ἑτέραν δὲ τὴν ὕλην καὶ τὸ ὑποκείμενον, τρίτην δὲ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, τετάρτην δὲ τὴν ἀντικειμένην αἰτίαν ταύτῃ, τὸ οὗ ἕνεκα καὶ τἀγαθόν (τέλος γὰρ γενέσεως καὶ κινήσεως πάσης τοῦτ' ἐστίν).

cuius comprehensionem cum non liceret, nisi ex effectis consequi, de eo voluit Aristoteles monitos auditores, ne hoc processus genere offendantur, quandoquidem alterius generis argumenta hic non possunt haberi.

De argumentatione a principiis et ad principia.

Dicit itaque duplex argumentorum esse genus, id est vel a principiis vel ad principia.[426] Et sane cum ab initiis ad effecta proficiscimur, a naturae ordi¦ne non discedimus, quoniam et illa sic res instituit et 70 Z_2 producit, at cum ab effectis ad ipsa principia regredimur, id est ex accommodatione ad nostrum captum. Ita enim geniti sumus et conformati, ut semper ordiamur scientias et notitias a magis cognitis, sive ea causae fuerint sive effectus.[427] Neque tantum ad hoc confirmandum adducitur Platonis testimonium, sed etiam facilis et apposita similitudo. Ut enim, inquit, in stadio procedunt currentes, tum a carceribus, ubi sunt iudices et qui praemia decernunt victoribus, ad metas, quae curriculum ipsum terminant, tum a termino seu meta vicissim ad carceres. Plato sane in Philebo et in Phaedro quaedam scribit, quae cum his, quae modo traduntur, non habent dissimilitudinem,[428] sed tamen hanc translationem cursorum ibi non legimus, unde suspicari licet ab Aristotele fuisse inductam. Duplex forma cursus, quae commemoratur, diversum oppido continet ordinem, quamvis spacium et via, per quam currentes feruntur, sit eadem.[429] Quod idem in scalis videas, in quibus

[426] *Die zwei von Vermigli erwähnten Beweistypen waren auch als Beweis* propter quid *bzw.* quia *oder als* methodus compositiva *bzw.* methodus resolutiva *bekannt. Der Unterschied zwischen einem Wissen »dass« und einem Wissen »deswegen« erscheint schon in Arist. an. post. 1,13, 78a 22–28 (Ross ibid.). Die Terminus* methodus compositiva *bzw.* resolutiva *geht hingegen auf Gal. ars (GO I 305) zurück. Vgl. Gilbert 1960, 16–19.*

[427] *Vgl. Streb. eth. 14v:* Si principia sint notiora nobis, ab illis est initium capiendum; si effecta, regrediemur ab illis ad principia. *Über den Unterschied zwischen »an sich bekannter« und »für uns bekannter« vgl. Arist. an. post. 1,2, 71b 33–72a 3 (Ross ibid.):* πρότερα δ' ἐστὶ καὶ γνωριμώτερα διχῶς· οὐ γὰρ ταὐτὸν πρότερον τῇ φύσει καὶ πρὸς ἡμᾶς πρότερον, οὐδὲ γνωριμώτερον καὶ ἡμῖν γνωριμώτερον· λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς μὲν πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ ἐγγύτερον τῆς αἰσθήσεως, ἁπλῶς δὲ πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ πορρώτερον.

[428] *Vgl. Plat. Phil. 16c-d (Burnet II ibid.):* δεῖν οὖν ἡμᾶς τούτων οὕτω διακεκοσμημένων ἀεὶ μίαν ἰδέαν περὶ παντὸς ἑκάστοτε θεμένους ζητεῖν εὑρήσειν γὰρ ἐνοῦσαν ἐὰν οὖν μεταλάβωμεν, μετὰ μίαν δύο, εἴ πως εἰσί, σκοπεῖν, εἰ δὲ μή, τρεῖς ἤ τινα ἄλλον ἀριθμόν, καὶ τῶν ἓν ἐκείνων ἕκαστον πάλιν ὡσαύτως, μέχριπερ ἂν τὸ κατ' ἀρχὰς ἓν μὴ ὅτι ἓν καὶ πολλὰ καὶ ἄπειρά ἐστι μόνον ἴδῃ τις, ἀλλὰ καὶ ὁπόσα. *Plat. Phaedr. 265d–266b (Burnet II ibid.):* Εἰς μίαν τε ἰδέαν συνορῶντα ἄγειν τὰ πολλαχῇ διεσπαρμένα, ἵνα ἕκαστον ὁριζόμενος δῆλον ποιῇ περὶ οὗ ἂν ἀεὶ διδάσκειν ἐθέλῃ· […] Τὸ πάλιν κατ' εἴδη δύνασθαι διατέμνειν κατ' ἄρθρα ᾗ πέφυκεν […]. Τούτων δὴ ἔγωγε αὐτός τε ἐραστής, ὦ Φαῖδρε, τῶν διαιρέσεων καὶ συναγωγῶν, ἵνα οἷός τε ὦ λέγειν τε καὶ φρονεῖν.

[429] *Streb. eth. 14v:* Via intermedia est eadem, ratio currendi a iudicibus ad calcem et a calce ad iudices diversa.

ut gradus iidem maneant, motus ascendendi et descendendi sunt diversi. Ad rem, quam tractamus, propositum simile ita debet accommodari, ut carceribus ubi ἀθλωθέται manent, subiicias rerum causas et initia, calci vero stadii seu metae, quae ducuntur ex causis atque suum ortum inde habent. Et ne quid praetermittatur, id etiam monuisse non pigeat stadium apud veteres 125 passus habuisse, quo circa octo stadia Romanum miliare, quale hodie Italicum est, absolvebant.[430] Quemadmodum itaque in cursu, qui affertur in hoc simili, via est eadem, sed figura currentium prorsus diversa, ita eandem constituere oportet distantiam inter principia et effecta, quamvis genus demonstrationis, quod inter ista cadit, sit duplex et vehementer dissimile. Materia quidem argumenti consentit, sed modus et forma rationum pug-
79 Z_1 nat. Et genus illud conclusionis, | quod ex effectis ducitur, demonstratio appellatur, ut vulgo dicunt, secundum quid, at aliud, quod a causis ad effecta proficiscitur, usitato in scholis nomine demonstratio simpliciter nominatur.[431] Atque ipse idem Aristoteles De auditu physico eadem ferme dixit, quamvis aliud agens. Docebat enim tunc inter eosdem terminos contrarios motus posse contingere, quia inquit: »Athenis Thebas et Thebis Athenas eadem est via.«[432]

Quomodo duplex genus demonstrationum usurpari possit in Ethicis.

In eo, de quo nunc agimus, ita res habet. Actiones iustae, fortes, moderatae, prudentes, liberales a virtutibus fiunt, virtutes ipsae ut a fine pendent ex felicitate. Nam in eam omnes ut in supremum bonum feruntur. Ex quo fit, ut, cum Aristoteles ordiatur ab ipsis probis et rectis actionibus et inde ascendat ad virtutes atque postremo ad feli-
71 Z_2 citatis notitiam perveniat, ex ¦ consequentibus et posterioribus rationes

Z. 6 125] centum vigintiquinque Z_2 25 consequentibus] sequentibus Z_2, *mit Reklamant S. 70* conse-

[430] *Gemeint sind 125 sog. Doppelschritte zu je 5 Fuß, die zusammen ein Achtelmeilenstadium (»Stadium Italicum« à 625 Fuß) ergeben, vgl. Plin. nat. 2,85 (Mayhoff I 154,17f.):* Stadium CXXV nostros efficit passus, hoc est pedes DCXXV. – *PRE² III/2 1933f.*

[431] *Vgl. Acc. eth. 5v:* Primus [modus procedendi] dicitur demonstrativus simpliciter, alter secundum quid. *Vermigli bezieht sich auf die zwei Beweisarten der* demonstratio quia *und* propter quid. *Die* demonstratio simpliciter *(auch* demostratio potissima *genannt), die Vermigli an dieser Stelle mit der* demonstratio propter quid *identifiziert, wurde Averroes zufolge als eine dritte Beweisart interpretiert, bei der zugleich auf die Ursache und auf die Existenz des Objekts geschlossen wird. Vgl. Averr. an. post. 208v:* Sciendum autem est, quod genera demonstrationum sunt tria. Prima demonstratio est demonstratio simpliciter seu absoluta, quae quidem praestat esse et causam simul. Secunda est demonstratio quia, quae praestat tantum esse, i[d est] quia est. Tertia est demonstratio propter quid, quae praestat causam tantum, cum ipsum esse fuerit iam notum. – *Risse 1964, 210f.*

[432] *Arist. phys. 3,3, 202b 13f. (Ross ibid.):* ὡς ἡ ὁδὸς ἡ Θήβηθεν Ἀθήναζε καὶ ἡ Ἀθήνηθεν εἰς Θήβας, ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον.

conquirat. E diverso faciundum erat, si ex causis et prioribus, in animo fuisset ad posteriora et effecta tendere. Felicitatem porro tradere oportuit ante omnia, quae nam esset. Deinde virtutum naturam expedire ac tandem bonorum et laudabilium actionum formam et modum explicare. Qui ordo, quoniam est naturalis, ab Aristotele non est neglectus, sed in digerendis et componendis his libris accuratissime conservatus. In primo sane libro, ut ab initio monui, de felicitate docet. Postea in aliis de virtutibus praeclare scribit. Proxime actiones humanas explicat. Et denique ceu delatus circulo in calce huius tractationis de felicitate perfectissime, quae tradi poterant, est persequutus.[433] Quae igitur nunc dicuntur, seriem librorum ordinemque tractationum minime respiciunt, sed id tantum spectant, ut intelligamus, quibus argumentis ad virtutum et felicitatis notiones queamus pervenire. Quod sane dicit concedendum, si a notioribus nobis coeperimus, quae (ut iam dixi) et res ipsa demonstrabit sunt rectae atque praeclarae actiones.

Cur Aristoteles circulari ordine utatur.

Nec profecto debetis mirari, cum in hoc ordine Aristotelico formam quandam circuli conspicitis, quoniam in agendo animus noster haud secus movetur. Semper enim id, de quo primum statuimus, est finis. Deinde, quae nam idonea sint, cogitamus, ut ad finem assequendam proficiant, tum illam persequimur, tum finem, quam optaveramus, | adipiscimur. Videas itaque hinc perspicue, nostram actionem ibi terminari, unde sua initia primum sumpserat. 80 Z_1

Possem hic obiter monstrare, cur coelorum orbes circuli ambitu circa nostrum hunc mundum torqueantur et ratione concludere talem mutationis formam inter caeteras esse perfectissimam. Sed quia non est animus a proposito longius abire, non interius in hanc disputationem ingrediar. Sed tantum duo quaeram: primum qui fiat ut felicitas, quae finis est, principium etiam dicatur, cum principii ratio multum cum termino seu fine discrepet? Respondeo: ut ista inter se pugnent, si absolute sumantur, cum diversa ratio et respectus adhibetur, recte pulchreque consentiunt.[434] Nam quo ad consilium propositum et dispositionem efficientis id, quod primum expetitur, est bonum et id maxime, quod inter bona extremum fuerit. Quod si postea in persequen-

Felicitas cum finis sit quare dicitur principium.

[433] *Vgl. Streb. eth. 14v:* Quum progredimur erga ab actionibus ad virtutes, a virtutibus ad foelicitatem, tum a posterioribus imus ad priora. Nam felicitas parit virtutes, hae pariunt actiones. Hunc ordinem servat in his libris. Et a beatitudine capit exordium, quia principium est et in eam desinit tandem libro decimo, quoniam finis est.

[434] *Vgl. Streb. eth. 14r-v:* Est ne beatitudo finis an principium? Finis et principium. Finis, quod ad eam referuntur omnia; principium, quod efficiat, ut virtutes comparemus et agamus probe. Res eadem, sed ratio diversa.

do, quod optamus, extremo loco adipiscimur, iam de exequutione agitur, non de proposito seu consilio. Nam in architectanda domo primum, quod quaerimus, est, ut septi et muniti simus ab iniuriis coeli; quod ut obtineamus, de tecto cogitamus, de parietibus et denique de fundamentis. Vides itaque, ut in hac serie bonum ipsum, ut nos tueamur ab aeris inclementia, primum esse. At postea, si respectum et
72 Z_2 rationem mutes molierisque desideratum adipisci, ¦ primum erit fundamenta iacere, parietes erigere tandemque tectum superponere, quibus perfectis tuto poteris habitare. Ex quo fit, ut quod in altero ordine fuit initium, modo convertatur in extremum. Potest itidem exponi, ut bonum, quod appetimus, principium dicatur, quia movet animum efficientis et impellit ad agendum, quamobrem motus inde sua initia consequitur.

An quae hic traduntur eadem sint cum his quae superius docuit.

Altera quaestio est, an, quae hic Aristoteles tradit in 4. capite, cum illis eadem sint, quae superius docuit, cum de forma doctrinae huius philosophiae scriberet. Minime. Quia ibi generaliter dixit, non hic illud exquisitum docendi genus expectasse, quod in aliis scientiis et praesertim mathematicis adhibetur, cum potius hic locum habeant persuasiones, exempla, similitudines, inductiones omniaque latius tractentur et pinguiori Minerva[435], ut res, de quibus dicitur ferre queunt. Ast hic privatim agitur de genere demonstrationis, quod usurpandum est in captanda felicitatis definitione ac virtutum natura explicanda.

81 Z_1 *Auspicandum igitur a notis. Haec autem sunt | duplicia, alia quidem nobis, alia vero absolute. Ac forte ab iis, quae nobis notiora sunt, auspicandum est.* [22*] 1095b 2–4

Cum iam perspicuum sit licere interdum a principiis, interdum ab effectis argumenta inducere, nunc aperit, quando vel isto vel illo modo sit argumentandum. Videndum, inquit, utrum vel principia vel effecta sint nobis manifestiora. Quod ut fiat evidentius, distinctionem profert: alia nobis, alia vero absolute reperiri notiora. Neque hic solum hac

Z. 17 expectasse] se spectasse Z_2

[22*] *AG* ἀρκτέον μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν γνωρίμων, ταῦτα δὲ διττῶς· τὰ μὲν γὰρ ἡμῖν τὰ δ' ἁπλῶς· ἴσως οὖν ἡμῖν γε ἀρκτέον ἀπὸ τῶν ἡμῖν γνωρίμων· – *AL* Incipiendum quidem igitur a cognitis. Hec autem dupliciter sunt. Hec quidem enim nobis, hec autem simpliciter. Forte igitur nobis incipiendum est a nobis cognitis.

[435] *Vgl. Erasm. adag. 37 (ASD II/1 152,171–173):* Dicitur pinguiore Minerua fieri, quod inconditius simpliciusque quasique indoctius fit, non autem exquisita arte nec exactissima cura.

usus est partitione, sed illam in Analyticis posterioribus[436] et in primo Physicorum attigit.[437] Verum dixeris: ita ne opponuntur notiora nobis et absoluta, ut nulla inveniantur, quae cum nobis tum per seipsa et absolute sint nota? Potest sane contingere, ut quandoque ista simul coniungantur. Quod tantum usu venisse in mathematicis videmus, ubi causae seu principia tam nobis ipsis quam sua natura et vi sunt nota, id est absolute, ut modo loquitur Aristoteles.[438] Verum, quod nobis nota sint, non sua natura consequuntur, sed quia principia ipsa et causae in tabella seu in pulvere describuntur et cum in sensum incurrant, ita nobis fiunt notiora. Neque dicuntur causae, initia principiaque rerum notiora naturae, quasi ea natura intelligat, sed quia natura sua, vi, sponte ac per seipsa notiora esse debuerant, nisi nostrae mentis imbecillitas obstaret, unde hic A¦ristoteles, quod alibi dixit natura notiora, dicit absolute seu simpliciter nota, quod non est aliud nisi ratione infirmitatis nostrae seposita. Quamvis non sim nescius nonnullos exposuisse nota naturae, quod si natura cognosceret, inde suam notitiam auspicaretur, cuius sententiae fuit Averroes.[439] Sed pulchrius eo Graeci rem intellexerunt, nota naturae nil aliud esse atque natura illa prius constare, cum inde rei productio hauriat sua initia. Dum enim quidque oritur, eius initia et causae prius eduntur.[440]

An aliqua simul nobis et per se sint notiora.

Quid sit naturae notius esse.

73 Z_2

Z. 3 absoluta] absolute Z_2

[436] *Arist. an. post. 1,2, 71b 33–72a 4 (Ross ibid.):* πρότερα δ' ἐστὶ καὶ γνωριμώτερα διχῶς· οὐ γὰρ ταὐτὸν πρότερον τῇ φύσει καὶ πρὸς ἡμᾶς πρότερον, οὐδὲ γνωριμώτερον καὶ ἡμῖν γνωριμώτερον· λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς μὲν πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ ἐγγύτερον τῆς αἰσθήσεως, ἁπλῶς δὲ πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ πορρώτερον.

[437] *Arist. phys. 1,1, 184a 16–18 (Ross ibid.):* πέφυκε δὲ ἐκ τῶν γνωριμωτέρων ἡμῖν ἡ ὁδὸς καὶ σαφεστέρων ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῇ φύσει καὶ γνωριμώτερα.

[438] *Vgl. Thom. Aqu. eth. 1,4,10 (STO IV 146):* Si quidem eadem sint nobis magis nota et simpliciter, tunc ratio procedit a principiis, sicut in mathematicis. *Thom. Aqu. an. post. 1,4,16 (STO IV 276):* Quandoque autem id quod est magis notum quoad nos, est etiam magis notum simpliciter et secundum naturam; sicut accidit in mathematicis, in quibus, propter abstractionem a materia, non fiunt demonstrationes nisi ex prinicipiis formalibus.

[439] *Vgl. Averr. an. post. 36v:* Ea, quae sunt remotiora a sensibus, sunt naturae notiora quam ea, quae sunt eis propinqua. – *Averroes (1126–1198), islamischer Rechtsgelehrter, Philosoph und Arzt, dessen umfangreiche Kommentare zu Aristoteles ab 1230 in lateinischer Übersetzung im Abendland zu zirkulieren begannen. – TRE V 51–55; LMA I 1291–1296.*

[440] *Über diese Abweichungen in der Interpretation des Ausdrucks* γνωριμώτερον φύσει *referiert auch Zab. an. post. 664F–665B:* Hoc non ita est intelligendum, ut natura dicatur cognoscere, natura enim nihil cognoscit; sed quia, dum simpliciter et secundum propriam naturam res consideramus, causae sunt effectibus priores, quoniam natura producit effectus ex causis. […] Propterea quum Graeca dictio dativi casus (τῇ φύσει) Latine verti possit et in dativo et in ablativo, hoc tamen in loco legenda est in ablativo (natura), sed non naturae, ut multi legunt.

Exempla, quibus patefacere possumus causas per effecta demonstrari, complura se offerunt. Primum, ex defectu lunae probamus terrae interiectionem inter ipsam et solem.[441] Deinde quoniam tota non obscuratur, concludimus terram esse illa maiorem. E diverso autem, quia sol dum luna ei subiicitur, lumen totum non amittit, demonstramus illum magnitudine praestare orbi lunari. Tum etiam cum luna | sic accessiones et imminutiones luminis variet, ut subinde cornuta rotundaque appareat, eam concludimus figuram habere sphaericam.[442] Nec non animalia, quae non spirant, carere statuimus pulmonibus et arteria,[443] quae omnia, ut perspicuum est, ex effectis demonstrant causas. Utque ad rem redeam, sic nunc ex actionibus iustis, rectis et laudabilibus ad notitiam virtutum inducimur et denique sublevamur ex virtutibus cognitis ad ipsius felicitatis intelligentiam. Et rem si quis pressius expendat, cernet facile non posse in hac facultate de beatitudine tradi scientiam ex principiis et causis, quia, cum ipsa in accidentibus numeretur, non potest agnosci nisi subiecti, quo innititur, haberetur perfecta notitia. Quare, si per causas docendi essemus, animi nostri et sane quo ad vim intelligentem prius notitia esset habenda neque id satis esset, cum humanae mentis natura ex ipso Deo pendeat. Unde liquet felicitatis demonstrationem per causas adduci non posse, nisi mentis et Dei natura sit perspecta, quae cum ardua sint neque, dum hic vivimus, perfecte concedantur, ad effecta se convertere necesse fuit, ex quibus definitionem felicitatis et virtutum notitiam consequeremur. Cur autem adverbium *forte* adiecerit, ideo factum puto, quia interdum repertis causis ab iis ipsis redibit ad effecta demonstranda. Et quandoque non ἀποδείξει utetur, sed levi et verisimili probatione.

Exempla demonstrationum per effecta.

82 Z_1

Quare haec scientia non possit tradi ex principiis.

[441] *Arist. an. post. 2,2, 90a 15–18 (Ross ibid.):* τί ἐστιν ἔκλειψις; στέρησις φωτὸς ἀπὸ σελήνης ὑπὸ γῆς ἀντιφράξεως· διὰ τί ἔστιν ἔκλειψις, ἢ διὰ τί ἐκλείπει ἡ σελήνη; διὰ τὸ ἀπολείπειν τὸ φῶς ἀντιφραττούσης τῆς γῆς.

[442] *Arist. an. post. 1,13, 78b 4–7 (Ross ibid.):* πάλιν ὡς τὴν σελήνην δεικνύουσιν ὅτι σφαιροειδής, διὰ τῶν αὐξήσεων – εἰ γὰρ τὸ αὐξανόμενον οὕτω σφαιροειδές, αὐξάνει δ' ἡ σελήνη, φανερὸν ὅτι σφαιροειδής. *Vgl. Arist. cael. 2,11, 291b 17–21 (Guthrie 200):* Ἔτι δ' ὁμοίως μὲν ἅπαντα καὶ ἕν, ἡ δὲ σελήνη δείκνυται διὰ τῶν περὶ τὴν ὄψιν ὅτι σφαιροειδής· οὐ γὰρ ἂν ἐγίνετο αὐξανομένη καὶ φθίνουσα τὰ μὲν πλεῖστα μηνοειδὴς ἢ ἀμφίκυρτος, ἅπαξ δὲ διχότομος.

[443] *Arist. part. an. 3,6, 669a 3–6 (Peck 256):* Διόπερ τῶν μὲν ἰχθύων οὐδεὶς ἔχει πλεύμονα, ἀλλ' ἀντὶ τούτου βράγχια, καθάπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ἀναπνοῆς· ὕδατι γὰρ ποιεῖται τὴν κατάψυξιν, τὸ δ' ἀναπνέοντα τῷ ἀέρι, διόπερ πάντα τὰ ἀναπνέοντα ἔχει πλεύμονα.

1095b 4–9 *Propterea necesse est pulchre moribus institutum esse, qui futurus est idoneus auditor, de honestis et iustis deque omnibus civilibus. Est enim principium, quod sit. Idque si satis patuerit, non opus erit, ¦ cur sit, dicere. Sic autem* 74 Z$_2$
institutus aut principia tenebit aut ea facile percipiet. Qui vero neutrum istorum habet, haec Hesiodi audiat. [23*]

Tertio loco nunc patefacit, quid inquiratur in auditore, qui sit futurus idoneus quique ista cum fructu velit percipere, nempe ut liberalibus et
Analysis. honestis moribus sit praeditus. Propositio esto: ido|neus auditor harum 83 Z$_1$
rerum debet esse bene moratus. Confirmatur: in qualibet facultate principiis investigationis oportet assentiri ac ea concedere, alioqui pergere non possumus ad concludendum. Principia nostrae investigationis habemus actiones probas et rectas. Igitur auditorem seu addiscentem haec oportet admittere. At qui non est bene moratus, id non faciet, nam ea, quae nos ut iusta et honesta laudibus efferemus illi displicebunt, etenim improbis non probantur nisi prava et corrupta. Proinde talis haberi non poterit nisi vir inutilis. Quod item Hesiodi[444] testimonio magis corroborat.

Vim rationis attingit his verbis: *est enim principium* ὅτι, id est, cum res esse dicitur. Hoc autem principium minime dabit nobis, qui non sit imbutus bonis moribus, imo vitiose fuerit educatus. Unde quando id, quod quaerimus, id est felicitas, obscurum sit et investigandum accuratius, qui poterimus id facere, si nobis non concedatur probas actiones iustas et honestas esse? Non poterimus profecto ex illis conficere felicitatem esse ideoque carebimus notitia eius duplici et ὅτι et διότι, cum non possimus illam cognoscere διότι. Est enim primum inter humana bona neque se habet quicquam prius, nisi ad Deum rem velimus transferre. Negatis probis et honestis actionibus neque de ipsa ὅτι scire
An qui pravis moribus est possit recta cognoscere. poterimus. Neque mihi id dixeris: qui pravis moribus est institutus, potest, quae recta sunt et honesta, cognoscere; quae licet non probet, fortasse concedet. Quare via huius investigationis non intercludetur.

[23*] *AG* διὸ δεῖ τοῖς ἔθεσιν ἦχθαι καλῶς τὸν περὶ καλῶν καὶ δικαίων καὶ ὅλως τῶν πολιτικῶν ἀκουσόμενον ἱκανῶς· ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι, καὶ εἰ τοῦτο φαίνοιτο ἀρκούντως, οὐδὲν προσδεήσει τοῦ διότι· ὁ δὲ τοιοῦτος ἔχει ἢ λάβοι ἂν ἀρχὰς ῥαδίως· ᾧ δὲ μηδέτερον ὑπάρχει τούτων, ἀκουσάτω τῶν Ἡσιόδου· – *AL* Propter quod oportet consuetudinibus duci bene, de bonis et iustis et totaliter civilibus auditurum sufficienter. Principium enim quia, et si hoc appareat sufficienter, nichil opus erit eo quod propter quid. Talis autem habet vel suscipit utique principia faciliter. Cui autem neutrum existit horum, audiat que Esyodi.

[444] *Hesiod (um 700 v. Chr.), griechischer Dichter, Acker- und Viehbauer, Verfasser des didaktischen Epos »Werke und Tage« und der »Theogonie«. – NP V 506–510; GGL I/1 248–286.*

Hoc, inquam, non licet ponere, quia hic non quaevis notitia exigitur, sed ea, in qua facile ac libenter acquiescamus. Quippe (ut monuimus prius) πρακτική est haec facultas, non tamen intuens nudeque proposita contemplans. Et huc accedit neminem ut recta iustaque habere, quae cum suo iudicio discrepant, qui fit, ut pravis moribus corruptus et honestis non assuetus, harum rerum sit futurus pravus iudex et aestimator.

Aristoteles, cum dixisset de honestis et iustis, »de omnibus civilibus« etiam addidit, quod porro licet duobus modis explicare. Primum, ut
75 Z_2 intel¦ligat alia permulta, de quibus in libris de repub[lica] est agendum, quae item cum sint fines, hac eadem ratione oportebit pervestigare. Deinde caeteras fortasse virtutes respexit, ut fortitudinem, moderationem, liberalitatem etc., quarum naturam isto eodemque modo inquiret.

84 Z_1 | *Idque si satis patuerit, non opus erit, cur sit, dicere.*] Sensus est: si per probas actiones et honestas de felicitate noverimus, quod sit, laborare, cur sit, non erit necessarium, quoniam ex horum principiorum notitia illa quoque satis erit cognita. Principium autem ὅτι dicitur id, per quod notitia de eo, quod concludere volumus, paritur, quod sit. Principium διότι hoc appellatur, quo non esse, verum qua de causa curve sit intelligimus id, quod quaeritur.[445] Unde apparet ea, quae modo in ista investigatione dicuntur principia, non esse rei quaesitae causas et initia, sed tantum notitiae nostrae, nam ea pendet ex his ceu a suo fonte et origine.[446]

Principium ὅτι et διότι.

Sic autem institutus aut principia tenebit aut ea facile percipiet.] Modo, inquit, si bene moratus fuerit auditor, ista principia huius notitiae, non rei, quam pervestigamus, aut tenebit per se, quia videbit sponte sua honesta iusta et expetenda esse, aut, si forte non adhuc tantum profecerit, illis non difficulter assentietur, a praeceptore monitus. Nam per bonam institutionem et rectos mores, quos iam imbibit, paratus erit et promptus ad se inclinandum ad ista, quae pro initiis debemus assu-

Z. 2–3 (ut monuimus prius)] (ut monuimus) prius Z_1 3 tamen] tantum Z_2

[445] *Der Unterschied zwischen den Prinzipien* ὅτι *und* διότι *geht auf Arist. an. post. 1,13, 78a 22–28 (Ross ibid.) zurück:* Τὸ δ' ὅτι διαφέρει καὶ τὸ διότι ἐπίστασθαι, πρῶτον μὲν ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστήμῃ, καὶ ἐν ταύτῃ διχῶς, ἕνα μὲν τρόπον ἐὰν μὴ δι' ἀμέσων γίνηται ὁ συλλογισμός (οὐ γὰρ λαμβάνεται τὸ πρῶτον αἴτιον, ἡ δὲ τοῦ διότι ἐπιστήμη κατὰ τὸ πρῶτον αἴτιον), ἄλλον δὲ εἰ δι' ἀμέσων μέν, ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦ αἰτίου ἀλλὰ τῶν ἀντιστρεφόντων διὰ τοῦ γνωριμωτέρου.

[446] *Vgl. Streb. eth. 15r:* Principium non dicimus ut paulo ante causas et initia rerum, sed initium disputandi.

mere.[447] At si e diverso fuerit comparatus, aut in his haerebit subinde aut illis impudenter refragabitur.[448] Haec sane illa eadem sunt, quae prius dixerat in prooemio, removendos auditores, qui vel experientia et usu rerum moralium essent destituti vel perturbationibus et cupiditatibus ac pravis affectibus corrupti. Quae si nunc repetit, repetit ea causa, quod ista principia, quae vult sumere in beatitudine indaganda, indicet non tam esse perspicua, ut quibusvis hominibus possint esse nota. De universa doctrina prius id proposuit, nunc vero pro isto demonstrationis genere peculiariter adducit. Ut in mathematicis opus est auditores quaedam a seipsis afferre, quaedam vero a praeceptoribus accipere, ita in hac nostra facultate usu venit. Nemo enim mathematicos professores accedit, quem lateat ipsum totum sua parte maius esse ac de quolibet enuntiato fatendum aut verum aut falsum esse; accipit autem a docentibus lineae definitionem, anguli et consimilium. Sic qui futurus est idoneus harum rerum auditor, non sit nescius et expers elegantium morum et ingenuarum actionum, sit aliquantum expertus robore mentis vinci cupiditates et crebris actionibus quenque sibi vendicare habitus et agendi facilitatem. In ¦ quibus, si non ad extremum summamque rationem profecerit, a monitoribus | et doctoribus iuvabitur, modo illis velit auscultare. Dices tu: eos, qui iam bene sunt instituti atque morati, quid attinet ista discere? Videntur porro consequuti, quod hac scientia quaeritur. Sed qui haec dicunt, nobiscum cogitent solum hic requiri bonam liberalemque educationem et nonnullam experientiam proborum morum, non autem de his absolutam notitiam perfectamque adeptionem. Qui enim haud male sunt instituti et aliquem honestorum iustorumque gustum ceperunt, hi possunt ex his, quae dicentur, vendicare sibi plenam doctrinam eorum, quae hactenus tantum confuse atque usu aliquo noverunt, et adepta scientia poterunt ad absolutissimam vitam et felicitatem consequendam multum proficere.

Quare hic repetat qualem ethices auditorem esse oporteat.

Bene institutis nihilominus prodest haec disciplina.

76 Z_2

85 Z_1

Auditores itaque horum principiorum non oportet omnino esse rudes et imperitos, educatione ac exercitio, quae nobis principia futura

Z. 5 *Marg.* oporteat] oponeat Z_2

[447] *Vgl. Streb. eth. 15r-v:* Pulchre moribus institutos non dicit viros sapientes, qui rationes virtutum usumque norunt nec ullius iam praeceptionis egent, sed qui bene et libere educati viam morum perfectius cognoscere volunt. His si dicas aliquid esse vel honestum vel turpe, quod iam didicerunt, facile assentientur, nec quaerent, cur ita sit, quare apud eos invenies disputandi principium.

[448] *Vgl. Streb. eth. 15r:* Itaque si cum eo [rudi] de moribus agas, aut haerebit in omnibus aut passim refragabitur.

sunt, vel iam teneant, vel si quid deest, a docentibus et se monentibus percipiant. Quorum neutrum habentes, Hesiodum audiant: ipsi enim, qui sint, non audemus dicere, dicet autem pro nobis poeta.[449] Hesiodi versus explicantur.

Is est optimus, qui omnia intelligendo norit, quae postea in finem sint meliora. [24*] 1095b 10

Sensus est: primas ille habet, qui per seipsum novit omnia. Quod absolute non debemus accipere. Nulli enim in eo perveniunt, ut omnium sint periti. Sed ea intelligit, quae ad finem propositum consequendum meliora sint et magis conducant omnesque novimus hanc prudentissimorum virorum esse functionem, ut nihil eos lateat, quod ad finem assequendum pertineat, et inter ista selectione utuntur, ut meliora et potiora decernant.

Bonus et is rursus est, qui pareat recta monenti. Qui vero neque alium audiendo in animo infigit, is rursus est inutilis. [25*] 1095b 11–13

Hoc porro loco Titus quoque Livius[450] usus est Decad[e] 3., lib[ro] 2., ubi Minutium[451] loquentem induxit de bello Punico, in haec verba: »Saepe ego audivi milites eum primum esse virum, qui ipse consulit, quid in re sit, | secundum eum, qui bene monenti pareat; qui nec ipse consulere nec alteri parere scit, eum extremi ingenii esse.«[452] Item Cicero pro Cluentio: »Sapientissimum dicunt esse eum, cui, ¦ quod opus sit, ipsi veniat in mentem; proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperat.«[453] Neque soli scriptores historiarum oratoresque usurparunt interdum testimonia poetarum, sed etiam philo- Poetarum testimoniis utuntur historici, oratores, philosophi et sacri scriptores.

86 Z_1 77 Z_2

Z. 1 vel iam] veliam Z_2

[24*] *AG* οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ – *AL* Iste quidem optimus, qui ipse omnia intellexerit.

[25*] *AG* ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται· ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ μήτ' ἄλλου ἀκούων ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ· – *AL* Bonus autem rursus et ille qui bene dicenti obediet. Qui autem neque ipsemet intelligit, neque alium audiens in animo ponet, hic rursus inutilis vir.

[449] *Hesiod. op. 293.295–297 (Solmsen 62).*

[450] *Titus Livius (59 v.–17 n. Chr.), römischer Geschichtsschreiber, Verfasser der »Ab urbe condita libri«. – NP VII 377–382; GRL II 297–319.*

[451] *Marcus Minucius Rufus (gest. 216 v. Chr.), Konsul 221 v. Chr., »Magister equitum« im Zweiten Punischen Krieg. – NP VIII 239.*

[452] *Liv. 22,29,7 (Walters/Conway III ibid.). Auf diesen Passus verweist auch Streb. eth. 15v.*

[453] *Cic. Cluent. 84 (Hodge 310–312).*

sophi, ut hic deprehendimus Aristotelem fecisse isque non modo hic, verum in philosophia naturali subinde atque in Metaphysicis versus poetarum citavit.[454] Quod idem Plato factitavit[455] estque vulgo tritum apud poetas philosophiae bonarumque artium semina passim reperiri.[456] Quin etiam Paulus noster ab illorum sententiis non se aliquando abstinuit.[457]

Hesiodus quis fuerit.

Fuit autem Hesiodus poeta γνωμόλογος egregius. Ea enim luculenter scripsit, quae ad mores et bene beateque vivendum non parum proficerent.[458] Sacerdos erat Musarum in monte Helicone Baeoticae vixitque ad eiusdem montis radices in civitate, quae Ascra dicta est, adeoque suaviter scripsit, ut veteres fabulati sint Musas illi donasse calamos, ad quos suos versus cecinerit.[459] Et Pausanias[460] tradit usque ad sua tempora in Helicone fuisse conservata monimenta, id est tabulas plumbeas, in quibus ad verbum poema eius totum cernebatur descriptum.[461] Cumque non liquido constet, qua aetate vixerit, attamen si dicendum sit, quod apparet cum veritate magis congruum atque consentiens, centum annis post Homerum vixit.[462] Carmina eius tanto consensu approbata sunt, ut Columella[463] sit testatus voluisse antiquos ea memoriae a pueris mandari prima eorum aetate, quo viverent illorum semper bene memores.[464]

Z. 1 isque] is Z_2

[454] *Vgl. Arist. phys. 4,1, 208b 29–31 (Ross ibid.); Arist. met. 1,4, 984b 27–29 (Jaeger 11).*

[455] *Vgl. Plat. Prot. 340a (Burnet III ibid.); Plat. symp. 178b und 195d (Burnet II ibid.).*

[456] *Vgl. Macr. Sat. 1,17,2 (Willis 82,3–5):* Poetarum gregem […] ab adytis plerumque philosophiae semina mutuari.

[457] *Vgl. Apg 17,28.*

[458] *Zur Bedeutung von* γνώμη *vgl. Arist. rhet. 2,21, 1394a 21–25 (Ross 114):* ἔστι δὴ γνώμη ἀπόφανσις, οὐ μέντοι οὔτε περὶ τῶν καθ' ἕκαστον, οἷον ποτός τις Ἰφικράτης, ἀλλὰ καθόλου, οὔτε περὶ πάντων, οἷον ὅτι τὸ εὐθὺ τῷ καμπύλῳ ἐναντίον, ἀλλὰ περὶ ὅσων αἱ πράξεις εἰσί, καὶ ‹ἃ› αἱρετὰ ἢ φευκτά ἐστι πρὸς τὸ πράττειν.

[459] *Verg. ecl. 6,69–71 (Mynors 17):* Hos tibi dant calamos, en accipe, Musae, Ascraeo quos ante seni, quibus ille solebat cantando rigidas deducere montibus ornos.

[460] *Pausanias der Perieget (geb. ca. 115 n. Chr.), Verfasser der »Beschreibung Griechenlands«. – NP IX 445–449; GGL II/2 755–761.*

[461] *Paus. Graec. descr. 9,31,4f. (Jones IV 308):* καί μοι μόλυβδον ἐδείκνυσαν, ἔνθα ἡ πηγή, τὰ πολλὰ ὑπὸ τοῦ χρόνου λελυμασμένον· ἐγγέγραπται δὲ αὐτῷ τὰ Ἔργα.

[462] *Zur Datierung Hesiods nach Homer vgl. Vell. 1,7,1 (Shipley 14–16):* Huius temporis [ca. 820 v. Chr.] aequalis Hesiodus fuit, circa centum et viginti annos distinctus ab Homeri aetate, vir perelegantis ingenii et mollissima dulcedine carminum memorabilis, otii quietisque cupidissimus, ut tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus.

[463] *Lucius Iunius Moderatus Columella (1. Jh. n. Chr.), Verfasser einer umfasssenden Darstellung der römischen Landwirtschaft (»De re rustica«). – NP III 85–88; GRL II 785–791.*

[464] *Vgl. Colum. 1,1,3–7 (Ash et al. I 28–30):* Diligens pater familiae […] maxime curabit ut et aetatis suae prudentissimos agricolas de quaque re consulat et commen-

Qui tamen ut talis ac tantus fuerit, omnibus partibus non potuit omnibus satisfacere. Nam Zeno Stoicorum princeps, ut refert Diogenes[465] lib[ro] 7., per antistrephonta[466] carmina ista correxit: Κεῖνος μὲν πανάριστος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται, ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσῃ.[467] His ita inversis Zeno[468] voluit primas illi iure deberi, qui tametsi nondum teneat sitque assequutus, quae ad probitatem conducunt, iustitiae tamen tanto flagrat desiderio, ut non recuset facere, quae audit a prudentioribus proficere ad illam obtinendam. Posterior vero locus ei datur, qui per seipsum intelligit, quod eo conducit, quoniam cuique facilius est suo iudicio stare, quam alienum sequi. Unde cum is, qui per sese videt utilia, sua ipsius ducatur sententia, non ita visus | est laudabilis ut prior, qui proprio sensu posthabito statuit potius cedere sanis monitoribus, quam persequi consilii proprii blanditias et illecebras.[469] Quod idem nos etiam in religione christiana maioribus laudibus efferimus. Et sui ipsius abnegationem appellamus, quando quis repulsis ac reiectis, quae magis visa fuerint verisimilia, illis assentitur, quae Deus in divinis literis revelavit, ut sint minus naturaliter cognita et rationi perabsurda in¦terdum videantur. Et sancti viri eo nomine plurimi aestimantur, quod, quae intelligentia naturali ducunt fieri non posse, eadem, cum Deus illa promiserit, firme atque constanter fore sperant.[470] Attamen sententia haec Stoici, quae sensum habet

Hesiodi versus correcti per antistrephon a Zenone.

87 Z_1 (~~73~~)

78 Z_2

Z. 1 *Marg.* antistrephon] antistrephonta Z_2 13 et] et et Z_1 14 maioribus] minoribus Z_2 17 Deus in] Deus Z_2 19 aestimantur] aestimatur Z_2

tarios antiquorum sedulo scrutetur atque aestimet […]. Magna porro et Graecorum turba est de rusticis rebus praecipiens, cuius princeps celeberrimus vates non minimum professioni nostrae contulit Hesiodus Boeotius.

[465] *Diogenes Laertios (3. Jh. v. Chr.), Verfasser einer umfassenden Geschichte der griechischen Philosophie (»Vitae philosophorum«). – NP III 601–603; GGL II/2 862–866.*

[466] *Nach Aulus Gellius ist das Antistrephon ein trugschlüssiges Argument, das auch gegen den, welcher es braucht, gewendet werden kann, vgl. Gell. 5,10,1 (Rolfe I 404):* Inter vitia argumentorum longe maximum esse vitium quae ἀντιστρέφοντα Graeci dicunt. […] Id autem vitium accidit hoc modo, cum argumentum propositum referri contra convertique in eum potest a quo dictum est, et utrimque pariter valet.

[467] *Diog. Laert. vit. 7,25 (Hicks II 136).*

[468] *Zenon von Kition (ca. 334–262/61 v. Chr.), Begründer der Stoischen Schule. – NP XII/2 744–748; GGL II/1 100–102.*

[469] *Vgl. Diog. Laert. vit. 7,26 (Hicks II 136):* κρείττονα γὰρ εἶναι τὸν ἀκοῦσαι καλῶς δυνάμενον τὸ λεγόμενον καὶ χρῆσθαι αὐτῷ τοῦ δι' αὑτοῦ τὸ πᾶν συννοήσαντος· τῷ μὲν γὰρ εἶναι μόνον τὸ συνεῖναι, τῷ δ' εὖ πεισθέντι προσεῖναι καὶ τὴν πρᾶξιν.

[470] *Vgl. Aug. in euang. Ioh. 40,9 (CCSL XXXVI 355,4–10):* Non quia cognouerunt crediderunt, sed ut cognoscerent crediderunt. Credimus enim ut cognoscamus, non cognoscimus ut credamus. Quod enim cognituri sumus, nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adscendit. Quid est enim fides, nisi credere quod non uides? Fides ergo est, quod non uides credere.

Hesiodi et Aristotelis sententia non repugnat Zenoni.

minime reiiciendum, illa, quae dixit Hesiodus et modo Aristoteles docet, non evertit. Quandoquidem et ipsa, si aestimentur iusta ratione, sunt verissima. Quis enim magis acrem vigentemque animo seu intelligentia eum negaverit, qui per seipsum norit, quae facilia sint et expedita ad propositam finem consequendam? Esto ille, qui paret recte monentibus, cum per sese non intelligat, moderatior et probior, acumini tamen et ingenio alterius cedat oportet. Neque in religione, quam profitemur, non iudicabimus beatiorem esse illorum sortem, qui ea vident coram et aperte, ut sunt, intuentur, quae nos, dum hic vivimus, tenebris corporis circumfusi, debemus credere sumusque credendis his multo laudabiliores, quam si nostrum hebes iudicium vellemus consectari. Cum tamen nos agnoscamus non aeque felices atque tum futuri simus, quando liquida et patefacta nobis erunt, quae nunc operta et involuta Dei authoritate adducti credimus. Proinde (ut ait Aristoteles et Hesiodus testatur) qui nec exercitatione neque mentis acumine tenuerit principia quique ut ab aliis, quod sibi defuerit, accipere non est paratus, verum tardus et invitus ad recta agendum adducitur, is est prorsus inutilis.

Animus quare dicatur θυμός.

Animum dixit Hesiodus θυμόν quod Eustratius demonstrat ideo fieri, quod trium partium sit animus λογισμὸς, θυμός et ἐπιθυμία, id est rationalis, irascens et cupiditas. Cumque inter duas partes θυμός media sit, ex ea sic totus animus nominatur. Vel sic nominatum putabimus animum, quod sit αὐτοκίνητος ac se ipsum moveat, nec aliud est Graecis θύειν quam ὁρμᾶν, impetum facere et ciere motum. Corpus oppido ab animo movetur, ast animus, quia seipsum movet, θυμός iure dicitur.[471]

Quaenam dicantur nobis nota.

| Nunc vero quando iam ad huius capitis calcem delati sumus, omnibus quantum satis erat expositis, quaedam superest et quidem gravissima quaestio. Dixit enim philosophus quaedam esse nota nobis et alia absolute nota. Ideoque videndum, quae nobis dicantur nota. Nam 88 Z_1

Z. 30 absolute nota] absolute Z_2

[471] *Eustr. graec. (Heylbut 33,25–30):* τριμεροῦς δὲ τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς οὔσης, ἤγουν ὡς μέρη ἐχούσης λογισμὸν θυμὸν ἐπιθυμίαν, πολλάκις οἱ ποιηταὶ θυμὸν αὐτὴν ἐκ μέρους καλοῦσιν, ἐκ τοῦ μέσου δηλοῦντες καὶ τὰ παρ' ἑκάτερα· ἢ θυμὸν κατ' ἰδίαν ὀνομάσαντες ἀπὸ τοῦ θύω, ὃ δηλοῖ τὸ ὁρμῶ ὡς αὐθόρμητον καὶ αὐτοκίνητον ἢ ὡς αἴτιον τῷ σώματι τῆς κατὰ τόπον κινήσεως, ἀμεταβάτῳ ὄντι καὶ ἀκινήτῳ καθ' ἑαυτό. *Eustr. lat. (Mercken 56f.,65–72):* Tripartita autem hominis anima existente, id est partes habente rationem, iram, concupiscentiam, multotiens poetae »iram« ipsam ex parte vocant, ex medio ostendentes et quae utrimque; vel »thymon« (id est iram) proprie nominantes eam ab hoc verbo »thyo«, quod est »moveo«, velut per se mobilem se ipsam moventem vel tamquam corpori, improcessibili existenti et immobili secundum se ipsum, existentem causa motus secundum locum.

hac de re ne quidem omnes Peripatetici secum plane consentiunt, sed eis intervenerunt saepius magna dissidia circa illud, quod in scholis primum cognitum vulgo appellant.[472] Nos vero circumscriptis reiectisque his, quae ab altercantibus ultro citroque afferuntur, distinctiones quasdam faciles et expeditas faciemus et ad singulas earum partes certas quasdam propositiones aut sententias sic accommodabimus, ut res tota paucis plana perspicua et aperta nobis fiat. Quando a nobis ali¦quid vel cognoscitur vel intelligitur, hoc interdum fit ordine servato, quo a notis ad occulta scrutanda pergimus, nonnunquam vero prout casu ac temere se aliquid offert aut id ex proposito destinatoque consilio suscipimus cognoscendum.[473] Ac tum cum voluntate seu fortuito movemur ad quippiam nobiscum rimandum et putandum, lex nulla sanciri potest. Occurrunt enim ut fors tulerit nostrae menti quandoque magis fusa et ampliora, aliquando magis contracta, interdum causae, interdum effecta, quae seipsa ultro suggerunt, ut spectentur. Et non raro fit, ut quisque de industria et data opera sibi certa quaedam seligat apud se contemplanda et excutienda nulla ratione a principio adhibita, sint ne illa magis minusve communia, causae an effectus, quamvis et hoc illi postea in ipsa eorum contemplatione innotescat. Verum cum ordine agimus et a perspicuis magis operta volumus discere, secus accidit. Enimvero non a quibusvis, sed a certis quibusdam auspicamur, quae apertiora fuerint et ea, cuiusmodi sint, nunc investigamus.

Primum cognitum.

Cognoscuntur res vel ordine vel casu vel voluntate.

79 Z_2

Et ad inveniendum, quod quaerimus, non mediocriter proficiet, si rursus aliquas interposuerim divisiones, quarum prima est: in hoc ordine, quo a notis ad ignota contendimus, aut naturaliter aut artificiose res agitur. Secunda: cum arte utimur, vel definimus et dividimus; idque bifariam, id est notitia distincta seu confusa. Vel quod propositum fuerit argumentis, quae demonstrationes appellantur, confirmamus. Tertia: cum demonstrationibus utimur, fieri potest, ut rem pervestigemus seu iam compertam alterum doceamus. His ita positis, quando naturalem ordinem sequimur, ante omnia singularia haec | et individua

Ordinis quo res cognoscuntur divisiones.

Ordo naturalis res cognoscendi.

89 Z_1

Z. 16 de industria] industria ζ_2 20 cum] quum ζ_2

[472] *Die Frage nach dem Ersterkannten wurde sowohl im Mittelalter als auch in der frühen Neuzeit von Theologen und Philosophen ausführlich behandelt. Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 85 a. 3 co. (STO II 311); Scot. ord. I d. 3 p. 1 q. 1–2 (Balic et al. III 50); Cajet. ent. (Laurent 2–20); Zim. quaest. cogn. 457v–464r.*

[473] *Auch Agric. inv. 3,8 (Mundt 488,53–55) unterscheidet – allerdings im Zusammenhang mit der Frage nach den verschiedenen Arten der Anordnung eines beliebigen Gegenstandes – zwischen* ordo naturalis, artificialis *und* arbitrarius. *– Risse 1964, 21.*

cognoscimus, quae in sensum incurrunt.[474] Nam ex illis intelligentia formas colligimus et notiones, quas usitato nomine vocant universalia, semperque ea ratio retinetur, ut a contractioribus ascendamus ad magis communia. Quoniam vis intelligendi a formis, quae individuis fuerint viciniores, notiones parit latius patentes et ampliores, donec in supremas, quae omnium latissimae sunt, desinat.[475] In hac itidem ratione ac via naturali constans firmumque id habetur, ea singularia seu individua, quae subiiciuntur sensibus, prius cognosci, quae sensus ipsos vehementius percellunt et movent. Et in hanc sententiam, quam exposuimus, loquitur Aristoteles primo Posteriorum analyticorum, ubi affirmavit ea nobis esse notiora, quae propiora sensibus fuerint. Nam vere et absolute illa esse manifesta, quae longius a sensibus distent, ceu sunt, quae magis universalia dicimus.[476] Sed nos hic ne id quidem lateat eam esse facultatis cognoscentis imbecillitatem, ut ipsa quoque individua et quae sub sensum cadunt, primo occursu imper¦fecte admodum intelligat, hoc est confuse parumque distincte; qui fit, ut pueri soleant viros, quotquot viderint, patres vocitare, ut primo Physicorum dicitur.[477] Quare ipsis etiam singularibus cognoscendis imperfecta et confusa notitia distinctam propriam et exquisitam multo antecedit.

Ordo artificiosus.

Nunc de artificioso dicendum est ordine, quando, quod satis iudicavimus de naturali, sumus loquuti. Si definiendum quippiam fuerit, ipsa

80 Z_2

[474] *Diese Position vertrat auch Greg. Arim. sent. I d. 3 q. 3 a. 2 (Trapp/Marcolino I 396,24–26):* Antequam aliquod universale fingatur seu formetur, aliquod singulare est cognitum. Igitur singulare prius est cognitum quam universale.

[475] *Vgl. Greg. Arim. sent. I d. 3 q. 3 a. 2 (Trapp/Marcolino I 397,15–28):* Intellectus ergo […] faciens intentionem univeralem accipit, id est considerat et cognoscit et consimilitudinem inter particularia. Et constat quod non potest eorum consimilitudinem cognoscere, nisi cognoscat illa. […] Ex quibus patet quod fictio uiniversalis praesupponit comprehensionem particularium.

[476] *Arist. an. post. 1,2, 72a 1–5 (Ross ibid.):* πρότερα δ' ἐστὶ καὶ γνωριμώτερα διχῶς· οὐ γὰρ ταὐτὸν πρότερον τῇ φύσει καὶ πρὸς ἡμᾶς πρότερον, οὐδὲ γνωριμώτερον καὶ ἡμῖν γνωριμώτερον· λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς μὲν πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ ἐγγύτερον τῆς αἰσθήσεως, ἁπλῶς δὲ πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ πορρώτερον· ἔστι δὲ πορρωτάτω μὲν τὰ καθόλου μάλιστα, ἐγγυτάτω δὲ τὰ καθ' ἕκαστα· καὶ ἀντίκειται ταῦτ' ἀλλήλοις.

[477] *Arist. phys. 1,1, 184b 12–14 (Ross ibid.):* καὶ τὰ παιδία τὸ μὲν πρῶτον προσαγορεύει πάντας τοὺς ἄνδρας πατέρας καὶ μητέρας τὰς γυναῖκας, ὕστερον δὲ διορίζει τούτων ἑκάτερον. *Auch Gregor von Rimini betrachtete diesen Passus als Beweis für die anfängliche Undeutlichkeit der Erkenntnis des* singulare *und polemisierte dabei gegen die Deutung des Thomas von Aquin, der diese Stelle zur Bekräftigung seiner These bezüglich der erkenntnistheoretischen Priorität des Allgemeinen heranzog. Vgl. Greg. Arim. sent. I d. 3. q. 3 a. 2 (Trapp/Marcolino I 407,11–16):* Illud exemplum non probat quod prius cognoscatur universale aliquod quam singulare, sed solum quod singulare prius cognoscatur cognitione imperfecta et debili […] quam notitia clara et perfecta, qua tale iudicium possit haberi. *Zur Interpretation des Thomas vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 85 a. 3 co. (STO II 311).*

forma et natura, quam definiendam suscipimus, priori loco semper cognoscitur et saltem illius nomen tenemus. Quin ad istam notitiam vel id maxime convenit, ut prius definitionem, quam vocant »quid nominis« habeamus, quam ad illam, quae rem ipsam explicet, perveniamus.[478] Atque hoc argumento concluditur haec nostra sententia, quod totum est semper suis partibus manifestius. Nam, ut paulo ante dicebam, imperfecta confusa et indistincta notitia propriam et distinctam perpetuo antecedit. At certius eo nihil est facilius totum quoquo modo posse cognosci quam in omnes partes, ex quibus constat, dissolvi.[479] Cumque sic de ipsis definitionibus existimemus, ut ita etiam sentiamus in dividendo, necesse est, siquidem prius totum ipsum occurrit, quod partiri debemus, quam partes illas, in quas tribuitur videamus. Quodque hactenus de divisionibus et definitionibus tradidi, intelligatis oportet de prima notitia confusa et indistincta, unde vel definire vel dividere incepimus ab initio. Nam in genere notitiae distinctae, propriae
90 Z_1 atque perfe|ctae, cum definiendo tum dividendo a communissimis est inchoandum, nam ea sunt nobis magis nota, cum tota sint et quidem amplissima. Quae sane omnia, quae sub se habent, potentia contineant.

De demonstrationibus.

Superest iam, ut doctrinam exponamus hanc quo ad argumenta, quae demonstrationes appellantur. Dum ipsis ad rem, quae nos latet, inveniendam utimur, effecta priorem notitiae ac certitudinis locum sibi vendicant, quandoquidem propemodum semper evidentius patent. Semper idcirco non dixi, verum adieci »propemodum«, ut mathematicas scientias exciperem, in quibus (ut dixi)[480] accidit causas esse notiores effectis, quod, cum in pulvere seu tabella pingantur, queant in sensus incurrere. Atque hoc illud est quod modo Aristotelem audivimus affirmare, ordiendam beatitudinis doctrinam ex effectis. Et ut dicam in universum, hoc argumentorum genus ab illis effectis proficiscitur, quae sensui magis vicina sunt et in singularibus, quae subeunt sensum, enumerantur distantque longius ab his communioribus, quae universalia dicimus. At cum denique voluerimus, quae reperta sunt, docere librosque methodo ac ratione conscribere, semper communiora

Z. 32 reperta] aperta Z_2

[478] *Zur Bedeutung der* definitio quid nominis *vgl. Cajet. ent. (Laurent 19):* Cognoscere quid nominis nihil est aliud quam cognoscere ad quod tale nomen habet relationem ut signum ad signatum.

[479] *Arist. phys. 1,1, 184a 24–26 (Ross ibid.):* τὸ γὰρ ὅλον κατὰ τὴν αἴσθησιν γνωριμώτερον, τὸ δὲ καθόλου ὅλον τί ἐστι· πολλὰ γὰρ περιλαμβάνει ὡς μέρη τὸ καθόλου.

[480] *Vgl. oben S. 148.*

et quae latius pateant, omnibus aliis anteponimus.[481] Atque hoc est quod Aristoteles inquit in primo Physicorum, dum ostenderet, quam ob causam de communissimis rerum natu¦ralium principiis ante omnia sibi esset tractandum.[482] Videtis itaque totam hanc rem involutam satis et opertam brevibus explicatam atque cum hac mea expositione non tantum rationes, verum etiam, quae alibi Aristoteles dicit, consentire. Unum tamen adhuc addam, quia natura longe prius extat quam ars et ars in eo tota est, ut illam imitetur,[483] et ex ea perpetuo sua initia promit, ideo, si absolute quaerat, quod nam sit nobis prius notum, respondendum est individua et singularia, nam illa sunt, quae sensibus comprehenduntur, et sensus notitia prior omnibus in nobis oritur et omnes alias antecedit. Notiora vero absolute seu natura, quae sint, ex his, quae iam attulimus, facile potest intelligi, quia notioribus nobis opponuntur et, ut in schola Peripateticorum vulgatum est, eadem est oppositorum doctrina.[484] Quae magis contracta sunt, latioribus et communioribus opponuntur nec non effecta causis. Unde in unaquaque sententia ex his, quae iam attulimus, videte, quid opponatur notioribus nobis, illudque in eo ordine constituite primum absolute atque natura sua notum. 81 Z$_2$

Quomodo haec cum sacris literis consentiant.

His itaque perfectis et conclusis, quae salebrosa et perobscura mul|tis visa sunt, spectemus nunc, quid ista, quae Aristoteles docuit de forma rationum vel argumentorum, quibus uti constituit, et de auditoris institutione, cum divinis literis congruant. 91 Z$_1$

Quo genere et ordine docendi utatur Deus in sacris literis.

Porro Deus in ipsius literis frequentissime se declaravit nostrum Deum, nostram beatitudinem atque felicitatem ex praeclaris et mirabilibus effectis, quae de suis conservandis edidit. Primum ab hominibus nosci voluit ex rerum uni-

[481] *Die drei von Vermigli erwähnten Arten der Beweisführung entsprechen der Klassifizierung von Averroes, vgl. Averr. an. post. 208v:* Sciendum autem est, quod genera demonstrationum sunt tria. Prima demonstratio est demonstratio simpliciter seu absoluta, quae quidem praestat esse et causam simul. Secunda est demonstratio quia, quae praestat tantum esse, i[d est] quia est. Tertia est demonstratio propter quid, quae praestat causam tantum, cum ipsum esse fuerit iam notum. *Zur Wirkung der averroistischen Logik an der Universität Padua, der* alma mater *Vermiglis, vgl. Risse 1964, 201–211. Darüber hinaus lässt die Tatsache, dass Vermigli die* demonstratio propter quid *der reinen Vermittlung von Erkenntnissen zuordnet, auf einen Einfluss der galenischen Tradition schließen, vgl. Gilbert 1960, 19.*

[482] *Arist. phys. 1,1, 184a 10–16 (Ross ibid.):* Ἐπειδὴ τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι συμβαίνει περὶ πάσας τὰς μεθόδους, ὧν εἰσὶν ἀρχαὶ ἢ αἴτια ἢ στοιχεῖα, ἐκ τοῦ ταῦτα γνωρίζειν (τότε γὰρ οἰόμεθα γιγνώσκειν ἕκαστον, ὅταν τὰ αἴτια γνωρίσωμεν τὰ πρῶτα καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς πρώτας καὶ μέχρι τῶν στοιχείων), δῆλον ὅτι καὶ τῆς περὶ φύσεως ἐπιστήμης πειρατέον διορίσασθαι πρῶτον τὰ περὶ τὰς ἀρχάς.

[483] *Vgl. Sen. epist. 65,3 (Rosenbach III 536):* Omnis ars naturae imitatio est.

[484] *Arist. met. 9,2, 1046b 10f. (Jaeger 178):* ἀνάγκη καὶ τὰς τοιαύτας ἐπιστήμας εἶναι μὲν τῶν ἐναντίων.

versarum mole, quam condidit, in eorum usum et commoditatem. Deinde Abrahamo dixit se copiosam amplamque mercedem eius esse, quod vel eo maxime confirmavit, quod semen ei daturus esset amplissimum, quod auctum et maxime numerosum non tantum foret eripiendum ab Aegyptiaca oppressione atque dominum possessoremque constituendum regnorum Chanaan, ubi tum temporis haec Deus revelabat, sed eo processurum hoc eius semen, ut ex eo incolae totius orbis percepturi essent solidam felicitatem.[485] Et cum innumera possem in hanc sententiam dicere, tantum illud unum memorabo, quod Paulus habet ad Romanos: »Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non omnia simul donavit? Quis accusabit adversus electos Dei?«[486] etc. Hoc porro sermone beatitudinis assequendae cuique nostrum ex eo fidem facit, quod Filium unigenitum ob eam causam tradiderit. Quare felicitas huius vitae, quae in eo sita est, ut iustificemur, condonentur peccata, recipiamur in gratiam, certa redditur nec ea minus quam expectamus, cum hinc solverimus. Nam, ut in eadem epistola scribitur: »Quos vocavit, hos et
82 Z_2 iustificavit; quos iusti¦ficavit, et glorificavit«[487]. Proinde satis argumenti habemus, quamobrem simus in coelis beandi, quod hic iam nos animadvertimus cum vocatos tum iustificatos. Ut igitur Aristoteles vult uti demonstrationibus ex postero et eo, quod consequens est, ita et nos ex istis effectis, quae commemoravimus, concludamus partam nobis felicitatem aeternam, condonata item nobis esse peccata et iustificationem adeptam ex illo praeclaro effecto colligamus, quod Paulus recenset, nempe in cordibus suis pacem et tranquillitatem habere, qui iustificati fuerint, quod qui non sint consequuti, animum et conscientiam habere mirum in modum turbulentam.[488]

De institutione eius, qui vult sacras literas audire.

Quo vero ad auditoris institutionem, ut prius demonstravimus, tot et talia Deus non moratur, ut qui ad suam doctrinam audiendam quosvis
92 Z_1 accersat. Nec quisquam est mortalium, qui ad divina perci|pienda, ad credendum et perficienda, quae audierit et crediderit, suapte natura sit idoneus. Unius Spiritus sancti munus est, ut quemque nostrum haec doceat, qui tamen de ipsis persuadendis usitata via et ratione uti solet

Z. 33 uti solet] uti Z_2

[485] *Gen 12,1–3.*
[486] *Röm 8,32f.*
[487] *Röm 8,30.*
[488] *Vgl. Röm 5,1.5* Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum. […] Spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

ministrorum ecclesiae opera, cum tamen per seipsum absque humani laboris adminiculo, id et facere possit et interdum praestiterit. Id tamen hic non omittendum censeo, eos, qui suadente Spiritu interius non destituuntur, si pergant audire verbum Dei externum eique studio egregio et diligentia exquisita pareant, incredibiles progressus esse facturos. Cum vicissim illi, qui familiarem sibi atque intimum Spiritum Dei iactent, quando in ecclesia sermonem externum Dei aspernentur eique vel remisse vel nullo modo obtemperent, prorsus evasuri sint inutiles, ut modo Aristoteles et Hesiodus de his pronuntiat, qui neque per seipsos norunt neque ex aliis parati sunt addiscere.

Caput V

1095b 14–19 *Sed de his iam dicamus, a quibus digressi sumus. Siquidem bonum et felicitatem non absque ratione arbitrantur ex vitae generibus suscipi. Multitudo quidem molesta et intolerabilis voluptatem. Tria enim sunt maxime excellentia: hoc, quod modo dictum est, et civile et tertium contemplans.* [26*]

¦ Doctrinam felicitatis vestigandae instituerat, inde nonnihil digressus 83 Z_2
genus demonstrationum ostendit, quod ad rem propositam concludendam maxime proficeret, nunc vero ad inchoatam dispositionem regreditur universumque istud quintum caput in quinque partes distribuitur. In quarum prima declarat homines de bonis extremis accommodasse opiniones ad ea vitae genera, quae consectari decrevissent, quae oppido tria numerantur: voluptarium, civile atque contemplans. Secundo loco eos refellit, qui voluptatibus hoc detulerunt, ut summum in bonis locum obtinerent. Illorum tertio sententia confutatur, qui honores ut extremam finem amplectuntur. Quarto de virtute decernit, cui etiam consulit inter fines | primas non deberi. Et denique in eos 93 Z_1
dicit, qui divitias in summa bonorum sede collocarunt. Haec praecipua

Partitio huius capitis.

Z. 16 vestigandae] investigandae Z_2

[26*] *AG* Ἡμεῖς δὲ λέγωμεν ὅθεν παρεξέβημεν· τὸ γὰρ ἀγαθὸν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ ἀλόγως ἐοίκασιν ἐκ τῶν βίων ὑπολαμβάνειν οἱ μὲν πολλοὶ καὶ φορτικώτατοι τὴν ἡδονήν· διὸ καὶ τὸν βίον ἀγαπῶσι τὸν ἀπολαυστικόν· τρεῖς γάρ εἰσι μάλιστα οἱ προύχοντες, ὅ τε νῦν εἰρημένος καὶ ὁ πολιτικὸς καὶ τρίτος ὁ θεωρητικός· – *AL* Nos autem dicamus unde discessimus. Bonum enim et felicitatem non irracionabiliter videntur ex hiis que huius vite sunt existimare. Multi quidem et gravissimi voluptatem. Ideo et vitam diligunt voluptuosam. Tres enim sunt maxime excellentes, et que nunc dicta est, et que civilis est, et tercia que contemplativa est.

sunt quinti cap[itis] membra, inter quae, ut suis locis videbimus, nonnulla interiecta sunt, quae ad rem tractandam non parum conducunt.

Propositio prioris partis est: inter hominum fines iure varietates reperiri. Cuius sententiae inde satis habemus argumenti, quod quisque, ut genus vitae instituit, finem quoque sibi expetit. Atqui varia, multiplicia et ut minimum tria sunt vitae genera. Sunt itaque iure inter homines multiplices fines atque tres ut minimum. Verbis Aristotelis utraque huius rationis propositio est expressa, id est: quemque sibi finem adsciscere pro vitae genere; ac: vitae genera multiplicia esse. Rationis huius vis in eo sita est, quod finis ab eo non debet dissidere, cuius est finis atque perfectio, imo requiritur, ut cum eo consentiat, et eo commutato, quo perficiendum est, finem quoque mutari est necesse. Quandoquidem in his, quae ad aliud referuntur, si fundamentum diversum feceris, et collationis seu relationis terminus non poterit idem permanere. Finis proculdubio ad vitam refertur, quam perficit, ita ut in huius relationis genere vita ut fundamentum habeatur, finis ut terminus. Analysis.

Quod Aristoteles inquit, οὐ ἀλόγως, *non absque ratione*, non ita debet accipi, quasi ratio probetur uniuscuiusque vitae atque voluptarii rationem sequantur, cum voluptati concedunt in bonis praecipuam et summam sedem. Et nihilomagis iuxta rationem opinantur, qui honori primas deferunt. Demonstrabitur enim haud obscure, quam in istis sententiis a iusta ratione discedatur. Proinde *non sine ratione* referendum ad consequentiae necessitatem, quam homines acute sapienterque viderunt, ut posita et approbata distinctione triplicis vitae concludatur inde multiplices ac varios esse fines, cum iidem omnibus vitae generibus praescribi nequeant.

84 Z_2 ¦ Et ea est huius vis rationis, ut retro commeet. Ut enim sequitur: diversa sunt genera vitae, igitur plures constituendi fines; ita e diverso fit, ut, si omnes unam vitae rationem consectarentur, unus esset necessario idemque omnium finis.[489] Et ut istarum vitarum causae quaedam reperiantur et sint, non tamen omnes iustae sunt aut laudabiles. Quod si causas requiras, cur iste ad hoc genus vitae, ille ad aliud deflexerit, variae possunt reddi. Multi enim gerendis rebus et institu- Quare homines diversae vitae genera sequantur.

Z. 26 cum] quum Z_2 31 idemque] denique Z_2

[489] *Vgl. Streb. eth. 16v:* Illi, quorum sententiam exposuimus, si unam et eandem vivendi rationem secuti essent, ad eundem quoque finem contendissent. Quod autem varia delegerant genera vitae, dissimiles quoque secuti sunt fines, nempe quisque suum, id est ad rationes ipsius accomodatissimum.

endis actio|nibus temperamentum corporis sequuntur, quo si proni 94 Z_1
fuerint ad crapulam, ad ebrietatem, ad venerem, ad elegantes et bonas artes, ad iniurias ulciscendas, tum se beatos oppido arbitrantur, cum ea obtinuerint, ad quae naturali quodam impetu concitantur.[490] Alii adducuntur educatione, ut hoc aut illud maximopere cupiant assequi; neque parum saepe fit, ut eorum similes homines evadunt, cum quibus versantur et amicitia sunt coniuncti.[491] Aliis autem et his quidem non paucis neque semper malis satis est argumenti et causae ad aliquid persequendum, quod spectent illorum authoritatem qui vel reipub[licae], vel ecclesiae, vel scholis, vel militiae praesunt. Etenim, quod sibi deligunt ut finem ac expetendum, maxime principes, viri graves et sapientes, quorumque authoritas valet plurimum, id bona hominum pars et suscipit atque optat.[492] Sunt sane istae causae, at iustae non sunt, quia non authoribus, non exemplis moveri debemus neque impetu corporei temperamenti, sed rationis ac mentis dictatu rerumque ipsarum pondere. Rationes itaque seu argumenta iam allata, imbecilla sunt et perinfirma, ideoque cavendum, ne illis temere cedamus.

Multitudo quidem molesta et intolerabilis.] Haec interiecta sunt et parenthesi quadam inseruntur. Nam cum dixisset, quod non absque ratione arbitrantur bonum suscipi ex vitae generibus, statim et absque intercapedine videbatur subiiciendum, quot nam essent vitae genera. At ipse id non fecit, verum interiecit nonnihil de his, qui voluptarium genus vitae delegerunt. Τοὺς πολλούς vulgum appellat et multitudinem, si maiorem eius partem spectaris. Quod idcirco dixerim, quia interdum in ipsa plebe aliqui reperiuntur, qui prae avaritia vel minimarum voluptatum existimantur inimici, at hi non usque adeo multi sunt. Et quod natura in voluptates sint proni, ex eo apertum est, quoniam, si non sint sumptuosae atque illis gratuito offerantur, se plerunque ipsis ingurgitant. Deinde tales ad illorum ordinem sunt referendi, qui divitias pro summo bono habeant.[493] Nec desunt in ipsa multitu-

De genere vitae voluptuario, quod vulgus deligit.

[490] *Vgl. Streb. eth. 16v:* Nunc habenda ratio temperationum corporis, quae pro varietate sua in diversa trahunt. Alii natura proniores ad venerem, alii ad crapulam, alii ad iram, alii ad avaritiam, alii ad artes ingenuas; quam proclivitatem qui sequuntur, tum demum se beatos esse putant, quum sunt adepti, quod maxime desiderant.

[491] *Vgl. Streb. eth. 16v:* Educatio consideranda, quandoquidem permulti similes eorum fiunt, quibus cum fuerunt educati.

[492] *Vgl. Streb. eth. 16v:* Videnda quoque eorum, qui vel in rep[ublica] vel in philosophia principes locos obtinent, authoritas.

[493] *Vgl. Streb. eth. 17r:* Sunt autem multa genera multitudinis. […] Alii tam avari, tam sordidi, tam illiberales, ut omnem sibi ipsi negent suavitatem. Isti redigendi sunt in ordinem eorum, qui ad divitias referunt omnia.

dine, qui propter res angustas et curtam substantiam non possunt voluptatibus indulgere, qui non ex eo, quod agunt, iudicandi sunt, sed ex affectu ac voluntate videndumque est, quid facerent aut quid faciant,
85 Z_2 cum se opportunitas offert.[494] Alio¦qui sunt et in populo nonnulli bonis
5 instituti moribus, qui tamen pauci sunt, et hi etiam fortasse his accen-
95 Z_1 sendi sunt, qui virtutem pro summo bono habent.[495] Φορτικώ|τατοι appellantur, id est molestissimi et intolerabiles. Ociari volunt, nullisque prodesse, verum pro viribus labores effugere, et terrae pondus »fruges consumere natum«, Horatius.[496] *Vitam amant* ἀπολαυστικόν, frui sem-
10 per vellent delitiis. Molles itaque sunt et delicati atque omnino affectibus et perturbationibus aguntur.

Civile vitae genus et contemplans.

Civiles autem, quorum est alterum vitae genus, utique affectibus non carent, verum illis moderatioribus utuntur. Sed contemplantem affirmat Eustratius non moveri affectibus.[497] Quod ego, dum in hac
15 vita sumus, nemini concesserim. Unde si fortasse intellexit, quoddam esse hominum genus, quod minus longe quam alii vincatur perturbationibus, annuere possumus, sed qui ullis non incitetur, fieri non potest. Deinde θεωρητικός non distinguitur a reliquis vitae generibus propter affectuum maiorem aut minorem vehementiam, sed quia re-
20 bus agendis non immoratur, solum spectat et contemplatur vel naturalia, vel mathematica, vel divina. Hoc quidem verum est illum non posse id agere, si rapiatur vehementer perturbationibus. Oportet enim contemplantem sedatum habere animum, non tamen est necesse, ut sit affectibus prorsus vacuus. Alia duo genera vitae sic se habent, ut unum
25 in moderandis affectibus versetur, id est civile, alterum vero prorsus iis vexetur et regatur. Tertium vero, quod est contemplans, omnino aliud opus habet neque circa affectus versatur. Non enim est is eius scopus,

Z. 3 affectu] effectu Z_2

[494] *Vgl. Streb. eth. 17r:* Nonnulli tam sunt inopes, tam miseri, ut voluptati inservire non possint. Istorum spectanda voluntas non adversa fortuna.

[495] *Vgl. Streb. eth. 17r:* Alii honesti ac bonis legibus institutisque formati. Hi non sunt habendi in numero multitudinis imperitae.

[496] *Vgl. Streb. eth. 17r:* Hoc genus hominum φορτικώτατον dicit, hoc est molestum nimis ac grave et ad tolerandum difficile, utpote quod nec aliis nec sibi utile sit, laborem fugiat, suavia persequatur, bonorum velit esse particeps, malorum prorsus expers. Φορτίον igitur, id est onus et terrae pondus, fruges consumere natum, ut ait Horat[ius].. *Vgl. Hor. epist. 1,2,27 (Klingner 245):* Nos numerus sumus et fruges consumere nati.

[497] *Eustr. graec. (Heylbut 34,23f.):* τρίτον δέ φησι καὶ κορυφαιότατον τὸν θεωρητικόν, τὸν ἀπαθῆ καὶ καθόλου πᾶσαν ἄλογον ἀπηρνημένον ἐνέργειαν. *Eustr. lat. (Mercken 58,1–3):* Tertiam autem ait vitam et supremam scilicet speculativam, quae est sine passionibus et universaliter omnem irrationalem abnegans operationem.

ut passiones frenet, ut luctetur cum affectibus neque ut virtutes exerceat, sed tantum ut contempletur. Et ita haec vitae genera disposita sunt et ordinata, ut primum sit vilissimum, alterum nobilius, tertium vero caeteris praestet.

1095b 19–22 *Ac multitudo quidem omnino mancipiorum instar est pecudum vitam deligens. Hac autem ratione adducuntur, propterea quod multi potestate insignes non secus atque Sardanapalus sint affecti.* [27*]

Voluptatem non esse summum bonum.

Propositio est: non esse voluptatem summum bonum. In qua profecto asserenda non est solus Aristoteles, verum habet socios Platonem, Stoicos et omnes ferme, qui sunt paulo elegantiores. Ratio | affertur, quo- 96 Z_1
niam istud bonum est commune brutis atque hoc pacto bruta possent esse felicia. Et certe ¦ iuxta hanc rationem bruta essent hominibus 86 Z_2
feliciora, quandoquidem voluptatibus his crassioribus laxius et copiosius quam homines fruantur. Ratio ista communitur, quod felicitatem et summum bonum cuiusque naturae illi oportet esse proprium, quod in voluptate non potest reperiri, cum et bruta sint eius participia. Atque ut evidens est, loquitur hic Aristoteles de his crassis voluptatibus, quae gustu et tactu percipiuntur, quandoquidem illae duntaxat brutis sunt communes ac eis ducuntur. Voluptatibus enim odoratus, visus aut auditus belluae non moventur. Quod igitur bonum modo tractat, belluinum est et ad ventrem libidinesque maxime attinet. Ea porro debet hominis beatitudo constitui, quae illum ad divina sublevet, non quae ad bestias deprimat, alioqui felicitate non perficeretur, sed potius corrumperetur nostrum genus. Neque tantum dicit Aristoteles, quod eligant pecudum vitam, sed ait esse mancipia. Instar sane pecudum sunt atque mancipiorum, qui ducuntur trahunturque non proprio, sed alieno duce. Proprius hominum dux ratio esse debet, non sensus aut cupiditas, quae sensuum comprehensionem sequitur. Alieni dicuntur isti duces, quoniam non hominibus, verum pecudibus sunt destinati.[498]

Z. 16 participia] participes Z_1

[27*] *AG* οἱ μὲν οὖν πολλοὶ παντελῶς ἀνδραποδώδεις φαίνονται βοσκημάτων βίον προαιρούμενοι, τυγχάνουσι δὲ λόγου διὰ τὸ πολλοὺς τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις ὁμοιοπαθεῖν Σαρδαναπάλλῳ· – *AL* Multi quidem igitur omnino bestiales videntur esse, pecudum vitam eligentes. Adipiscuntur autem racionem, quia multi eorum qui in potestate sunt similia Sardanapalo.

[498] *Vgl. Cic. off. 1,105 (Miller 106):* Sed pertinet ad omnem officii quaestionem semper in promptu habere, quantum natura hominis pecudibus reliquisque belluis antecedat; illae nihil sentiunt nisi voluptatem ad eamque feruntur omni impetu, hominis autem

Hac ratione adducuntur, propterea quod multi potestate insignes non secus atque Sardanapalus sint affecti.] A ratione, qua usus est Epicurus, hi non multum videntur abesse. Is enim volens confirmare voluptatem hominum esse finem extremam vel, ut rectius dicam, bonorum summum, a parvis pueris ducebat argumentum, quod in his natura doceret homines. Hi enim, cum adhuc educatione perversa non sunt depravati neque falsis opinionibus imbuti, sed integre atque incorrupte iudicant, voluptatem persequuntur atque dolorem ut rem exitiosam fugiunt.[499] Quare vox naturae audienda est et in his, qui eius quodammodo specula quaedam sunt, est contemplandum, quae natura sit humanae felicitatis.[500] Nam si natura homines ad alia essent destinati, primo ab ortu in ea essent propensi. Ita isti vulgares, cum principes vident summa praeditos potestate omnibus modis ac partibus crassiores has voluptates persequi, existimant illas extremum esse bonum, quod homines possint sibi vendicare.[501] Etenim, cum principes legibus ut caeteri non coerceantur neque plurimi faciant, de se quid | vulgus opinetur, neque ad eas dignitates putentur absque numine atque illorum praeclara sapientia evecti, quod ipsis ut praecipuum bonum est gratum, et caeteris anteponitur. Quodque suis ut praemium proponunt, id a caeteris ut felicitas et bonum extremum constituitur.

Ratio Epicuri, qua probat voluptatem esse summum bonum.

Alia ratio vulgarium hominum priori similis.

97 Z_1

Et haec sane Platonis et aliorum sapientum semper fuit laudata senten¦tia: tales esse populos, cuiusmodi reges eius et principes fuerint.[502] Cum Anglia sanctum habuit et bonarum literarum studiosum Eduardum, iuventus universa conabatur studia eius imitari.[503] Atque ut a simili Aristotelis non longius abeamus, in eo maxime vulgus et man-

Populus est talis, quales principes eius fuerint.

87 Z_2

Z. 1 potestate] potest te $\mathcal{Z}_1$

mens discendo alitur et cogitando, semper aliquid aut anquirit aut agit videndique et audiendi delectatione ducitur.

[499] *Vgl. Cic. fin. 1,29f. (Rackham 32):* Hoc [extremum bonorum] Epicurus in voluptate ponit, quod summum bonum esse vult summumque malum dolorem; idque instituit docere sic: Omne animal simul atque natum sit voluptatem appetere eaque gaudere ut summo bono, dolorem aspernari ut summum malum et quantum possit a se repellere; idque facere nondum depravatum, ipsa natura incorrupte atque integre iudicante.

[500] *Vgl. Cic. fin. 2,32 (Rackham 118):* […] argumentum hoc Epicurus a parvis petivit aut etiam a bestiis, quae putat esse specula naturae.

[501] *Vgl. Acc. eth. 6v:* Quia homines vident principes vivere in delitiis et voluptatibus, quorum exemplo ducti putent eorum vitam esse potissimam felicissimamque inter alias atque ideo eam sequuntur.

[502] *Cic. fam. 1,9,12 (Purser ibid.):* Erant praeterea haec animadvertenda in civitate, quae sunt apud Platonem nostrum scripta divinitus, quales in re publica principes essent, talis reliquos solere esse civis.

[503] *Gemeint ist Eduard VI. von England (1537–1553).*

cipia et pecudes refert. Nam is ovium mos videtur, ut, si aries aut quae in grege primum obtinet locum, in unam partem discedant, sequuntur omnes. Item sine iudicio vel ullo delectu mancipia suos dominos consectantur.

De Sardanapalo.

De Sardanapalo[504] multa dicerem, nisi, quae Iustinus[505] habet, omnibus essent in promptu.[506] Id tantum dicam, quod semper ferunt ei fuisse in ore: »Ede, bibe, lude.«[507] Sed Horatius illa redarguit, in suis Epistolis:

> Lusisti satis, edisti satis atque bibisti,
> Tempus abire tibi est.[508]

In quinta Tusculana Cicero inquit eum suo busto voluisse inscribi:

> Haec habeo, quae edi quaeque exaturata libido
> Hausit, at illa iacent multa et praeclara relicta.[509]

Addit Cicero Aristotelem dicere: »Quid aliud in bovis, non regis sepulchro inscriberes?«[510] Ista, quae commemorat Cicero, nusquam in Aristotelis voluminibus leguntur. Unde satis apparet, quemadmodum viri doctissimi observarunt, permulta istius viri monimenta periisse. Qua de re alibi fortasse latius. Verum quid de Sardanapalo tantum

Tiberius Imperator.

conquerimur, quasi Tiberius Romanorum princeps non adeo fuerit deditus his illecebris et blandimentis, ut sibi munus constituerit a voluptatibus. Ut enim sunt qui regibus et magistratibus sunt a libellis, ab epistolis, ab equis, ita ille voluit aliquos habere a voluptatibus.[511] Item

Heliogabalus.

Heliogabalus[512], quem nescio, an imperatorem an portentum dicere debeam, praemia constituit inventoribus novorum condimentorum,

[504] *Sardanapal, legendärer assyrischer Herrscher. – NP XI 54.*

[505] *Justin (gest. 165), Philosoph und christlicher Märtyrer, verfasste zwei Apologien des Christentums und den »Dialog mit dem Juden Tryphon«. – TRE XVII 471–478; NP VI 106f.; QP I 196–219.*

[506] *Vgl. die allerdings flüchtige Erwähnung von Sardanapal in Iust. apol. minor 7,3 (PTS XXXVIII 147,17).*

[507] *Strab. geog. 14,5,9 (Jones VI 340):* ἔσθιε, πῖνε, παῖζε.

[508] *Hor. epist. 2,2,214f. (Klingner 293).*

[509] *Cic. tusc. 5,35,101 (King 526). Vgl. Athen. deipn. 8,336a (Gulick IV 24):* κεῖν' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ σὺν ἔρωτι τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλυνται.

[510] *Cic. tusc. 5,35,101 (King 526).*

[511] *Suet. Tib. 42 (Allioud 34):* Nouum denique officium instituit [Tiberius] a uoluptatibus, praeposito equite R. T. Caesonio Prisco.

[512] *Elagabal (Marcus Aurelius Antoninus) (203–222), römischer Kaiser 218–222. – NP III 956f.*

quo gulam et palatum magis irritaret.[513] Neque soli peccarunt hac in parte Romanorum αὐτοκράτορες, sed etiam Persarum rex magnus, ille inquam Xerxes[514], praemia et quidem non vulgaria constituit inventoribus novarum voluptatum.[515] Xerxes.

98 Z_1 | Hic denique dubia occurrunt nonnulla, cur Aristoteles ab hac praesertim opinione sit auspicatus censum sententiarum de summo bono. Id factum dicunt interpretes, quod maiorem vulgi consensum habeat sitque facilior. Item, quia naturae ordinem sequitur et, cum vita huiusmodi animalis dici possit et id genus vitae prius in homine sit quam sese exerat ratio, ideo confutatur priori loco.[516] Quare Aristoteles primum de voluptate scribat.

Est praeterea mirum, cur multitudini tribuatur ista opinio et plebeiis hominibus, cum habuerit Epicurum satis celebrem patronum. Cur illum nominatim, 88 Z_2 ¦ in quem diceret, non appellavit? Quia, cum Aristoteles iam senex esset et mortuo Alexandro Macedone Athenis discessisset et degeret in Chalcide, ne peccandi bis in philosophiam Atheniensibus daret occasionem,[517] hos libros conscripsit. Quo tempore coeperat Epicurus animum ad literas applicare nec dum fama clarus aut cognitus erat. Ideo est opinio haec in vulgus reiecta, quoniam usque ad ea tempora nullum insignem defensorem habuerat.[518] Qui haec dicunt, ignorare videntur Aristippum[519], qui vixit Platonis tem- Quare hanc sententiam in vulgus reiiciat et neque Epicuri neque Aristippi meminerit.

[513] *Hist. Aug. Heliog. 29,6 (Hohl 245,4–8):* Proponebat praeterea his [Heliogabalus] quasi themata, ut iura nova dapibus condiendis invenirent, et cuius placuisset commentum, ei dabat maximum praemium, ita ut sericam vestem donaret, quae tunc et in raritate videbatur et in honore.

[514] *Xerxes I., 486–465 v. Chr. achämenidischer Großkönig. – NP XII/2 646–647.*

[515] *Cic. tusc. 5,7,20 (King 444):* Nam Xerxes quidem refertus omnibus praemiis donisque fortunae, non equitatu, non pedestribus copiis, non navium multitudine, non infinito pondere auri contentus, praemium proposuit, qui invenisset novam voluptatem.

[516] *Streb. eth. 17r:* Cur in aliorum sententias dicturus initium ducit ab opinione multitudinis? An quod debilior est caeteris et a ratione magis abhorret? An quod latius patet? An potius quod a vulgi fece ad nobiles, a nobilibus ad sapientes veniendum putat? Ab iis, quae faciliora sunt, capit exordium, ut ad oppugnanda munitiora aditum faciat.

[517] *Vermigli spielt auf die von den Athenern angeordnete Hinrichtung des Sokrates an, vgl. Plat. apol. 24b-c (Burnet I ibid.).*

[518] *Streb. eth. 17r:* Quum Epicurus in voluptate summum bonum posuerit, cur non hic una cum multitudine reprehenditur? Quum scripsit haec Aristoteles, Epicurus nec percreverat nec studio philosophiae florebat. Nam quum senior factus Arist[oteles] ageret in Chalcide Alexandro iam mortuo Epicurus operam dare literis coepit. Itaque viri decreta in Aristotelis tempora non inciderunt.

[519] *Aristippos von Kyrene (um 430–355 v. Chr.), Schüler des Sokrates und Gründer der Kyrenaischen Schule. – NP I 1103f.; DPhA I 370–375.*

pore auditorque fuit Socratis et a patria Cyrenaicus est appellatus,[520] isque huius opinionis acerrimus fuit propugnator. Unde si Epicurum tacuit, ut se posteriorem, mirum quomodo Aristippum praeteriit, hominem satis clarum quique cum regibus et praesertim Dionysio familiarissime vixit.[521] Potuerat Epicurus profecto minori periculo praeteriri, quoniam is hac de re dubie admodum, ni velimus inconstanter dicere, loquutus est. Nam ut aliquando videatur sensuum voluptates mirifice praedicare, tamen inde nonnunquam se colligit et vacuitatem doloris ponere videtur eam esse voluptatem, quam tantopere consectandam putet. Quae de re Cicero praeclare scripsit primo et secundo De finibus.[522] Mitto Senecam, qui hominem mirifice praedicat et sententias eius magno plausu amplectitur et frugalitatem eximie commendat.[523] Quem nihilominus aetate post Aristotelem fuisse non ambigo. Sed hoc afferre volui, quod, etiam si aequales fuissent, non absque ratione poterat nomen eius taceri. Cur vero mentio Aristippi facta non fuerit, hanc arbitror causam, quod, licet ipse ob ingenium versatile, quod ad omnia posset accommodari,[524] nam dicebat Plato Aristippo sibi datum, ut chlamyde uti posset et panno,[525] Horatiusque de illo eleganter scripsit: »Omnis Aristippi decet status et color et res.«[526] Licet, inquam, ob hanc causam esset celebris et quia regibus et summis tyrannis esset gratus, attamen quo ad finis | constitutionem extremi, $99\ Z_1$ quoniam a vulgaribus non dissidebat, propterea non fuit committendum, ut tanquam propria ei assignaretur ea sententia, quae totius propemodum vulgi erat.

[520] *Diog. Laert. vit. 2,65 (Hicks I 194):* Ἀρίστιππος τὸ μὲν γένος ἦν Κυρηναῖος.

[521] *Diog. Laert. vit. 2,66 (Hicks I 194):* παρὰ Διονυσίῳ τῶν ἄλλων εὐδοκίμει μᾶλλον, ἀεὶ τὸ προσπεσὸν εὖ διατιθέμενος. – *Wahrscheinlich pflegte Aristippos Kontakt sowohl zu Dionysios I. (um 430–367 v. Chr., vgl. NP III 625–629), dem Tyrannen von Syrakus, als auch zu dessen ältestem Sohn Dionysios II. (geb. um 396, vgl. NP III 629), vgl. PRE¹ II/1 903.*

[522] *Cic. fin. 1,29 (Rackham 32):* Hoc [extremum bonorum] Epicurus in voluptate ponit, quod summum bonum esse vult summumque malum dolorem. *Cic. fin. 1,37 (Rackham 40):* Non enim hanc solam sequimur quae suavitate aliqua naturam ipsam movet et cum iucunditate quadam percipitur sensibus, sed maximam voluptatem illam habemus quae percipitur omni dolore detracto. *Cic. fin. 2,20 (Rackham 102):* Unum est sine dolore esse, alterum cum voluptate; vos [Epicureos] ex his tam dissimilibus rebus non modo nomen unum (nam id facilius paterer), sed etiam rem unam ex duabus facere conamini, quod fieri nullo modo potest.

[523] *Vgl. Sen. epist. 14,17 (Rosenbach III 110); 18,9 (Rosenbach III 142); 21,3.9 (Rosenbach III 166.172); 28,9 (Rosenbach III 240); 66,45.47f. (Rosenbach III 586–590).*

[524] *Diog. Laert. vit. 2,66 (Hicks I 194):* Ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ καὶ χρόνῳ καὶ προσώπῳ, καὶ πᾶσαν περίστασιν ἁρμοδίως ὑποκρίνασθαι.

[525] *Diog. Laert. vit. 2,67 (Hicks I 196):* διό ποτε Στράτωνα, οἱ δὲ Πλάτωνα, πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν, σοὶ μόνῳ δέδοται καὶ χλανίδα φορεῖν καὶ ῥάκος.

[526] *Hor. epist. 1,17,23 (Klingner 268):* Omnis Aristippum decuit color et status et res.

Unum praeterea reliquum est, quod percunctemur, cum hoc voluptarium vivendi genus abiectum sit et contemptum, qui fiat, ut eminere dicatur, an ullo modo excellit? Non profecto, si homines ad belluas detrudit. Verum sciendum est etiam quandoque vitia eminere, quando sunt in propatulo et maxime conspicua. Non itaque genus hoc vitae aliis praestat dignitate, sed voluptariorum hominum numero, qui hanc vitae rationem consectantur. Neque praedicatur ob felicitatem, quam nobis tribuat, sed quam afferre male sanis videtur, et quia illi (ut dictum est) hi sunt prae caeteris addicti, qui magistratibus funguntur et summa potentia in rebuspublicis pollent.[527] Quomodo hoc voluptuarium vivendi genus eminere dicatur.

89 z_2 ¦ Iam eo vocamur, ut nonnulla de voluptate disseramus, quod a nobis restricte admodum et parce fiet, quoniam in 7. huius operis lib[ro] et in 4. fuse copioseque hac de re agetur. Aliqua tamen ut dicamus, necesse est, ut non putemus omne voluptatis genus a summo bono seu felicitate secludi. Nam revera felicitas nostra seu naturalem spectas seu theologicam, aut voluptas est aut cum illa copulata, ut a se mutuo divelli nequeant. Primum, quae ex Platonis doctrina hinc inde collegerim, proferam. Deinceps comprehendam summatim, quid in Aristotele habeatur. De voluptate.

Plato non semel nostrum animum in duas minimum partes diduxit, mentem inquam et sensus. Harum partium ut una sublimis est et praestantissima quaque ad Deum quam proxime accedimus, ita crassa et pene bruta est altera eaque cum pecudibus communicamus. Hac animi distinctione posita et confirmata, tribuit menti laetitiam et gaudium, sensui autem voluptatem.[528] Quid autem intersit inter gaudium et laetitiam, ex eius opinione, ut mihi videor deprehendere, patefaciam. Laetitiam vult interdum bonam atque laudabilem, nonnunquam vero, si limites fuerit praetergressa, vitium affirmat et vituperandam. Quod magis perspicue apparebit si definiatur: est enim quaedam animi elatio ex alicuius boni praesentia.[529] Nemo autem non videt rectam esse lae- Laetitia quid sit.

Z. 11 disseramus] disseramas z_2

[527] *Streb. eth. 17v:* Quum hoc vivendi genus turpe sit et abiectum, cur ponitur inter ea vitae genera, quae maxime excellunt? […] Hoc genus non excellit dignitate, sed hominum voluptuariorum numero nec a multis extollitur propter eam, quam tribuit beatitudinem, sed quam male sanis tribuere videtur. Reperit assertores propterea quod multi dominatu et potestate praediti […] voluptatibus inserviunt.

[528] *Diese zusammenfassende Darstellung der platonischen Affektlehre entnahm Vermigli vermutlich Mars. Fic. volupt. 917:* Plato igitur […] cum animum in duas partes distribuisset, mente scilicet ac sensum, menti laetitiam et gaudium attribuit, sensibus voluptatem. *Vgl. Plat. Phil. 19c (Burnet II ibid.).*

[529] *Vgl. Mars. Fic. volupt. 917:* Esse enim laetitiam in bonis alicuius possessione quandam mentis elationem.

titiam, si pro ratione praesentis boni efferamur, id est non minus neque magis atque ipsum mereatur. Sunt itaque inepti, qui efferuntur ob falsa bona, vel nimium sublevantur adeptione vilium et | minutorum bonorum. 100 Z_1 Sed illi detestabiles, qui exultant ob admissa scelera, quae animis illorum per iudicii corruptionem bona videantur. Sed vicissim tum laudatur et commendatur laetitia, cum animus non plus exhilaratur et effertur, quam adepto bono conveniat. Et Cicero 2. De finibus laetitiam vitiosam his verbis complexus est, ut a Stoicis accepit, illam dicens »sublationem animi sine ratione opinantis se magno bono frui.«[530] Sed

Gaudium quid sit.

ad Platonem redeo, qui gaudium etiam menti ascribit, sed ita ut ei vitium non possit haerere, quod illud definiat iucunditatem, quae vel a contemplatione sapientis aut virtutum actionibus fluat. Haec iucunditas vitiosum excessum pati non potest. Nam quae iusta, recta et decentia sunt, non queunt cuipiam nimis placere. Gaudiumque ita commendavit, ut in libro De pulchro, cum de vita coelesti et vere beata loqueretur, eo affirmavit animos felicium ali. Atque vult poetas hoc

Voluptas quid sit.

genus cibi artificiose appellasse ambrosiam et nectar.[531] Voluptas autem, qua sensus, ut putat, solum perfunduntur, suavis est motio, quae sensus titillat. A qua sententia nil Cicero dissentit, qui secundo De finibus ait: »Voluptatem hanc esse sentiunt omnes, quam sensus accipiens movetur et iucundi¦tate quadam perfunditur.«[532] Et paucis 90 Z_2 interiectis idem non piguit illum sic repetere: »Omnes iucundum motum, quo sensus hilaretur, Graece ἡδονήν, Latine voluptatem vocant.«[533] Ex his, quae nunc trado, vos oportet id observare tam Platonem quam Stoicos caeterosque veteres voluptatem censere motum seu actionem esse, nam postea visuri sumus, quid hoc in se veritatis

Voluptas unde oriatur.

habeat. Arbitratur Plato hanc sensuum voluptatem ab indigentia naturae oriri. Nam ea, si fuerit exhausta, incipit appetere illa, quibus resarciri et instaurari se posse censet, dumque naturali indigentiae satisfacimus, sensus et titillantur et perfunduntur iucunditate. Ac e diverso, dum natura, quibus eget, non potest assequi, et deficit et ex defectu mirifice dolet.[534] Unde idem author in Philebo, voluptates dixit

Z. 29–30 satisfacimus] satisfaciamus Z_2

[530] *Cic. fin. 2,13 (Rackham 92).*

[531] *Plat. Phaed. 247e–248a (Burnet II ibid.):* ἐλθούσης δὲ αὐτῆς ὁ ἡνίοχος πρὸς τὴν φάτνην τοὺς ἵππους στήσας παρέβαλεν ἀμβροσίαν τε καὶ ἐπ᾽ αὐτῇ νέκταρ ἐπότισεν· Καὶ οὗτος μὲν θεῶν βίος.

[532] *Cic. fin. 2,6 (Rackham 84).*

[533] *Cic. fin. 2,8 (Rackham 86).*

[534] *Plat. Phil. 31d (Burnet II ibid.):* Λέγω τοίνυν τῆς ἁρμονίας μὲν λυομένης ἡμῖν ἐν

esse dolorum effugia[535] et inde concludit aegrotantium maiores vehementioresque voluptates esse quam bene valentium. Quia, cum doloribus admodum crucientur, cupiditate medicamentorum voluptatum, inquam, flagrant maxime omnium, ideoque, cum eas assequuntur, illis impensissime delectantur, ut in his videre licet, qui acutissimis febribus laborant et siti propemodum intolerabili conficiuntur, quibus, dum conceditur a medico, ut frigida vel alio genere potus satisfaciant, dici
101 z_1 non potest quanta per|fundantur voluptate.[536] His addit in eodem loco voluptates istas crassiores, quae ad sensus pertinent, minime simplices esse, sed mixtas. Nam semper aliquid doloris coniunctum habent, siquidem naturae indigentia (uti diximus) dolores parit.[537] Neque voluptates huius generis ulterius proferuntur, cum indigentia naturalis expleta fuerit. Saturis enim et repletis abunde non plabet cibus neque potus est gratus his, qui affatim sunt irrigati. Quod si quandoque secus accidat, ut in ebriosis et fagonibus interdum fieri videmus, alia causa est eius voluptatis, quam naturae indigentia, nimirum perversus habitus vel aliquid aliud, quod modo exponere non est opportunum, cum de naturalibus voluptatibus agatur.

Voluptates sensuum sunt mixtae.

Naturali indigentia expleta cessat voluptas.

Aristoteles vero non haec posuit vocum discrimina, sed illas delectationes, tam quae ad mentem seu rationem pertinent, quam quae sunt sensuum, voluptates, id est ἡδονάς, appellavit. Quin in 7., cap[ite] 11. μακάριος dici vult ἀπὸ τοῦ χαίρειν, quod est gaudere, atque ibi de voluptate loquitur, quam cum beatitudini coniungat,[538] certum est non de hac loqui, qua sensus et animi crassior pars perfunditur. Ea enim tantum cum felicitate copulatur, quae animi fuerit, quae, ut dixi, promiscua voce nominatur voluptas. Et forte noluit Aristoteles nomina

Voluptatis nomen quomodo ab Aristotele accipiatur.

Z. 17 opportunum] opportuuum z_2 17 cum] quum z_2

τοῖς ζῴοις ἅμα λύσιν τῆς φύσεως καὶ γένεσιν ἀλγηδόνων ἐν τῷ τότε γίγνεσθαι χρόνῳ· […] Πάλιν δὲ ἁρμοττομένης τε καὶ εἰς τὴν αὐτῆς φύσιν ἀπιούσης ἡδονὴν γίγνεσθαι λεκτέον, εἰ δεῖ δι' ὀλίγων περὶ μεγίστων ὅτι τάχιστα ῥηθῆναι.

[535] *Plat. Phil. 44b (Burnet II ibid.):* τὴν δ' ἀπαλλαγὴν τῶν λυπῶν, αὐτὸ τοῦτο ἀγαθὸν ὄν, ἡδὺ προσαγορεύεσθαι.

[536] *Plat. Phil. 45b (Burnet II ibid.):* Ἀλλ' οὐχ οἱ πυρέττοντες καὶ ἐν τοιούτοις νοσήμασιν ἐχόμενοι μᾶλλον διψῶσι καὶ ῥιγοῦσι καὶ πάντα ὁπόσα διὰ τοῦ σώματος εἰώθασι πάσχειν, μᾶλλόν τ' ἐνδείᾳ συγγίγνονται καὶ ἀποπληρουμένων μείζους ἡδονὰς ἴσχουσιν; ἢ τοῦτο οὐ φήσομεν ἀληθὲς εἶναι?

[537] *Plat. Phil. 46c (Burnet II ibid.):* Εἰσὶ τοίνυν μείξεις αἱ μὲν κατὰ τὸ σῶμα ἐν αὐτοῖς τοῖς σώμασιν, αἱ δ' αὐτῆς τῆς ψυχῆς ἐν τῇ ψυχῇ· τὰς δ' αὖ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἀνευρήσομεν λύπας ἡδοναῖς μειχθείσας τοτὲ μὲν ἡδονὰς τὰ συναμφότερα, τοτὲ δὲ λύπας ἐπικαλουμένας.

[538] *Arist. eth. Nic. 7,11, 1152b 6–8 (Bywater 149):* τὴν εὐδαιμονίαν οἱ πλεῖστοι μεθ' ἡδονῆς εἶναί φασιν· διὸ καὶ τὸν μακάριον ὠνομάκασιν ἀπὸ τοῦ χαίρειν.

variare, quod sibi loquendum ut plures existimarit, quamvis de rei discrimine cum Platone consentiret.

Quid differat Aristotelis sententia de voluptate a Platone.

Hoc tamen inter se differunt, quod Aristoteles, ut Plato et prisci philo¦sophi, non arbitratur voluptatem esse motum vel actionem, sed 91 Z_2
potius est affectus motui seu operationi adhaerescens. Unde ista ratione differunt, licet subiecto conveniant, et si quando ipse Aristoteles aut ullus Peripateticus voluptatem dixerit motum, ea praedicatio illis est accensenda, quam vulgo in scholis identicam vocant,[539] nam, ut est dictum, et affectus et motus vel actio idem subiecto sunt. Genus itaque illius est praedicamentum qualitatis, et ad eius tertiam speciem attinet voluptas eaque nuncupatur passio et passibilis qualitas.[540] Πάθος dicitur, qua suaviter afficimur ex alicuius boni congruenti cum natura nostra praesentia. Utque pulchritudo qualitas est, quae resultat ex iusto rectoque temperamento corporis, congrua figura et colore decenti, sic voluptas ex motu et actione congrua oritur.[541] Quam ob rem sic eam licebit definire: voluptas est affectus, quo suaviter afficimur propter actionem, quae a natura proficiscatur bene constituta vel ha|bitu se- 102 Z_1
cundum naturam absque impedimento. Actiones quippe tum edendi tum bibendi et procreandi, cum a natura oriuntur, recte habenti semper voluptatem afferunt, nam per morbum aut debilitatem non impediuntur neque per saturitatem et repletionem. Ita contemplationes et virtutum actiones, quandoquidem ab habitu nascuntur, promptae sunt et faciles suntque bonum praesens, quod cum natura congruit hominis. Ideo semper annexam habent voluptatem. Probat Aristoteles voluptatem non esse motum in decimo, quoniam tota est simul ut visio et voluptas non habet successionem nisi per accidens.[542] Si enim consequatur actiones, quae successum habeant, illa itidem extenditur, ut fit in edendo et bibendo, sed si actio momentanea sit ut visio, auditus, intelligentia, tum voluptas ilico habetur tota. Ut visio tota est simul, si

Voluptatis genus.

Voluptatis definitio.

Voluptatem non esse motum.

[539] *Vgl. Biel sent. I d. 4 q. 1 C 8–10 (Werbeck/Hofmann I 261):* Praedicatio identica est, quando praedicatum dicitur de subiecto mediante aliquo addito vel incluso, quod identificatur subiecto, sine quo non conveniret subiecto. *Greg. Arim. sent. I d. 8 q. 2 a. 3 (Trapp et al. II 96,12–15).*

[540] *Arist. cat. 8, 9a 28f. (Cook 66):* Τρίτον δὲ γένος ποιότητος παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη.

[541] *Arist. eth. Nic. 10,4, 1174b 31–33 (Bywater 207):* τελειοῖ δὲ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονὴ οὐχ ὡς ἡ ἕξις ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ὡς ἐπιγινόμενόν τι τέλος, οἷον τοῖς ἀκμαίοις ἡ ὥρα.

[542] *Arist. eth. Nic. 10,4, 1174a 14–19 (Bywater 205):* δοκεῖ γὰρ ἡ μὲν ὅρασις καθ' ὁντινοῦν χρόνον τελεία εἶναι· οὐ γάρ ἐστιν ἐνδεὴς οὐδενὸς ὃ εἰς ὕστερον γινόμενον τελειώσει αὐτῆς τὸ εἶδος· τοιούτῳ δ' ἔοικε καὶ ἡ ἡδονή· ὅλον γάρ τι ἐστί, καὶ κατ' οὐδένα χρόνον λάβοι τις ἂν ἡδονὴν ἥς ἐπὶ πλείω χρόνον γινομένης τελειωθήσεται τὸ εἶδος· διόπερ οὐδὲ κίνησίς ἐστιν.

vis et facultas videndi sit integra, si visibile totum simul proponatur, si medium non sit obfuscatum et distantia congrua interponatur. Motus non est perfectus in suis partibus,[543] voluptas tota simul igitur non est motus;[544] isque in momento seu instanti esse non potest, at voluptas potest.[545] Proprietates motus sunt velocitas et tarditas, et haec voluptati non conveniunt, dum enim quis laetatur, neque velocius neque tardius gaudet.[546] Si enim voluptas per horam duret, in omni parte horae tota est simul.

Quam diu possit voluptas durare.

Ex definitione iam adducta, cum habeamus oportere vim esse integram et habitum firmum utque actio sit absque impedimento et obiectum sit egregium atque praestantissimum, colligitur, quam diu possit voluptas durare.[547] Tantisper manet, quoad obiectum et facultas seu vis agendi manent integra. Nam si obiectum a sua praestantia cadat vel facultas non sit acris et attenta, non sequitur delectatio. Hinc fit, ut, cum homines operan¦do fatigentur, saepe imminuantur voluptates, quod idem fit, cum aliquid ab obiecto de sua excellentia detrahitur. Apparet etiam, quare tantopere novae res placeant, quoniam mens, cum primum quippiam nobile ac praestans offert se contemplandum, acriter et attente ipsum intuetur, quo cognito de studio remittit, ideo voluptas desinit.[548] Verum si priori obiecto aliquid aliud recens supponatur, denuo intelligentia contendit studium eo contemplando et voluptas redit, atque hoc pacto semper rebus novis nos oblectamus. Ostenditur praeterea hinc actiones, quae fiunt, priusquam habitum adipisca|mur, voluptatem non parere, quoniam non sunt faciles et ex-

92 Z_2

103 Z_1

Quare novae res tantopere placeant.

Z. 3 simul] simul est Z_2

[543] *Arist. eth. Nic. 10,4, 1174a 21f. (Bywater 205):* ἐν δὲ τοῖς μέρεσι καὶ τῷ χρόνῳ [κινήσεις] πᾶσαι ἀτελεῖς.

[544] *Arist. eth. Nic. 10,4, 1174b 5–7 (Bywater 206):* τῆς ἡδονῆς δ' ἐν ὁτῳοῦν χρόνῳ τέλειον τὸ εἶδος· δῆλον οὖν ὡς ἕτεραί τ' ἂν εἶεν ἀλλήλων, καὶ τῶν ὅλων τι καὶ τελείων ἡ ἡδονή.

[545] *Arist. eth. Nic. 10,4, 1174b 7–9 (Bywater 206):* δόξειε δ' ἂν τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἐνδέχεσθαι κινεῖσθαι μὴ ἐν χρόνῳ, ἥδεσθαι δέ· τὸ γὰρ ἐν τῷ νῦν ὅλον τι.

[546] *Arist. eth. Nic. 10,3, 1173a 31–34 (Bywater 203):* οὐ καλῶς δ' ἐοίκασι λέγειν οὐδ' εἶναι κίνησιν· πάσῃ γὰρ οἰκεῖον εἶναι δοκεῖ τάχος καὶ βραδυτής, καὶ εἰ μὴ καθ' αὑτήν, οἷον τῇ τοῦ κόσμου, πρὸς ἄλλο· τῇ δ' ἡδονῇ τούτων οὐδέτερον ὑπάρχει.

[547] *Arist. eth. Nic. 10,4, 1174b 33–1175a 1 (Bywater 207):* ἕως ἂν οὖν τό τε νοητὸν ἢ αἰσθητὸν ᾖ οἷον δεῖ καὶ τὸ κρῖνον ἢ θεωροῦν, ἔσται ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ἡ ἡδονή.

[548] *Arist. eth. Nic. 10,4, 1175a 6–10 (Bywater 207):* ἔνια δὲ τέρπει καινὰ ὄντα, ὕστερον δὲ οὐχ ὁμοίως διὰ ταὐτό· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον παρακέκληται ἡ διάνοια καὶ διατεταμένως περὶ αὐτὰ ἐνεργεῖ, ὥσπερ κατὰ τὴν ὄψιν οἱ ἐμβλέποντες, μετέπειτα δ' οὐ τοιαύτη ἡ ἐνέργεια ἀλλὰ παρημελημένη· διὸ καὶ ἡ ἡδονὴ ἀμαυροῦται.

peditae, verum cum aliqua difficultate ac labore fiunt.[549] Haec ex illa definitione patefiunt.

Voluptas specie differt.

Nunc per suas formas ac species est voluptas diducenda. Neque dubium est, quin specie distinguantur inter se voluptates, cum actiones discrepent. Voluptas vero (ut scimus) actionis est perfectio[550] mutataque re perficienda eius quoque perfectio mutatur. Sunt enim haec ex his, quae inter se conferuntur, neque ullus ignorat aliam esse perfectionem arcae, aliam domus, aliam stirpis, aliam hominis. Quare, cum actiones inter se divisae sint, ita voluptates different, a quibus perficiuntur. Praeterea inter se pugnant et una extinguit seu impedit alteram, unde fit, ut distinguantur. Quae fuerit ex musica, illam tollet, quae fluit ex sermonibus; quaeque sunt crassiores, adversantur et impediunt intelligentiae ac rationis delectationes.[551] Deinde actionum aliae pravae sunt, aliae rectae, aliae mediae. Unde efficitur, ut voluptates, quae sequuntur eas, varietatem et distinctionem habeant.[552] Quod etiam ex eo fit, quia cupiditates actionum variae sunt. Nam si cupiditates variantur, multo magis voluptates, quae plus coniunctae sunt cum actionibus quam desideria. Nam desideria saepe ab opere divelluntur, cum voluptates a suis actionibus non queant separari.[553] Certe aliae sunt voluptates equorum, aliae leonum, aliae ursorum, ergo et aliae sunt hominum neque solum eas habent diversas ab aliis animantibus, verum etiam inter sese homines ipsi non habent easdem.[554] Nam quae pravae sunt, pravis placent et quae honestae, probis arrident.

[549] *Vgl. Arist. rhet. 1,11, 1370a 12–14 (Ross 47):* τὰς δ' ἐπιμελείας καὶ τὰς σπουδὰς καὶ τὰς συντονίας λυπηράς· ἀναγκαῖα γὰρ καὶ βίαια ταῦτα, ἐὰν μὴ ἐθισθῶσιν· οὕτω δὲ τὸ ἔθος ποιεῖ ἡδύ.

[550] *Arist. eth. Nic. 10,4, 1174b 23 (Bywater 206):* τελειοῖ δὲ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονή.

[551] *Arist. eth. Nic. 10,5, 1175b 1–6 (Bywater 208):* ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦτ' ἂν φανείη ἐκ τοῦ τὰς ἀφ' ἑτέρων ἡδονὰς ἐμποδίους ταῖς ἐνεργείαις εἶναι· οἱ γὰρ φίλαυλοι ἀδυνατοῦσι τοῖς λόγοις προσέχειν, ἐὰν κατακούσωσιν αὐλοῦντος, μᾶλλον χαίροντες αὐλητικῇ τῆς παρούσης ἐνεργείας· ἡ κατὰ τὴν αὐλητικὴν οὖν ἡδονὴ τὴν περὶ τὸν λόγον ἐνέργειαν φθείρει.

[552] *Arist. eth. Nic. 10,5, 1175b 24–27 (Bywater 209):* διαφερουσῶν δὲ τῶν ἐνεργειῶν ἐπιεικείᾳ καὶ φαυλότητι, καὶ τῶν μὲν αἱρετῶν οὐσῶν τῶν δὲ φευκτῶν τῶν δ' οὐδετέρων, ὁμοίως ἔχουσι καὶ αἱ ἡδοναί· καθ' ἑκάστην γὰρ ἐνέργειαν οἰκεία ἡδονὴ ἔστιν.

[553] *Arist. eth. Nic. 10,5, 1175b 28–31 (Bywater 209):* καὶ γὰρ αἱ ἐπιθυμίαι τῶν μὲν καλῶν ἐπαινεταί, τῶν δ' αἰσχρῶν ψεκταί· οἰκειότεραι δὲ ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἐν αὐταῖς ἡδοναὶ τῶν ὀρέξεων.

[554] *Arist. eth. Nic. 10,5, 1176a 3–12 (Bywater 209f.):* δοκεῖ δ' εἶναι ἑκάστῳ ζῴῳ καὶ ἡδονὴ οἰκεία, ὥσπερ καὶ ἔργον· […] διαλλάττουσι δ' οὐ σμικρὸν ἐπί γε τῶν ἀνθρώπων· τὰ γὰρ αὐτὰ τοὺς μὲν τέρπει τοὺς δὲ λυπεῖ, καὶ τοῖς μὲν λυπηρὰ καὶ μισητά ἐστι τοῖς δὲ ἡδέα καὶ φιλητά.

Proinde iam satis (ut arbitror) confirmatum est voluptates esse distinguendas. Quare prima esto haec distinctio: voluptatum quaedam sunt purae, quaedam vero impurae. Sumiturque divisio haec ab operibus et actionibus, ut eorum aliquae sunt circa obiecta magis a materia secreta vel magis cum ea coniuncta. Quod ut sit verum, a Galeno pulcherrime declaratur in lib[ro] 2. De causis symptomatum. »Inveniuntur«, inquit, »dolores et voluptates in omnibus sensibus.«[555] Dolores (ut dicit) ex eo fiunt, quod sensus a sua constitutione ac natura¦li statu dimoventur, voluptates autem, cum ad illam redeunt. Id vero ut liquido magis pateat, per singulos ita excurrit sensus.[556]

Prima divisio voluptatum.

93 Z_2

104 Z_1

| Tactus dimovetur a suo statu, si nimii calores aut nimia frigora incidant vel si ea incurrat, quae contundunt, arrodunt, rumpunt, etc. Hinc illi dolores oriuntur. Gustus his iisdem dolet, qua cum tactu communicat. Ut vero gustus est, saporibus nimis acidis, acerbis, acribus et amaris dolet. Nam his naturalis eius constitutio turbatur et solvitur continuum. Olfactus turbatur ex dissolutione vaporum nimis acrium. Nam illis continuum solvitur. Et auditus deiicitur a suo statu voce aspera, gravi, maxima et celerrima, nec non quovis strepitu violento. Visus denique, cum incurrit in splendidissima lumina et colores. Nam ista vim eius disgregant et dispergunt. Istis omnibus sensus dolent, quod per illa discedunt ab aequabili et quieto suo statu. Vicissim delectantur et voluptatem capiunt, quando ad suum proprium naturalemque statum reducuntur. Quod visus experitur, quando se convertit ad fuscum colorem, quo vis eius congregatur in unumque magis cogitur, vel cum intuetur blandos colores ut viridem, aureum et ceruleum seu coelestem. Auditus leni et tarda voce. Olfactus, cum vapores hi resolvuntur, qui suavitate quadam roborant et confirmant organa olfaciendi. Gustui sunt voluptati pingues et dulces sapores; oblectatur, etiamsi nonnihil aegrotemus, sub acidis et aliquantisper acerbis. Tactum iuvant qualitates temperatae, lenes, tepidae. Sic delectantur sensus et voluptatem capiunt, cum reducuntur ad naturalem propriamque constitutionem. Sed sciendum illos etiam voluptatem capere, licet offensi prius non fuerint, aut remoti a naturali statu. Nam si offerat se blandus color aut iucunda vox, delectatur visus et auditus,

[555] *Gal. sympt. 1,6 (GO VII 115):* Ἥδεσθαι δὲ καὶ ἀλγεῖν ἁπάσαις μὲν ἐγγίγνεται ταῖς αἰσθήσεσιν.

[556] *Gal. sympt. 1,6 (GO VII 115):* τὸ μὲν παρὰ φύσιν καὶ βιαίως γιγνόμενον ἀθρόως ἐν ἡμῖν πάθος, ἀλγεινόν· τὸ δὲ εἰς φύσιν ἀπιὸν αὖ πάλιν ἀθρόον, ἡδύ. *Vgl. Plat. Tim. 64c-d (Burnet IV ibid.).*

licet prius a sua constitutione dimotus non fuerit.[557] Pergit Galenus in his, quae dixit, atque ostendit gradus esse maioris aut minoris puritatis in his actionibus sensuum et voluptatibus eamque penes media, quibus utuntur sensibus, explicat. Lumen est, per quod visus agit; auditus per aerem; olfactus per saporem. Subtilia ista sunt et minus habent crassioris et feculentae materiae. Infimum locum tenent ea, circa quae versatur tactus, crassa ea sunt et terrestria. Ascenditur ad gustum, is quoque circa humores aqueos versatur satis crassos. Olfactus elevatur ad vapores, aqua longe subtiliores. Auditui proprius est aer et quidem purus. Venitur postremo ad lumen, quod inter ea, quae sentiuntur, est subtilissimum ac multum habet puritatis.[558] Sed non ibi sistendum est, verum post ista occurrunt imaginatio, cogitatio, memoria, intelligen|tia, quae versantur circa similitudines et imagines rerum longe puriores. Proinde apparet ex his prima illa distinctio voluptatum, quod alia est purior et alia crassior, et ex Ga¦leno divisionis fundamentum explicuimus. 105 Z_1 94 Z_2

Secunda divisio voluptatum.

Ad hanc deinceps distinctionem sequitur alia, quod nonnullae voluptates corporeae sunt et aliae incorporeae. De corporeis in genere hoc affirmamus, quod neque bonae sunt neque malae, ut actiones etiam se habent circa potum, cibum et venerea. Quo vero ad species et partes dicendum est, quod si modum excedunt, pravae sunt; sin vero contineant se iustis ac debitis terminis, mediae sunt, quandoquidem illis homines et recte possunt uti, hoc est ex virtute atque ad bonas et laudabiles fines. Illis etiam nonnunquam abutuntur, nempe malo consilio et ex vitio ut Catilina[559], cum a delitiis et voluptatibus temperabat, nimirum ut patriam perderet.[560] Natura tamen sua si aestimentur, potius bonae sunt civili bonitate quam malae.

Z. 4 sensibus] sensus Z_2

[557] *Gal. sympt. 1,6 (GO VII 115–124).*

[558] *Gal. sympt. 1,6 (GO VII 122):* τὸ δὲ τῆς ἡδονῆς ἐναργέστερον ἐνταῦθα, διότι καὶ τὸ τῆς οὐσίας παχυμερέστερον· ἔτι δὲ ἐναργέστερον ἐν τῇ τῆς ὀσφρήσεως αἰσθήσει τὸ τερπνὸν, ὅτι καὶ ἡ οὐσία παχυμερεστέρα· εἰς ὅσον γὰρ ἀὴρ αὐγῆς παχύτερος, εἰς τοσοῦτον ἀέρος ἀτμός· ἔστι δὲ αὐγῆς μὲν, ἡ τῆς ὄψεως αἴσθησις· ἀέρος δὲ, ἡ τῆς ἀκοῆς· ἀτμοῦ δὲ, ἡ τῆς ὀσφρήσεως· ὥσπέρ γε καὶ ἡ μὲν τῆς γεύσεως, ὑγρᾶς φύσεως· ἡ δὲ ἁφῆς, στερεοῦ σώματος.

[559] *Lucius Sergius Catilina (um 108–62 v. Chr.), römischer Politiker und Anführer der sog. »Catilinarischen Verschwörung«. – NP II 1029–1031.*

[560] *Vgl. Sall. Catil. 5,1–3 (Reynolds 7,26–31):* L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. […] Corpus patiens inediae algoris vigiliae, supra quam quoiquam credibile est.

Tertia iam occurrit voluptatum distinctio. Aliquae sunt, in quibus locum habet excessus, in aliis vero esse non potest, ut etiam evenit in actionibus. Quis enim unquam recte aut iuste plus, quam par sit, fecit? Ita et contemplationibus veritatis vel in physicis, vel in mathematicis, vel in divinis nemo potest plus, quam par sit, laetari ac de ipsis voluptatem capere. Nec itidem de recte factis et iustitiae operibus. Excedere autem possumus irascendo, ambiendo, dando, audendo, non minus quam edendo, bibendo et procreando. Voluptatum tertia distinctio.

Quarta denique distinctio est, quod voluptatum nonnullae dicuntur simpliciter et per se, quod non habeant dolores admixtos neque sunt dulces ex eo, quod expleant et instaurent naturam exhaustam et deficientem; neque sunt uno tempore iucundae, alio insuaves, at semper expetendae atque desiderabiles natura sua, et hae potissimum sunt, quae mente percipiuntur. Aliae vero mixtae sunt, nempe cum doloribus, et ob id iucundae sunt, quod naturam fatiscentem reficiant et instaurent, ideoque non semper omnique tempore sunt optabiles. Voluptatum quarta distinctio.

His ita constitutis sumamus voluptates impuras, corporeas, quae habent excessum, quaeque sunt mixtae. Atque de illis haec prior esto propositio: si modum excedant, omnino sunt fugiendae. Nam tales aut a prava natura oriuntur, sunt enim proprietate naturae quidam immanes, efferati et crudeles, alii vero immundi et omnibus modis intemperan|tes; aut proveniunt hae pravae actiones et voluptates a vitioso habitu improba consuetudine inducto, ut in ebriosis, fagonibus et libidinosis videmus. A turpibus itaque ac improbis huiusmodi causis nil evenire potest, quod (ut diximus) non sit fugiendum. Ad haec cum voluptates huius generis, quemadmodum iam est positum, adinventae sunt, ut nobis instar medicinarum sint, cum sinimus eas modum egredi, tantum absunt, ut medicinae sint, ut vehementer nos laedant ¦ et quidem in omni bonorum genere primumque fortunae. Etenim quot sunt asoti, qui suis patrimoniis quamvis amplis et magnis absumptis coguntur infeliciter egere? Nil dico de bonis corporis, cum gula et venus longe plures interficiat quam gladius vel ordinarius aliquis naturae morbus aut defectus. Quin Galenus De semine lib[ro] 2. scripsit: »Voluptas nonnunquam est per seipsam causa dissolvendi vitalem vigorem et firmitudinem. Ac reperti sunt nonnulli, qui animam exhalarunt ob nimiam voluptatem.«[561] Quod si omnis rerum abusus est evi- Quaenam voluptates et quare sint fugiendae. Voluptates crassae quantum laedant hominem.

106 Z_1 95 Z_2

[561] *Gal. sem. 1,16 (GO IV 588):* ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν, ἀσθενεστέρους ἀποτελεῖσθαι τοὺς λαγνεύοντας ἀμετρότερον, ἀφαιρουμένου τοῦ σώματος ἅπαντος ἑκατέρου τῶν ὑγρῶν τὸ εἰλικρινέστατον, προσερχομένης δὲ καὶ τῆς ἡδονῆς, ἥτις αὐτὴ καθ' ἑαυτήν ἐστιν ἱκανὴ διαλύειν τὸν ζωτικὸν τόνον· ὥστ' ἤδη τινὲς ὑπερηδυσθέντες ἀπέθανον.

tandus, immoderatae voluptates huius generis prorsus fugiendae sunt, cum iam hoc modo non medeantur corpori, sed illud vehementissime destruant. Taceo de bonis animi, cum nil magis noceat prudentiae nilque plus labefactet iudicium rectum agendarum rerum quam hae immodicae voluptates. Ratio, quam adduxi, quod his crassis et immoderatis voluptatibus omnia genera bonorum hominis labefactentur, a Cicerone scripta est in suo Hortensio, qui liber desideratur.[562] Eius tamen verba referam, ut ab Augustino recitantur lib[ro] 4. Contra Iulianum, cap[ite] 14.: »An vero voluptates corporis expetendae, quae vere et graviter a Platone dictae sunt illecebrae esse atque escae malorum? Quae enim confectio inquit valetudinis, quae deformatio coloris et corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non evocetur atque eliciatur voluptate? Cuius motus ut quisque est maximus, ita est inimicissimus philosophiae. Congruere enim cum cogitatione magna voluptas corporis non potest. Quis enim, cum utatur voluptate ea, qua nulla possit maior esse, attendere animo, inire rationem, cogitare omnino quicquam potest? Quis autem tantus est gurges, qui dies ac noctes sine ulla minimi temporis intermissione velit ita moveri suos sensus, ut moventur in summis voluptatibus? Quis autem bona mente praeditus non mallet nullas omnino nobis a natura voluptates datas?«[563] Haec ille. Qua eius sen|tentia comprehenduntur damna, quae 107 Z_1 ab his voluptatibus corporis modum excedentibus inferri soleant.

Ciceronis verba de malis, quae ex voluptate oriuntur.

Sed dixeris: ista ratio si valeat, damnabit voluptates, quae oriuntur ex contemplatione nec non illam, quae nascitur ex iustis actionibus, quoniam et corpus laeditur nimio studio et contemplatione atque ob suam probitatem Socrates periit nec non et Aristides.[564] Respondetur hoc esse per accidens, quoniam in malos viros incurrebat Socrates, et spiritus capitis, qui cogitationi serviunt, aliquando nimis consumi. Sed repetet argutus quispiam istud item esse per accidens quo ad corporis voluptates, quae scilicet ex his actionibus nascuntur, quae corpus labefactant et nostra bona, quod ipsae per seipsas non facerent. Verum ad hoc respondetur non semper fieri, ¦ ut ob iustitiam quis pereat 96 Z_2

An voluptates, quae ex contemplatione aut iustis actionibus oriuntur, laedant.

Z. 23 *Marg.* laedant] laedat ζ_1

[562] *Ciceros Dialog* Hortensius*, der Augustin nachhaltig beeinflusste (vgl. Aug. conf. 3,4,7 (CCSL XXVII 29f.), ist nur bruchstückhaft in Form von Sekundärzitaten überliefert. – PRE² VII/1 1125–1127.*

[563] *Aug. c. Iulian. 4,13,72 (PL XLIV 774).*

[564] *Vgl. Cic. tusc. 5,36,105 (King 530):* Quid? Aristides – malo enim Graecorum quam nostra proferre – nonne ob causam expulsus est patria, quod praeter modum iustus esset?

neque semper contemplationem laedere. At hae voluptates crassae ac mixtae quoties modum excedant, fieri non potest, quin dent damnum. Itaque non utrinque par habetur similitudinis laesio.

An voluptates, quae fugiendae sunt, sint revera voluptates.

Sed hoc nonnullis videtur difficile, quod sint hae voluptates fugiendae, cum voluptas per seipsam bona sit et optabilis. Quare, ut hoc effugiant, dicere solent revera non esse voluptates, sed tantum videri, et licet appareant, non tamen a prudentibus voluptates debere existimari.[565] Quemadmodum alba non dicantur, quae talia lippis apparent, neque dulcia vel amara, quae sic esse pronuntiant aegroti. Mihi nihilominus non videtur ita respondendum, quoniam et Plato et Aristoteles illas voluptates appellant eisque definitio superius allata revera convenit. Ideo potius ad argumentum dicerem voluptatem quidem natura sua bonam et expetendam, at non ex omnibus rebus, ut famem cupimus explere, at non ex quovis cibo. Ditari quoque vellent iusti homines, at non ex quovis lucri genere. Sanitatem quoque desideramus, verum non ex quovis medicamenti genere. Ita et voluptates volumus, at non eas, quae oriantur ex inhonestis, turpibus et corpus omniaque nostra bona laedentibus actionibus.

Quare hae voluptates, quae laedunt et fugiendae sunt, a multis expetantur.

At cum hoc voluptatum genus et damnosum sit et fugiendum, qui fit, ut a tam multis expetatur? Quia voluptas sua natura quid habet in se divinum[566] et ab omnibus expetitur. Verum usu venit, ut cum multis natura non sit adhuc absoluta et confirmata, ut in pueris, vel cum malis et pravis habitibus sint praediti, ut ebriosi | et libidinosi, fallantur 108 Z_1
et voluptates quaerant, ubi non deberent. Quare mirandus est Epicurus, qui a pueris argumentum sumit, qui naturae adhuc sunt imperfectae atque nulla virtute praediti, ideoque facile possunt decipi.[567] Deinde cogitandum est homines perpetuo laborare atque diversis exercitiis fatigari, ideoque, ut reficiantur ac recreentur, ad voluptates se convertunt, cumque honestas puras et simplices habere non possint, his crassioribus et damnosis volunt expleri. Et homines compositam naturam habent neque unam et simplicem, ideo fit, ut varia genera voluptatum amplectantur. Illas quandoque captant, quae ad animum pertinent, interdum illas, quae sunt corporis, quandoquidem tam ex

Z. 8 dicantur] dicuntur Z_2

[565] *Arist. eth. Nic. 10,3, 1173b 20–22 (Bywater 204):* πρὸς δὲ τοὺς προφέροντας τὰς ἐπονειδίστους τῶν ἡδονῶν λέγοι τις ἂν ὅτι οὐκ ἔστι ταῦθ' ἡδέα.

[566] *Das menschliche Luststreben geht laut Aristoteles von einem göttlichen Prinzip aus, vgl. Arist. eth. Nic. 7,13, 1153b 32 (Bywater 152):* πάντα γὰρ φύσει ἔχει τι θεῖον.

[567] *Vgl. Cic. fin. 2,32 (Rackham 118):* […] argumentum hoc Epicurus a parvis petivit aut etiam a bestiis, quae putat esse specula naturae.

animo quam corpore constant. Quin et ipsum corpus, quia plures habet humores variisque sensibus est praeditum, idcirco modo ad has voluptates, modo ad illas impellimur, ut humores incitant vel ut varia obiecta in sensus incurrunt. Deus vero cum sit unus et simplicissimus, una eademque simplici et aeterna voluptate fruitur.[568] Ad has vero corporis maxime propensi sunt iuvenes et melancholici. Illi, quoniam, dum augetur statura eorum, perturbantur humores et ¦ natura fatigatur atque convellitur, ideoque tanquam ad medicinam quandam et recreationem confugiunt ad voluptates.[569] Melancholicos identidem atra bilis divexat, mordicat et non sinit quiescere, ideo fatigati ad voluptates, quibus sese nonnihil instaurent et exhilarent, convertuntur.[570] Unde apparet naturam et Deum ipsum non inutiliter has voluptates, ut earum immoderatus usus sit evitandus, nostro generi dedisse. Nam vita per illas ducitur commodius et opera vitae necessaria et conservationem generis libentius obimus medicamurque promptius nostris quotidianis defectibus. Quin iuvenes honestis et moderatis quibusdam voluptatibus ad honesta officia et praeclaras virtutes incitantur, doloribus vero a vitiis et sceleribus absterrentur. Et Augustinus addit has infimas voluptates Dei quaedam esse vestigia et naturae felicitatis ac summi boni tenuem umbram, qua possumus incitari ad illius vehemens desiderium. Valent itaque ad nos expergefaciundos, in quibus tamen insistendum non est, verum ad meliora potius assurgendum.[571] Utque in his non maneamus, Deus adeo bonus est, ut amara permulta his voluptatum generibus asperserit.

Qui maxime propensi sint ad voluptates corporis.

97 Z_2

Quare hae voluptates a Deo hominibus datae sint.

[568] *Vgl. Arist. eth. Nic. 7,14, 1154b 26 (Bywater 155):* ὁ θεὸς ἀεὶ μίαν καὶ ἁπλῆν χαίρει ἡδονήν.

[569] *Arist. eth. Nic. 7,14, 1154b 9–11 (Bywater 154):* ὁμοίως δ' ἐν μὲν τῇ νεότητι διὰ τὴν αὔξησιν ὥσπερ οἱ οἰνωμένοι διάκεινται, καὶ ἡδὺ ἡ νεότης.

[570] *Arist. eth. Nic. 7,14, 1154b 11–14 (Bywater 154):* οἱ δὲ μελαγχολικοὶ τὴν φύσιν δέονται ἀεὶ ἰατρείας· καὶ γὰρ τὸ σῶμα δακνόμενον διατελεῖ διὰ τὴν κρᾶσιν, καὶ ἀεὶ ἐν ὀρέξει σφοδρᾷ εἰσίν· ἐξελαύνει δὲ ἡδονὴ λύπην ἥ τ' ἐναντία καὶ ἡ τυχοῦσα, ἐὰν ᾖ ἰσχυρά.

[571] *Vgl. Aug. lib. arb. 3,141f. (CCSL XXIX 262,34–47):* Beatus est quippe qui fruitur summo bono. Haec enim ueritas ostendit omnia bona quae uera sunt, quae sibi suo captu intellegentes homines uel singula uel plura eligunt quibus fruantur. Sed quem ad modum illi, qui in luce solis eligunt quod libenter aspiciant, et eo aspectu laetificantur – in quibus si qui forte fuerint uegetioribus sanisque et fortissimis oculis praediti, nihil libentius quam ipsum solem contuentur, qui etiam cetera quibus infirmiores oculi delectantur inlustrat –, sic fortis acies mentis et uegeta, cum multa uera et incommutabilia certa ratione conspexerit, diriget in ipsam ueritatem qua cuncta monstrantur, eique inherens tamquam obliuiscitur cetera et in illa simul omnibus fruitur. Quidquid enim iocundum est in ceteris ueris, ipsa utique ueritate iocundum est.

De illis voluptatibus puris, simplicibus, incorporeis quaeque non
109 z_1 ha|bent excessum, haec esto propositio: repudiari non debent, sed, cum sint praestantiores, ad summi boni naturam non parum accedunt, nam per se ipsae, non per aliud expetuntur. Dixi accedere propemodum ad summi boni rationem, quia revera in voluptate etiam huius generis non est summum bonum. Id enim (ut ostendemus) in actione perfectissima situm est, ad illam autem perpetua comes adiungitur voluptas. Unde a summo bono divelli non potest, ut non comprehendatur in eius ratione.[572] Concedimus plane illam ab omnibus expeti, quando nullus est, qui non appetat et vivere et bene vivere. Utque vivere est operari, sic bene vivere est in optima versari actione, ad quam cum adiuncta sit voluptas praestantissima, omnes illa expetunt, quando id optant, cuius est perpetua comes. Optima vero actio esse non potest, nisi circa nobilissimum versetur obiectum, a quo nostra perfectio ut a fonte pendet. Quod ut perspicue videatur, sciendum est obiecto praestantissimo nos perfici ut ab efficienti causa, qua nostra mens et voluntas impellitur seu ad ipsum allicitur. Rursus voluptate perficimus, quae affectus est et qualitas, qua noster animus perfunditur. At in dubium nonnulli revocant, an voluptas propter vitam seu vita propter voluptatem sit expetenda.[573] Et ut quae dicantur ex altera parte omittam, quod mihi videtur sic expono. Voluptas propter vitam expetitur, non e diverso. Quoniam voluptas oritur ex eo, quod actio cum natura congruit, et id sentimus atque cognoscimus; quare id ante
98 z_2 om¦nia expetendum est, ut actio habeatur perfectissima. Nec ignorat quisquam perfectionem institutam propter id, quod perficit, praesertim cum sua natura nullam constantiam habeat. Et omnes vident cibum ipsum praestabiliorem esse suo condimento. At de voluptate tot atque huiusmodi sint dicta.

Quae voluptates non sint repudiandae et quare.

An voluptas propter vitam expetatur an contra.

Quomodo vero, quae affert Aristoteles, cum sacris conveniant, facile est videre. Inquit primo huiusmodi opinionem de crassioribus voluptatibus plurium esse ac vulgarium hominum, quod idem Christus docuit affirmans viam perditionis latam esse ac multos per eam ire.[574] Addit praeterea sic opinantes esse φορτικωτάτους. Et in Isaia scimus

Quomodo Aristotelis sententia cum sacris literis congruat.

Z. 18 perficimus] perficimur $\mathcal{Z}_2$ 33 φορτικωτάτους] φορτικοτάτους $\mathcal{Z}_{1-2}$

[572] *Vgl. Arist. eth. Nic. 7,13, 1153b 14f. (Bywater 152):* πάντες τὸν εὐδαίμονα ἡδὺν οἴονται βίον εἶναι, καὶ ἐμπλέκουσι τὴν ἡδονὴν εἰς τὴν εὐδαιμονίαν.

[573] *Arist. eth. Nic. 10,4, 1175a 18f. (Bywater 207):* Πότερον δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν τὸ ζῆν αἱρούμεθα ἢ διὰ τὸ ζῆν τὴν ἡδονήν, ἀφείσθω ἐν τῷ παρόντι.

[574] *Mt 7,13* Lata porta et spatiosa via, quae ducit ad perditionem, et multi sunt, qui intrant per eam.

ad Achazum impium regem dictum: »An parum est vobis molestos esse hominibus, quod molesti estis et Deo meo?«[575] Sunt, ait Aristoteles, mancipia. Et Dominus: »Qui facit peccatum, servus est peccati«[576]. Nec non Petrus: »Quisque servus eius efficitur, a quo est victus«[577]. Bel|luinam vitam inquit illos deligere. Atque in sacris Psalmis habetur: 110 Z_1
»Homo, cum in honore esset, comparatus est iumentis insipientibus et similis factus est illis«[578]. Hieremias quoque: »Hinniebat quisque ad uxorem proximi sui«[579]. Et rursus in Psalmo: »Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus«[580]. Qui sic putant, scribit philosophus, tuentur se authoritate principum, qui vivunt more Sardanapali. Neque a divinis literis hoc discrepat, in quibus legimus fere semper talem fuisse populum, quales habuissent reges.[581] Et in Osea dicitur: »Qualis populus, talis sacerdos«[582]. In Proverb[iis] cap[ite] 29.: »Cum regnaverit impius, multiplicatur transgressio«[583]. Atque in Evangeliis de Herode[584], cum magi venissent Hierosolymam, habemus non tantum illum fuisse turbatum, sed cum eo universam urbem.[585] Postremo concluditur in his crassioribus voluptatibus non posse reponi summum bonum, quod et apostolus confirmat ad Corinth[ios]: »Esca ventri et venter escis, hunc et has destruet Deus«[586]. Ipse vero Christus de voluptate procreandi ait: »In regeneratione non nubent neque uxores ducent, verum sicut angeli Dei erunt«[587].

Z. 4 efficitur] efficietur Z_2 5 Belluinam] Beluinam Z_2 6 cum] quum Z_2 13 Proverb[iis]] Proverbiis Z_2 20 neque uxores] neque Z_2

575 *Jes 7,13.*
576 *Joh 8,34.*
577 *2Petr 2,19.*
578 *Ps 49,13 (Vulg. 48,13).*
579 *Jer 5,8.*
580 *Ps 32,9 (Vulg. 31,9).*
581 *Vgl. 2Chr 7,4f.; 24,10. Spr 11,14; 29,2.*
582 *Hos 4,9.*
583 *Spr 29,16.*
584 *Herodes I. (um 73–4 v. Chr.), römischer Vasallenkönig über Judäa, Galiläa und Samarien, bedeutender Bauherr und Förderer griechischer Kultur. In Mt 2,16 wird er als Urheber des sog. Kindermords in Betlehem beschrieben. – NP V 458–460.*
585 *Mt 2,3* Audiens autem Herodes rex turbatus est et omnis Hierosolyma cum illo.
586 *1Kor 6,13.*
587 *Vgl. Mt 22,30* In resurrectione enim neque nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in caelo.

Elegantes vero et agentes honorem, civilis quippe vitae fere is est finis. [28*] 1095b 22–23

De voluptatibus prius egit, nunc de honoribus. Ac merito ista coniunguntur, cum utrunque illorum comitetur actiones, licet diversa ratione. Cum enim actio cum natura congruit, idque animadvertimus voluptateque exhilaramur, et ad easdem, cum probae fuerint, iustae ac honestae, adiungitur honor. Primum suo more proponit sententiam, deinde confutat et quidem ratione gemina, quae suis locis demonstrabuntur. Methodus.

99 Z_2 ¦ Sectatores huius opinionis dicit esse χαρίεντας, non vulgares et belluinos, ut priores, sed gratiosos, quod ex bene administrata repub[lica] et commodis publicis aut comparatis aut servatis gratiam sibi conciliarint. Ita enim fit, ut civiles ob suos publicos labores, quos ob rem communem suscipiunt, ineant populorum gratiam, unde gratiosi et elegantes dicuntur emerguntque a communi hominum sorte. Utque dicit Eustratius, ἄχαρις is est et dicitur, qui nihil aliorum causa facit, 111 Z_1 sed tantum sibi vivit; e diverso autem χαρίεντες, qui sunt ef|ficientes illustrium et praeclarorum facinorum, quare iure meritoque dicuntur iidem πρακτικοί.[588] Χαρίεντας, quos et quare nominet.

Huius vitae finis fere videtur esse honor. Athenis honoris ergo nonnulli aedificabant muros, alii naves instruebant et aliqui alebant suis stipendiis milites, cumque tantum spectarent fructum honoris, civilis vitae is fere videbatur finis.[589] *Fere* dicitur, quia non esse debet nec est quo ad omnes, nam sunt aliqui civiles, qui suas actiones non ad honorem dirigunt, sed potius ad honestatem.[590] Exempla utrinque affert Honor quomodo fere sit finis civilis vitae.

Z. 5 iustae] et iustae Z_2

[28*] *AG* οἱ δὲ χαρίεντες καὶ πρακτικοὶ τιμήν· τοῦ γὰρ πολιτικοῦ βίου σχεδὸν τοῦτο τέλος· – *AL* Qui autem excellentes et operativi, honorem. Civilis enim vite, fere hic finis.

[588] *Eustr. graec. (Heylbut 35,23–25):* Ὥσπερ ἄχαρις ὁ φαῦλος καὶ ἀηδὴς κατὰ τὸν ὀρθὸν τῆς κρίσεως λόγον, διότι τῶν ἀγαθῶν ἄπρακτος, οὕτω χαρίεις καὶ ἡδὺς ὁ τῶν ἀγαθῶν πρακτικός. *Eustr. lat. (Mercken 61,66–69):* Quemadmodum acharis (id est sine gratia) est pravus et abominabilis secundum rectam iudicii rationem eo quod bonorum non est operativus, ita charieis (id est excellens sive gratiosus) et delectabilis est qui bonorum est operativus.

[589] *Vgl. Streb. eth. 18v:* Videbat Athenis alios, qui murum suis impensis reficerent, alios, qui triremes instruerent sumptuque proprio sustinerent, alios, qui exhiberent ludos, alios, qui aliud publicum munus susciperent nec aliam peterent mercedem quam populi gratiam et honorem.

[590] *Vgl. Streb. eth. 18v:* Quot reperies hodie in eo vitae genere, qui non omnia pati malint quam honore et gloria carere? Nonnulli sunt, inquies, qui gloriam non quaerant. Sint sane, propter illos philosophus posuit excipiendi particulam fere.

Eustratius: Achilles[591] potius brevem delegit sibi vitam apud Homerum cum gloria quam longam et obscuram. Vitae itaque praeposuit gloriam seu honorem. Socrates e diverso paratam habuit furtivam vitam, cum esset in carcere. Nam potuit fugere, si voluisset, quod recusavit, cum honestati atque iustitiae adversaretur. Quare propter honestatem et virtutis ergo delegit praesentem mortem. Dixit tamen iure Aristoteles *fere*, quoniam plerunque ita fit et multi, licet non recte, honorem appellarunt praemium virtutis.[592]

Quare separatim de honore agat.

Sed cum tam ex honore consequuto quam ex aliis actionibus vitae congruis voluptas capiatur, quomodo haec opinio a superiori divulsa est et non simul tractatur? Dicemus, quoniam, si loquutus esset prius de voluptate in universum, ratio esset efficax. At solum de illa impura corporea et mixta egit, ad cuius actiones, quibus nimirum innititur, non sequitur honor. Ideo seorsim haec tractantur, cum ad diversa genera actionum adiungantur.

1095b 23–26 *Sed videtur levius esse bono eo, quod quaerimus. Nam in his potius, qui honore afficiunt, quam in eo, qui honore afficitur, esse videtur. Summum autem bonum proprium quid taleque esse vaticinamur, ut auferri facile nequeat.* [29*]

[29*] *AG* φαίνεται δ' ἐπιπολαιότερον εἶναι τοῦ ζητουμένου· δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι ἢ ἐν τῷ τιμωμένῳ, τἀγαθὸν δὲ οἰκεῖόν τι καὶ δυσαφαίρετον εἶναι μαντευόμεθα· – *AL* Videtur autem magis superficietenus esse eo quod queritur. Videtur enim in honorantibus magis esse quam in honorato. Bonum autem proprium quidem et quod difficile aufertur, divinamus.

[591] *Achilles, Sagengestalt in der griechischen Mythologie und Held des troianischen Krieges. – NP I 76–81.*

[592] *Eustr. graec. (Heylbut 35,25–33):* ἀποδίδωσιν οὖν ἐνταῦθα τὸν μερισμὸν καί φησιν ὅτι οἱ πρακτικοὶ τῶν καλῶν τῆς μὲν σαρκικῆς καταφρονοῦσιν ἡδονῆς, τῆς δέ γε τιμῆς ἀντιποιοῦνται μάλιστα· […] τὸ δὲ σχεδὸν εἶπεν, ὅτι εἰσί τινες οἳ διὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὸ κατ' αὐτὴν τέλειον πονοῦσι, πάντα τἄλλα ἡγούμενοι δεύτερα· μάρτυς τοῦ προτέρου ὁ παρ' Ὁμήρῳ Ἀχιλλεύς, ἐν δόξῃ προτιμήσας διὰ βραχέος θανεῖν ἢ ἐπὶ μακρὸν ἀδόξως ζῆν, τοῦ δὲ δευτέρου Σωκράτης, ὃς ἀρετῇ καὶ σοφίᾳ ζήσας, τῇ παραλόγῳ καταδίκῃ ἐνέμεινε, τῆς κλοπίμου σωτηρίας τὸν ἐν ἀδίκῳ καταδίκῃ προθέμενος θάνατον. *Eustr. lat. (Mercken 61,69–78):* Assignat igitur hic partitionem et ait quoniam operativi bonorum carnalem quidem despiciunt voluptatem, honorem autem curant et quaerunt maxime. […] Fere autem dixit, quia sunt quidam qui propter virtutem et eam quae secundum virtutem est perfectionem laborant, omnia alia existimantes secunda et posteriora. Testis prioris est apud Homerum Achilles, in gloria praehorans ad breve mori quam longum sine gloria vivere, secundi autem Socrates, qui in virtute et sapientia vivens, in irrationali vindicta mansit, furtivae saluti in iniusta vindicta praeponens mortem.

Hic iam incipit confutatio. Quod ego dixi »levius«, Graece ἐπιπολαιότερον. Et nonnulli verterunt, remotius aut distantius,[593] sed revera id significa¦tur, quod natat, in summo fluctuat et appa|ret in superficie, idcirco dixi levius. In summa id est, quod altius non haeret, profundius non egit radices; unde neque solidum neque firmum neque stabile potest haberi.[594] Quae autem ita fuerint, in nobis leviter inhaerent et quia male cohaerent, ideo facile adimuntur. Propterea de priori Aristoteles dicit, quod nobis non haereat, sed potius actio sit honorantis, non eius, qui recipit honorem. Non enim actio eius a nobis ipsis proficiscitur, sed ab honorante, et in manu eius positum est, non autem in potestate illius, qui honore afficitur.[595] Verba Aristotelis haec sunt: *Nam in his potius, qui nos honore afficiunt, quam in eo, qui honorem recipit, esse videtur.*] Verum id porro est quenque nostrum in seipso habere, cum recti et iusti sumus, causas, quae allicere possunt et provocare alios, ut nos in honore habeant, sed illae causae non sunt necessariae atque potest fieri, ut ex ipsis non prodeat effectus. Laborant enim interdum homines invidia quandoque arbitrantur honorem collatum in alios existimationem suam laedere, nonnunquam vero ignorant neque satis intelligunt, quae actiones mereantur honores. Et fit interdum, ut satietate quadam bonos fastidiant, utut egregii sint et praeclari, atque sese convertunt ad novos alios, qui nuper emerserint ornandos. Proinde, cum honor in nostra potestate non sit, facile aufertur. Quod procul dubio longe alienissimum est a summi boni natura. Unde subditur a philosopho: *Summum autem bonum proprium quid taleque esse vaticinamur, ut auferri facile nequeat.*] Non dicit absolute ἀφαίρετον, sed δυσαφαίρετον. Hanc sententiam non video, quomodo Peripatetici queant ad suum extremum bonum accommodare, cum illi bona fortunae atque corporis admisceant. Et certe dum vivimus, facile possumus in alterutram partem commutari. Unde sane dictum illud sapientis extat: felix ante

100 Z_2
112 Z_1

Ἐπιπολαιότερον quid proprie significat.

Quatenus in nobis sint causae honoris.

Summum bonum an possit auferri.

Z. 1 *Marg.* proprie] proprio Z_2 13 quenque] quemque Z_2

[593] *Vgl. Felic. mor. Nic. 11v:* Sed hic tamen remotior aliquantulo esse ab eo ipso, quod quaerimus. *Acc. eth. 6r [Übersetzung von Argyropoulos]:* Videtur autem ab eo distare, quod quaerimus.

[594] *Vgl. Streb. eth. 20v:* In summo natare et minus esse profundum. Sic transferimus ἐπιπολαιότερον εἶναι, servata Graecorum metaphora, qui ἐπιπόλαιον dicunt id, quod quasi natat et apparet in summo. Hoc dicit: honorem plane videri, summum bonum altius latere; illum fluctuare, hoc stabile esse.

[595] *Vgl. Streb. eth. 18v:* Honorem non esse in illius, qui colitur, potestate, sed petendum foris et ea de causa magis esse in eorum potestate, qui honorant, quam qui honoratur, quia si colere desinant […], illud bonum suum videtur amisisse.

obitum nemo.[596] *Auguramur*, inquit, μαντευόμεθα.] Ideo sic loquitur, quia nondum hac de re definierat et nunc sub his initiis quodammodo ait se ita coniecturam facere.[597] Quam inde ortam puto coniecturam, quod sic audierat passim alios de summo bono loqui. Sed quicquid sit, id manifestum est, philosophorum felicitati hanc sententiam non convenire. Quae enim, dum hic vivimus, haberi potest beatitudo, potest proculdubio morte finiri. Ut autem in proclivi sit omnibus mori, neminem arbitror ignorare. Deinde, si propria debet esse felicitas et δυσαφαίρετος, ut inquit Aristoteles, papistae quomodo iubent nos perpetuo incertos esse ac dubitare, an recepti | simus in gratiam et condonata sint nobis peccata, cum ista sit christianorum felicitas, quam hic habere possunt,[598] ut dicit David et Paulus: »Beati, quorum remissae sunt iniquitates, quorum tecta sunt peccata«[599]? 113 Z_1

Analysis. ¦ Forma syllogismi sic potest componi: quicquid non inhaeret in nobis neque proprium est, sed facile potest adimi, non est summum bonum; honor est huius generis; quare illi non hoc tribuendum, ut sit summum hominis bonum. Est sane observandum in his absurdarum opinionum confutationibus Aristotelem consuevisse proprietates rerum dicendarum colligere, quibus postea uti possit in rei expositione. Colligebat itaque prius, cum ageretur de voluptate, summum bonum esse non posse nobis commune cum belluis. Nunc vero vult esse proprium, quod reipsa nobis inhaereat et difficulter adimi possit. 101 Z_2

[596] *Eustr. graec. (Heylbut 36,14–17):* ἀλλ' οἰκεῖόν τι λέγομεν καὶ τοσοῦτον οἰκεῖον ὡς εἶναι καὶ δυσαφαίρετον, ἀλλ' οὐκ ἀναφαίρετον· πέφυκε γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐκ θατέρου τῶν ἐναντίων εἰς θάτερον μεταβάλλεσθαι· καθ' ὃ καὶ μηδένα δεῖν μακαρίζειν πρὸ τελευτῆς εἴρηται. *Eustr. lat. (Mercken 62,0–4):* […] proprium quid dicimus et in tantum proprium ut sit et difficile ablatibile, sed non inablatibile. Aptus natus enim est homo ex utroque contrariorum in utrumque transponi. Secundum quod et nullum oportere beatificare ante mortem dictum est. *Vgl. Her. hist. 1,32 (Dietsch I 18):* πρὶν δ' ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχεῖν μηδὲ καλέειν κω ὄλβιον, ἀλλ' εὐτυχέα. *Arist. eth. Nic. 1,10, 1100a 10f. (Bywater 16).*

[597] *Eustr. graec. (Heylbut 36,17–19):* μαντευόμεθα δὲ εἶπε καὶ οὐ λέγομεν ἢ δοξάζομεν διὰ τὸ μήπω τι περὶ αὐτοῦ ἀποδειχθῆναι ἀλλ' ὡς ἐν εἰκασμῷ οὕτω λαμβάνεσθαι. *Eustr. lat. (Mercken 62,4–6):* Divinamus autem dixit, et non »dicimus« vel »opinamur«, eo quod nequaquam aliquid de ipso demonstratur sed ut in coniectura ita assumitur.

[598] *Vgl. Conc. Trid. (DH 1540):* Nemo quoque, quamdiu in hac mortalitate vivitur, de arcano divinae praedestinationis mysterio usque adeo praesumere debet, ut certo statuat, se omnino esse in numero praedestinatorum.

[599] *Ps 32,1f. (Vulg. 31,1f.); Röm 4,7.*

Praeterea honores persequi videntur, ut aliis fidem faciant se bonos esse. [30*] 1095b 26–28

Hic aliam texit rationem, illud nimirum esse summum bonum, quod in aliud non dirigitur. At, inquit, hi civiles, dum honores expetunt, aliud profecto spectant, nimirum ut boni habeantur et virtute praediti. Quare oportet eos plus virtutibus et probitati deferre quam honori, quandoquidem ipsum huc dirigunt. Ex qua philosophi confirmatione aliam profecto summi boni proprietatem elicimus, nempe ut sit extremum neque aliud se melius habeat. Et apparet honorem offerri bene ac recte viventibus ut virtutis et iustitiae testimonium.

Summum bonum non alio dirigitur.

Quapropter a prudentibus et his, qui se noscant, atque ob virtutem petunt honores. [31*] 1095b 28–29

Ut honor sit solidus, praestari debet a prudentibus, qui sciant, quid nam inter homines honore sit dignum, idcirco a stultis vel a pravis hominibus laudibus ornari non solet esse gratum. Requiritur deinde, ut simus noti his, a quibus honore afficimur. Nam, licet aliqui norint, 114 Z_1 quae illorum prudentia sit, probos iustos et bonos tantum hono|randos oportet, ut bene norint nos eiusmodi. Quare ab exteris et ignotis quique de nobis nihil norunt, honor parvi penditur.[600] Additur postremo virtutis ergo desiderari honorem, quoniam illa ex electione videtur esse ideoque propria, deinde stabilis quaque differamus a caeteris et qua praediti multum aliis queamus prodesse.

Ad solidum honorem quid requiratur.

Forma rationis in secunda figura potest componi hoc modo:

Summum bonum in aliam finem non potest dirigi.
102 Z_2 ¦ Honor dirigitur in aliam finem.
Igitur honos non est summum bonum.[601]

Z. 9 virtutis] virutis Z_2

[30*] *AG* ἔτι δ' ἐοίκασι τὴν τιμὴν διώκειν ἵνα πιστεύσωσιν ἑαυτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι· – *AL* Amplius autem videntur honorem querere, ut credant se ipsos bonos esse.

[31*] *AG* ζητοῦσι γοῦν ὑπὸ τῶν φρονίμων τιμᾶσθαι, καὶ παρ' οἷς γινώσκονται, καὶ ἐπ' ἀρετῇ· – *AL* Queruntur igitur a prudentibus honorari, et apud eos a quibus cognoscuntur, et in virtute.

[600] *Vgl. Streb. eth. 19r:* Honor autem, quem tribuunt prudentes et noti, videtur esse praestantior, quia non temere et inconsulto ab illis exhibetur. Prudentes iudicio, noti conscientia nituntur. Ab illis ergo potissimum cupiunt honorari.

[601] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Cesare.

1095b 29–30 *Manifestum igitur ex horum sententia virtutem esse meliorem.* [32*]

Hac porro sententia concludit honorem non ponendum extremum hominis bonum, cum aliquid eo sit praestabilius, nempe virtus, cuius dignitati concedat oportet, nisi patroni eius vehementer sint pertinaces.

Quomodo Aristoteles hic secum pugnet.

At in Aristotelis verbis quaedam videtur vel pugna vel inconstantia. Prius enim statuit civiles, de quibus loquitur, finem sibi extremum honores praescribere, cuius eorum propositi nescio an postea oblitus, an de ipso non cogitans, illos ait honores persequi, ut aliis fidem faciant se bonos esse, ideoque a prudentibus et his, quibus cogniti sint, virtutis ergo laudari cupiunt. Haec proculdubio secum dissentiunt, honorem habere pro summo bono, deinde ipsum propter virtutem cupere. Huic scrupo sic occurrendum censeo, ut cogitemus Aristotelem hoc praesertim nomine sententiam istam civilium oppugnare, quod a seipsis discordent. Quod ut absurdum est, ita omni studio evitari a sapientibus oportet, quamobrem et illa thesis est deserenda, quam sit necesse tale absurdum parere, ut nobiscum discordemus. Honorem summum esse bonum illorum thesis erat. Et ne arbitremur illos ob probitatem aut virtutem honores expetere, testimonium ab ipsis extorquet, qui passim fateantur se a malis commendari nolle, sed tantum a prudentibus et causa virtutis ac rerum bene gestarum. Proinde hoc argumento ἔλεγχος manifeste habetur nec ei ullo pacto resisti potest.

De honore.

Sed ut, quod tractatur, liquidius patefiat, de natura honoris et quae ad ipsum attinent nonnulla dicam. Ante omnia eius explicetur definitio.

Quid sit honor.

Aristoteles primo Rhethoricorum vult significationem esse opinionis, quae de probitate alicuius habeatur,[602] et ea signis exter|nis constat.[603] 115 Z_1 Huic definitioni, quo perfecta sit, addendam censeo causam finis, quam, cum ex philosophis haurire nequeam, ex nostra theologia mutuabor. Ideo testamur signis apertis, ut bene de probis viris sentiamus, ut in ipsis Deus honoretur omnis iustitiae ac probitatis author, deinde quo illorum authoritas et exemplum aliis prosit. Iam omnes honoris causas complectimur: forma est significatio, declaratio testi-

Causae honoris.

Z. 28–29 sentiamus] sentiamas Z_2

[32*] *AG* δῆλον οὖν ὅτι κατά γε τούτους ἡ ἀρετὴ κρείττων· – *AL* Manifestum igitur quoniam secundum hos virtus melior est.

[602] *Arist. rhet. 1,5, 1361a 28 (Ross 21):* τιμὴ δ' ἐστὶν μὲν σημεῖον εὐεργετικῆς εὐδοξίας.

[603] *Arist. rhet. 1,5, 1361a 34–37 (Ross 22):* μέρη δὲ τιμῆς θυσίαι, μνῆμαι ἐν μέτροις καὶ ἄνευ μέτρων, γέρα, τεμένη, προεδρίαι, τάφοι, εἰκόνες, τροφαὶ δημόσιαι, τὰ βαρβαρικά, οἷον προσκυνήσεις καὶ ἐκστάσεις, δῶρα τὰ παρ' ἑκάστοις τίμια.

moniumque nostri sensus de bonis viris. Efficiens attingitur cum probitatem cuiuspiam adiecimus, etenim illa incitantur homines ad bene sentiendum. Materia vero in his omnibus erit signis, quibus iustis et bonis viris testimonium damus. Atque ista, cum sint multiplicia, loco iam adducto Rhetoricorum non tacentur monimenta, imagines, praesidentia, carmina, sepulchra, victus ex publico, dona; nos vero addamus aperire caput, ¦ loco cedere, assurgere etc. Utque ista omnia multa numero sunt, honoris partes, formae aut species totidem constituentur eritque distinctio penes materiam. Fines utique nos adiecimus, ut in Deum redundet hoc nostrum testimonium et ut bona exempla iustorum reddamus honoribus nostris magis illustria quove his, qui bene se gerunt, addatur authoritas et illa complures alii iuventur. A sensu definitionis huius non longe discessit Augustinus, qui ait gloriam esse iudicium hominum bene de hominibus opinantium.[604] His addidimus iudicii huius externa testimonia et quibus hominibus ea danda sint expressimus, probis inquam et recte se gerentibus. Desideratur autem ut in Aristotele, ita etiam in Augustino, qui debeant esse hi opinantes, qui suam opinionem significent. Eos certe decet, ut ex hoc loco Ethicorum deprehendimus, prudentes et qui nos bene cognorint. Quintilianus adhuc brevius et compendio quodam sic rem explicuit: »Gloria«, inquit, »est consentiens laus bonorum.«[605] Ubi ea vox bonorum tam laudatis quam laudantibus coniungi potest, nam utrosque bonos esse oportet. Quod ut magis perspicuum fiat, honores ita secabimus, ut eorum quosdam leves et adumbratos faciamus, qui populari duntaxat rumore conflantur, et hi, cum a sano iudicio non proveniant, neque firmi sunt neque illis habentur, quibus praestandi essent. Alii vero (ut aiebat Quintilianus) ex bonorum consensu prodeunt, quare solidi sunt et illis probi duntaxat honestantur. Priores autem illos adeo leves et inconstantes experimur, ut eodem propemodum die | nonnullos et probari et condemnari a populo videas. Quare id genus boni qui vitreum appellavit, quod caducum admodum sit et fragile, non multum a vero aberravit.[606]

103 Z_2

116 Z_1

Augustini definitio gloriae.

Quintiliani definitio.

Verum quaestio se nunc offert, an honos, ut de illo sincero et constanti loquamur, bonum sit honorantis vel eius, cui adhibetur? Hoc Seneca tractavit ad Lucillum epistola 103. Utriusque bonum esse af-

Honor an bonum sit honorantis vel honorati.

[604] *Aug. civ. 5,12 (CCSL XLVII 145,106–108):* Quando quidem gloria est […] iudicium hominum bene de hominibus opinantium.

[605] *Vermigli meint wohl Cic. tusc. 3,2,3 (King 226–228):* Est enim gloria […] consentiens laus bonorum.

[606] *Vgl. Hor. sat. 2,3,222 (Klingner 216):* […] vitrea fama.

firmo. Est sane laudantis, cum eius iusta et recta sit actio. Nec dubium arbitror omnem actionem probam eius esse bonum, cuius fuerit actio. Deinde quoniam is, qui honore afficitur, in seipso probitatem habet, iustitiam et rectitudinem, quibus et boni et prudentes alliciuntur et provocantur ad eum commendandum, ideo eius quoque bonum dicitur honos, nam eius initium et causam in se habet. Praeterea illius honoris ipse fructum percipit, quando authoritas eius crescit fitque validior ad suadendum aliis, quae decent, et illos in officio continendos. Tertio quoque ob id illius bonum est, quoniam, dum bonos, rectos et gratos iudices animadvertit de rebus a se praeclare gestis iuste sentire, vehementer laetatur.[607] Rationem itaque attuli, cur tam laudati quam laudantis bonum esse honorem iudicem. Neque propterea pugno ¦ cum Aristotele, qui eum ait in illo esse, qui honore afficit, non in 104 Z_2
eo, qui honorem recipit. Quoniam ipse (ut in definitione iam allatum est) honorem dicit significationem opinionis et sensus ideoque recte iudicat, cum tam opinio quam significatio eius ab honorante proficiscantur et illo ut fundamento quodam et subiecto nitantur. Ego vero principium, quo cietur haec opinio et is excitatur sensus in animis prudentium, specto et ad haec opinionis istius fructus et ea in homine laudato esse video, maior inquam authoritas et laetitia. Neque mea haec definitio tantum in honoribus locum habet, verum non aliter de probato iudicio praetoris et iusta sententia, quando ius dicit existimandum est. Nam haec propria sunt illius bona, quae simul ei bono sunt, secundum quem iudicatur, et de iustitia non secus dicere debemus, ea sane bonum est eius, qui sit iustus, at etiam illi bono est, cui ex ipsa iustitia, redditur et solvitur, quantum debetur. His exemplis liquido apparet, quomodo sit honor bonum quoddam tam ad eum, qui habetur in pretio, quam ad illum, qui ipsum tribuit attinens.

Dubitant identidem, an ad verum solidumque honorem sufficiat unius | probi et prudentis viri testimonium, an potius complurium si- 117 Z_1

Z. 28 pretio] precio Z_2

[607] *Vgl. Sen. epist. 102[!],18f. (Rosenbach IV 580):* Cuius inquit bonum est claritas, id est laus bono a bonis reddita? utrum laudati an laudantis? Utriusque: meum qui laudor; quia natura me amantem omnium genuit et bene fecisse gaudeo et gratos me inuenisse uirtutum interpretes laetor. Hoc plurium bonum est quod grati sunt, sed et meum: ita enim animo compositus sum ut et aliorum bonum meum iudicem, utique eorum quibus istius sum boni causa. Et istud laudantium bonum, uirtute enim geritur: omnis autem uirtutis actio bonum est. […] Itaque utriusque bonum est merito laudari, tam mehercules quam bene iudicasse iudicantis bonum est et eius secundum quem iudicatum est.

gnificatio exigatur.[608] Dicendum arbitror iuxta naturam honoris veri atque sinceri unius prudentis et probi viri, quique nos recte norit, testimonium esse satis, quoniam in uno, qui sit huiusmodi, omnes alios similes eius habemus. Una enim est vox et unum iudicium omnium prudentium et proborum virorum.[609] At ad id ut illustretur exemplum utque authoritas crescat et confirmetur laudati, unius testimonium minime valet, quoniam ad hoc plurimum fama et nomen proficit, quae multorum testimonia requirunt.[610]

An ad solidum honorem sufficiat unius boni viri testimonium.

Id modo videndum est, an unquam a virtutibus et recte factis disiungatur honos. Aliqui affirmant et aliqui negant. Certe vulgatissima est inter doctos sententia honorem sequi virtutem ut umbram corpus.[611] Quod simile iudicio meo quaestionem explicat. Umbra quidem corpus comitatur, at non semper eodem modo. Nonnunquam antecedit, aliquando iungitur a latere atque incedit una, interdum vero pone sequitur. Ita quorundam virtus sub ipsis eius initiis habetur in honore, aliorum non suspicitur, nisi cum aucta est et perfecta.[612] Denique videas aliquos non prius honoratos quam esse desierint,[613] nam tunc sentire homines aliquando consueverunt, licet sero quantum bonum amiserint. Quod antiquitus prophetis et apostolis, nostris quoque temporibus multis iustissimis principibus, bonis pastoribus et piis concionatoribus evenisse scimus. Dum eorum fuit copia, contemnebantur, cum vero sublati iam essent, tum incredibile sui desiderium excita¦runt. Comitatur itaque honos virtutem, at non semper eodem gradu, interdum ante, nonnunquam simul et saepius pone. Et ad haec testimonium et significatio prudentium verae virtuti et iustis actionibus nunquam deest, nisi cum prudentes et qui ista viderint et noverint esse desierint.

An honor semper coniungatur cum recte factis.

105 Z_2

[608] *Vgl. Sen. epist. 102,11 (Rosenbach IV 574):* Deinde claritas desiderat multa suffragia?

[609] *Vgl. Sen. epist. 102,12 (Rosenbach IV 576):* Si de me bene uir bonus sentit, eodem loco sum quo si omnes boni idem sentirent: omnes enim, si me cognouerint, idem sentient: par illis idemque iudicium esse, aeque uero infici scitum. Dissidere non possunt: ita pro eo est ac si omnes idem sentiant quia aliud sentire non possunt.

[610] *Vgl. Sen. epist. 102,13 (Rosenbach IV 576):* Ad gloriam aut famam non est satis unius opinio.

[611] *Vgl. Cic. tusc. 1,45,109 (King 130):* Gloria […] virtutem tamquam umbra sequitur. *Sen. epist. 79,13 (Rosenbach IV 152):* Gloria umbra virtutis est.

[612] *Vgl. Sen. epist. 79,13 (Rosenbach IV 152–154):* Sed quemadmodum aliquando umbra antecedit, aliquando sequitur uel a tergo est, ita gloria aliquando ante nos est uisendamque se praebet, aliquando in auerso est maiorque quo serior, ubi inuidia secessit.

[613] *Vgl. Sen. epist. 79,14 (Rosenbach IV 154):* Quam multorum profectus in notitiam euasere post ipsos!

Desiderium honoris an in bonis vel malis rebus ponendum.

Nunc tandem ad rem propius accedamus et mecum una cogitate, an desiderium honoris in bonis an in malis ponendum sit. Nonne commendabimus ipsum, cum a Deo et a natura sit insitum? Cum Deus ipsum promittat suis, et quidem non parum saepe: »Glorificantes me glorificabo«[614], inquit. Et presbyteri a Paulo duplici honore digni pronuntiantur.[615] Et ideo videtur Deus in animis nostris hunc appetitum insevisse, ut ad bene recteque vivendum magis ac magis incitemur. Nec temere abiiciendum est vulgatum proverbium: »Honos alit ar|tes«[616], et: »Virtus laudata crescit.«[617] Deinde nullus, qui vel micam 118 Z_1
pietatis habet, inficiari potest, omnia nostra opera sic esse instituenda, ut cum Deo tum hominibus probari possint, nempe ut homines illis visis Deum (quemadmodum par est) glorificent. Quare, cum honos ob res bene gestas in nobis non resideat, sed in ipsum Deum redundet, quotquot eius gloriae cupidi sunt, ut omnes esse debemus, hoc saltem

Dei mandatis obtemperatur cum honore afficitur quispiam eo dignus.

nomine honorem possumus expetere. Praeterea quis non debeat cupere, ut omnes fratres in suo fungendo munere atque officio non desint? Deus vero id omnibus praecepit, ut honore prosequantur parentes, ac eadem causa magistratus mandatque per Paulum: »Honore vos invicem praevenientes«[618]. Item 1. Timoth. 5.: »Honora viduas, quae vere viduae sunt«[619]. 1. Pet. 2.: »Omnes honorate, fraternitatem diligite«[620]. Ac de Epaphrodito ad Philipp. 1. cap[ite] 2.: »Et qui huiusmodi sunt in honore habetote«[621]. Possum adducere loca similia non pauca, sed cum ista sint satis, patet, cum honore afficitur quispiam eo dignus, divinis mandatis obtemperari. Quod ut fiat, qui probi sunt et bene se gerunt, nonne debent commendare ac ea re laetari nec non optare, ut fiat? Cur: »Fiat voluntas tua sicut in coelo et in terra«[622] oramus? His adde homines honore prosequendo bonos praemia et bona consequi: »Ut sis«, inquit Deus, »longaevus super terram«[623]; et vicissim contemnendo malam sibi rem accersunt, ut pueri, qui deriserunt prophetam Helisaeum, ab ursis discerpti sunt.[624] Quod cum ita

Honore prosequendo bonos praemia consequimur et contemnendo poenas.

[614] *Vgl. Ps 15,4 (Vulg. 14,4)* Timentes autem Dominum glorificat.
[615] *1Tim 5,17* Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur.
[616] *Vgl. Erasm. adag. 792 (ASD II/2 314).*
[617] *Vgl. Ov. Pont. 4,2,35f. (Richmond 85):* […] laudataque uirtus crescit.
[618] *Röm 12,10.*
[619] *1Tim 5,3.*
[620] *1Petr 2,17.*
[621] *Phil 2,29.*
[622] *Mt 6,10.*
[623] *Ex 20,12.*
[624] *2Kön 2,23f.*

sit, proximum non diligit, qui non cupiat illum has vitare poenas et ista commoda et praemia consequi. Ut itaque dilectione Dei optare possumus debitos honores, ita impellimur ad istud idem ea charitate, qua proximum debemus complecti. Quod id vel maxime confirmat David Psal. 15., cum de illo ageret, qui locum in domo Dei ac aeterno habitaculo esset habiturus, inter caeteras eius virtutes id commemorat: 106 Z_2 »In cuius oculis despicitur reprobus et ¦ timentes Dei glorificat«[625]. Proinde, cum vita aeterna citra controversiam proximis sit optanda, id expetendum est ardentissimis votis, ut pii, quique Deum reverentur, habeantur in honore, quod est hoc honoris genus, illos in pretio habere, illorum commertio delectari, existimationem ipsorum tueri et illorum necessitatibus alacriter succurrere. Quae omnia cum hodie a tam multis frigide fiant, qui pii sunt, non possunt non vehementer 119 Z_1 dolere atque optare, | ut tandem, quemadmodum iussit Deus, efficiatur. Augustinus in Soliloquiis lib[ro] 1., cap[ite] 11. sentit: authoritas cum ex honoribus crescat eaque multum faciat ad persuadenda honesta et pelliciendos homines cum ad vera dogmata tum ad vitae sanctitatem, sunt optandi.[626] Quin et propter illos, quos debemus nostro ministerio iuvare, si viderimus nostram authoritatem vilescere, illam iustis honestisque rationibus debemus tueri, ne scilicet reddatur inutilis. Huc illud spectat, quod Paulus ad Timotheum scribebat: »Iuventutem tuam nemo contemnat«[627]. Nec parum proficit ad nos confirmandos, cum recte agimus, commendatio proborum, si accesserit. Ut enim philautia laboramus plerique omnes in rebus et actionibus facile decipimur et quae minus laudabilia facimus, plurimi aestimamus. Idque quia non raro accidit, in agendo rudiores magis dubios et ambiguos reddit. Quibus iisdem honos, laus et approbatio, si externis signis exhibita fuerit, vehementer prodest. Etenim his rebus eorum stabilitur animus et iudicium. Qui vero dubii non sunt, imo quae agunt, recta esse compertum habent, cum ornantur iusto genere honoris a prudentibus et bonis viris, non possunt non mirifice gaudere ac sibi gratulari, quod

Honores quid prosint recte agentibus.

Z. 10 pretio] precio Z_2 15 1.] primo Z_2 15 11.] undecimo Z_2

[625] *Ps 15,4 (Vulg. 14,4).*

[626] *Aug. soliloq. 1,11,18 (CSEL LXXXIX 29,1–7):* Quid? si etiam illud adpareat, et multis te persuasurum esse sapientiam, si tibi de honore auctoritas creverit, eosque ipsos familiares tuos non posse cupiditatibus suis modum imponere seque totos convertere ad quaerendum deum, nisi et ipsi fuerint honorati, idque nisi per tuos honores dignitatemque fieri non posse, nonne ista etiam desideranda erunt et ut proveniant magnopere instandum.

[627] *1Tim 4,12.*

tam bonos et rectos iudices nacti fuerint. Quamobrem his quoque honores prosunt. Nec ab Aristotelis sententia nostra haec discrepant. Etenim, quanquam is honorem summum bonum esse neget, non tamen ipsum a bonorum censu excludit. Et his, quae diximus de firmo et solido honore, nil est tam consentaneum, quam illum fore summum, quem fideles extremi iudicii tempore a Christo sunt habituri, cum ipsis dicet: »Venite benedicti Patris mei«[628] etc. Nam ea laus a iudice sapientissimo proficiscetur, cui omnis iustitia est notissima, neque nostra ulla ex parte queunt ipsum latere.

Summum honorem habebunt fideles in extremo iudicio.

Proinde his iam conclusum et demonstratum satis puto moderatum honorum appetitum non esse vitio vertendum. Quia tamen facile in hoc a multis erratur et locus est lubricus, idcirco nonnulla sunt explicanda, quae oportet cavere, ne, dum virtutem sectamur, in vitia turpiter incidamus. Id inprimis videndum est, quod Aristoteles ethnicus vidit, ne honorem propter ¦ seipsum expetamus, hoc enim esset ex medio bono extremum facere atque his frui, quibus debemus uti.[629] Tendat itaque is appetitus tum ad gloriam Dei tum ad fratrum aedificationem. Proxime caveamus, ne anxia cura sollicitemur honoris causa, quia | facile perturbaretur animus. Quod multi, qui civiles habiti sunt, cum non vitarint, prae laudum cupiditate quodam modo insanierunt. Scimus, quo furore Alexander Macedo per universum orbem fere actus fuerit absque modo et ratione gloriam quaerens, qui tandem eo est adductus, ut alios mundos praeter hunc expugnandos existimaret: »Unus Pellaeo iuveni non sufficit orbis.«[630] Quo eodem morbo laborans Iulius Caesar[631] manus iniecit patriae ac eius iura et libertatem temere violavit.[632] Sit igitur moderatum hoc desiderium et certis iustisque terminis finiatur. Et honoribus percipiendis Augustini sequamur consilium: »Neque totum accipias«, inquit, »quod offertur, nec totum respuas.«[633] Nam qui reiicit, quicquid honoris deferatur pro re-

Honor non est expetendus propter seipsum.

Honor non est anxie et sollicite expetendus.

Z. 6 extremi] extrem Z_2 7 Patris] Patris Patris Z_1

[628] *Mt 25,34.*

[629] *Zum Unterschied zwischen »gebrauchen«* (uti) *und »geniessen«* (frui) *vgl. Aug. civ. 11,25 (CCSL XLVIII 344f.,25–31):* Ea re frui dicimur, quae nos non ad aliud referenda per se ipsa delectat; uti vero ea re, quam propter aliud quaerimus (unde temporalibus magis utendum est, quam fruendum, ut frui mereamur aeternis; […]).

[630] *Iuv. 10,168 (Clausen 127).*

[631] *Gaius Iulius Cäsar (100–44 v. Chr.), römischer Politiker, Feldherr und Autor (»De bello Gallico«), ab Februar 44 v. Chr.* dictator *auf Lebenszeit. Seine Ermordung steht am Übergang von der römischen Republik zur Kaiserzeit. – NP II 908–923.*

[632] *Vgl. Suet. Iul. 31f. (Allioud 22f.).*

[633] *Aug. epist. 22,2,7 (CSEL XXXIV/1 59,19–23):* Ab eis, qui se honorant, nec totum

bus a se recte ac praeclare gestis, dona Dei videtur quasi deprimere ac nolle agnosci, quod sane a vera pietate alienum est. Et vicissim qui amplectitur, quantum oblatum fuerit, non parum saepe limites modestiae transgredietur. Est praeterea spectandum, ne delatum honoris genus maius sit, quam hominum dignitas queat ferre. Quod ubi accidit, non est tolerandum, ibi enim Deus irascitur severeque vindicat suos honores ab hominibus usurpatos. Herodes est gravissime punitus, cum populus ei voces non homine dignas acclamasset, sed quae Deo convenirent.[634] Eademque culpa merito damnantur Domitianus[635], Nero et plerique alii caesares insolentissimi, qui iam non ut principes, sed instar Dei se voluerunt coli.[636] Quae sunt Dei reddantur Deo et honores humanos recte ac moderate boni viri, cum offeruntur, percipiant. Servetur etiam iustus et rectus modus in honoribus assequendis. Tantum una commendatur via et ratio eaque est bonis effectionibus, quas Graeci dicunt κατορθώματα. Quae hypocritae assimulant dumque se pios et sanctos conantur declarare signis externis, a populo habentur in pretio. Verum de illis Christus dixit: »Receperunt mercedem suam«[637]. Alii vero feruntur eo usque, ut emant honores, quod sane vitium omnibus legibus iustis damnatur et a Latinis dicitur ambitus. Est enim turpissimum largitione corrogare populi suffragia. Hac de re in ff[638] extant multa ad legem Iuliam »De ambitu«.[639] Convicti damnabantur infamia et multa etiam pecuniaria. Suntque poenae huius vitii nonnunquam in Romana republica auctae, quoniam vitium sine modo grassabatur.[640] Quin et ecclesiastici canones leges Romanas

Honores non sint maiores hominum dignitate.

Recta via assequendi honores.

Ambitus.

Simonia.

Z. 22 multa] mulcta z_2 24 Romanas] Romonas z_1, Romanos z_2

nec nihil accipiendo et id, quod accipitur laudis aut honoris, non propter se, qui totus coram Deo esse debet et humana contemnere, sed propter illos accipiatur, quibus consulere non potest, si nimia deiectione uilescat.

634 *Apg 12,21–23* Statuto autem die Herodes vestitus veste regia sedit pro tribunali et contionabatur ad eos. Populus autem adclamabat: Dei voces et non hominis. Confestim autem percussit eum angelus Domini eo, quod non dedisset honorem Deo, et consumptus a vermibus exspiravit.

635 *Domitian (51–96), römischer Kaiser 81–96 als Nachfolger seines Bruders Titus. – NP III 746–750.*

636 *Vgl. Oros. hist. 7,10,4 (CSEL V 464,7f.):* [Domitianus] efferatus superbia, qua se deum coli uellet. *Tac. ann. 15,74 (Fisher ibid.):* Reperio in commentariis senatus Cerialem Anicium consulem designatum pro sententia dixisse ut templum divo Neroni quam maturrime publica pecunia poneretur.

637 *Mt 6,2.*

638 *Das Zeichen* ff *steht hier für* Digesta. *Zur Entstehung dieses Zeichens vgl. Fitting 1876.*

639 *Digest. 48,14 (Mommsen/Krueger 859).*

640 *Vgl. Cic. Planc. 44 (Watts 462).*

imitati sunt et quia istud vitium in ecclesia inolevit plurimum et hodie passim regnat, multa | fuerunt sancita, quae habentur prima, q[uaes- 121 Z_1
tione] 1. per ¦ totam quaestionem et lib[ro] 5. Decretalium de simonia 108 Z_2
et in alio titulo: »Ne praelati vices suas vel ecclesiae sub annuo censu concedant«.[641] Qui dignitates ecclesiasticas vendunt, Ghiezi puerum Helizaei sectantur[642], et qui emunt, Simonem Magum referunt[643]. Neque precium est solum pecunia, sed verba et cuiusvis generis obsequia, si praestentur in eum finem, ut ecclesiastici honores obtineantur.[644] Adeoque patres hoc vitium sunt persequuti, ut contra Simoniacos admiserint accusatores quosvis, etiam infames, turpes, meretrices et alios id genus homines, quod in aliis criminibus deferendis minime toleratur.[645] Est postremo considerandum, ut honoribus adeptis bene utamur. Quod idcirco dixerim, quia passim aliquos videre licet, qui eis abutuntur ad potentiam obtinendam, ad opes comparandas aut voluptates consequendas, ad quae omnia viam sibi per dignitates et honores tam civiles quam ecclesiasticos patefaciunt.

Honoribus adeptis bene utendum.

Haec visa sunt recensenda quo ad eos, qui honores percipiunt. Nunc paucis de his est dicendum, quorum interest alios honore afficere, nam hi quoque monendi sunt, quandoquidem varie ac multipliciter in hoc peccari potest. Nullos arbitror ambigere, ut hi graviter errent, qui iustos et convenientes honores probe ac recte se gerentibus denegant, quos tamen complures esse videmus. Hisque illi sunt multo deteriores, qui honoris loco invidia illos prosequuntur, detrahunt etiam meritis, torquentur et dolent, si eis bene procedere quicquam viderint. Hi sane iniusti et ingratissimi habendi sunt. Nonnulli vero satis liberaliter honore bonos viros afficiunt, sed id agunt ab eis quaerentes vicissim aliquod beneficium, favorem aut auxilium. Et hi proborum virorum benefacta non multum curant, sed tantum illorum bona quaerunt. Unde suum honorem potius vendunt, quam pro virtutibus rependant. Et alios novimus, qui honores probis exhibere satis parati

Quomodo peccetur ab his, quorum interest alios honore afficere.

[641] *Decr. Grat. C. 1 q. 1 (Friedberg 357–407); Decr. Greg. IX 5,3f. (Friedberg 749–768).*

[642] *Decr. Greg. IX 5,3,9 (Friedberg 751):* Si quis autem contra hoc venire praesumpserit, portionem cum Giezi se noverit habiturum, cuius factum exactione turpis muneris imitatur. *Vgl. 2Kön 5,20–27.*

[643] *Decr. Greg. IX 5,3,8 (Friedberg 751):* Unde quisquis contra hoc decretum attentare praesumpserit, tam ille, qui dederit, quam ille, qui receperit vel consenserit, partem se cum Simone non dubitet habiturum. *Vgl. Apg 8,18f.*

[644] *Decr. Greg. IX 5,3,12 (Friedberg 752):* Simoniacum est pro temporali obsequio beneficium ecclesiasticum mittere.

[645] *Decr. Greg. IX 5,3,7 (Friedberg 750):* Simoniacum accusare potest servus, meretrix et criminosi.

sunt, sed perverso iudicio id faciendo utuntur, nam bona illa, quae suspicere deberent, negligunt et quae minoris momenti sunt, admirantur. Si quis bene curet ecclesiam, sanam doctrinam afferat, sancte vivat et bona passim edat exempla, hoc nomine parvi faciunt; sed idem, si callidum aut prudens consilium det ad rem augendam vel quippiam ignotum monstret in agricultura vel in re medica, ibi eum mirantur et
122 Z_1 laudibus in coelum evehunt. Sunt | etiam, qui adulentur et quidem turpissima vitia nominibus virtutum ornantes. Neque desunt, qui dandis honoribus modum non servant, sed illos vel maligne deferunt vel maiores quam oporteat.

Quomodo haec cum sacris literis consentiant.

Haec omnia, quae recensui, sunt diligenter cavenda. Quae cum fuse satis recensuerim, nunc superest, ut ostendam, quomodo Aristotelis
109 Z_2 doctrina literis ¦ divinis consentiat vel ab ipsis discrepet. Principio quidem, cum honos dicitur non esse summum bonum, cum sacris literis nullum est dissidium, quia summum bonum plus aequo non potest appeti, at in honoribus expetendis moderandum est appetitui. »Nolite«, inquit Dominus apostolis, »vocari rabbi aut magistri aut patres, verum id potius curate, ut aliis inserviatis idque submisso et moderato animo«[646]. Deinde Servator noster non pateretur suos fraudari summo bono, cum ad id venerit, ut nos felices faciat. Sed nos quodammodo opprobriis exponit et suos praedixit fore contumeliis afficiendos,[647] quos exemplo suo consolatur, qui semetipsum exinaniverit et forma servi assumpta factus fuerit obediens usque ad mortem et mortem crucis.[648] Quodque statuitur nostrum summum bonum debere firmum esse, proprium et non facile mobile, cum eo facit, quod Paulus inquit ideo salutem nostram et iustificationem constare gratia et fide, non autem operibus, ut firma sit promissio.[649] Honores vero facile auferri, testantur divinae literae, nam Christus dixit nullum prophetam cum honore in patria sua esse.[650] Videmusque sanctos nonnunquam honore affectos, a populo mox ad supplicium postulatos et raptos. Demumque

Z. 18 aliis] alii Z_2 23 ad mortem et mortem] ad mortem Z_2

[646] *Vgl. Mt 23,8–12.*

[647] *Vgl. Joh 16,20* Amen, amen dico vobis, quia plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit.

[648] *Phil 2,6–8* [Christus,] cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Humiliavit semet ipsum factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis.

[649] *Vgl. Röm 4,16.*

[650] *Lk 4,24.*

honorem ex illorum bonorum esse genere, qui alio referantur, divina oracula tradunt: »Quoniam«, dicebat Dominus, »bona opera vestra videant alii et glorificent Patrem vestrum«[651]. Ubi videmus gloriam et honorem non tantum in nobis debere quiescere, sed in divinos honores et laudes referri.

1095b 30–1096a 4 *Constat igitur horum sententia honore praestabiliorem esse virtutem. Et forsitan eam civilis vitae quispiam existimaret potius esse finem, verum et ipsa minus perfecta est. Videtur enim fieri posse, ut is, qui virtute praeditus sit, aut dormiat aut in vita nihil agat. Praete|rea malis aut infortuniis gravibus* 123 Z_1
iactetur. Eum autem, qui ita vivat, felicem appellaverit nemo, nisi qui sibi thesim aliquam defendendam proposuerit. Ac de his quidem satis. Abunde enim de his in Encycliis est dictum. [33*]

Concludit ea, quae de honore dixerat, et de virtute incipit agere, an ipsa sit extrema finis. Propositio est: virtutem non esse summum bonum. Probatur hac ratione:

Summum bonum oportet esse perfectum.
¦ Virtus non est perfecta. 110 Z_2
Quare summum bonum dicenda non est.[652]

Maior propositio liquet, nam si perfectum non sit extremum bonum, in eo non acquiescet noster appetitus, sed aliud aliquod bonum ulterius desiderabit. Minor propositio, nimirum virtutem esse minus perfectam, probatur, quia est habitus, hoc est potentia, non actu, et saepius in subiecto esse potest absque actione, ut quae multis modis possit impediri, somno et occasione sublata, si materia desit, et cum afflictiones morbi et infortunia nos divexant.

[33*] *AG* τάχα δὲ καὶ μᾶλλον ἄν τις τέλος τοῦ πολιτικοῦ βίου ταύτην ὑπολάβοι· φαίνεται δὲ ἀτελεστέρα καὶ αὕτη· δοκεῖ γὰρ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετὴν ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου, καὶ πρὸς τούτοις κακοπαθεῖν καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα· τὸν δ' οὕτω ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, εἰ μὴ θέσιν διαφυλάττων· καὶ περὶ μὲν τούτων ἅλις· ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἴρηται περὶ αὐτῶν· – *AL* Forsitan autem et magis utique finem civilis vite hanc existimet. Videtur enim contingere et dormire habentem virtutem, et non operari per vitam; et cum hiis mala pati, et infortunatum esse plurimum. Ita autem viventem nullus utique felicitabit, nisi posicionem custodiat. Et de hiis quidem igitur satis; sufficienter enim in enumeridiis dictum est de ipsis.

[651] *Mt 5,16.*

[652] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Camestres.

Verum singula haec impedimenta spectemus. Horum primus est somnus, cuius naturam Aristoteles explicat lib[ro] 1. De somno et vigilia statuitque somnum esse vigiliae privationem[653] et usu sensuum vigiliam finit, quoniam eum vigilare dicimus, qui sentiat motus externos.[654] Est ita somnus affectio sentientis partis, qua vincitur et immobilis redditur, a quo modo seu nexu cum exolvitur animans, dicitur vigilare.[655] Unde vero affectio haec oriatur, idem explicat: »Quod vapores ad caput per calorem nativum attollantur ipsumque gravent et ibi refrigerati propter loci distantiam a sede caloris, deorsum rursus fluant et reciprocent instar euripi. Ac descensu eorum, cum iam frigidi sint, calor depellitur ad interiora et animans iacet sepultum et dormit.«[656] Quare nunc vere dicitur per somnum impediri virtutem, ne in actum erumpat, cum in sopore neque sentiri neque moveri possimus.

Virtus quomodo somno impediatur ab actione.

Obstat etiam virtuti, ne agat, opportunitas cum adempta fuerit. Sunt enim aliqui iustitia praediti, alii quoque fortitudine. Sed e|venire potest, ut illi nunquam mandetur ullus magistratus, quo se in iure dicendo exerceat utque optat unicuique reddat suo, quod est iustitiae proprium.[657] Et alter fortasse vivet his temporibus, quibus respublica est pacatissima, nulla geruntur bella nec ipsi datur ansa, ut pro suis, pro patria vel ob honestas causas tuendas ulla subeat et fortiter pericula toleret. Fingito quoque reperiri aliquem ad liberalitatem propensissimum nec non ea virtute praeditum, quam vocamus magnificen-

124 Z_1

Virtus ab actione impeditur ademptis occasionibus.

Z. 6 modo] vinculo $\mathcal{Z}_2$ 17 dicendo] dicundo $\mathcal{Z}_1$

[653] *Arist. somn. vigil. 1, 453b 26f. (Hett 318):* φαίνεται στέρησίς τις ὁ ὕπνος τῆς ἐγρηγόρσεως.

[654] *Arist. somn. vigil. 1, 454a 2–4 (Hett 320):* τὸν δὲ αἰσθανόμενον ἐγρηγορέναι νομίζομεν, καὶ τὸν ἐγρηγορότα πάντα ἢ τῶν ἔξωθέν τινος αἰσθάνεσθαι ἢ τῶν ἐν αὑτῷ κινήσεων.

[655] *Arist. somn. vigil. 1, 454b 9–15 (Hett 322–324):* ὁ γὰρ ὕπνος πάθος τι τοῦ αἰσθητικοῦ μορίου ἐστίν, οἷον δεσμός τις καὶ ἀκινησία, ὥστ' ἀνάγκη πᾶν τὸ καθεῦδον ἔχειν τὸ αἰσθητικὸν μόριον· αἰσθητικὸν δὲ τὸ δυνατὸν αἰσθάνεσθαι κατ' ἐνέργειαν· ἐνεργεῖν δὲ τῇ αἰσθήσει κυρίως καὶ ἁπλῶς ἀδύνατον καθεῦδον ἅμα· διὸ ἀναγκαῖον ὕπνον πάντα ἐγερτὸν εἶναι.

[656] *Arist. somn. vigil. 3, 456b 21–28 (Hett 336):* τὸ δὲ θερμὸν ἑκάστου τῶν ζῴων πρὸς τὸ ἄνω πέφυκε φέρεσθαι· ὅταν δ' ἐν τοῖς ἄνω τόποις γένηται, ἀθρόον πάλιν ἀντιστρέφει καὶ καταφέρεται· […] ἱστάμενον μὲν οὖν βαρύνει καὶ ποιεῖ νυστάζειν· ὅταν δὲ ῥέψῃ κάτω καὶ ἀντιστρέψαν ἀπώσῃ τὸ θερμόν, τότε γίγνεται ὁ ὕπνος καὶ τὸ ζῷον καθεύδει.

[657] *Vgl. Thom. Aqu. STh IIa-IIae q. 57 a. 4 arg. 1 (STO II 599):* Ad iustitiam enim pertinet reddere unicuique quod suum est. *Vgl. auch Ambr. off. 1,24,115 (Davidson 184):* […] iustitiam, quae suum cuique tribuit, alienum non vindicat, utilitatem propriam neglegit ut communem aequitatem custodiat.

tiam. Qui si pauper fuerit, nec habebit, unde possit indigentibus dare vel res magnas, amplas, excelsas splendide faciat.[658]

Morbis et aliis rebus adversis quandoque actio virtutis impeditur.

Aerumnae adhaec, morbi, cruciatus, dolores corporis, adeo vehementes nonnunquam interveniunt, ut, qui in eos incurrant, mente alienentur et ita extra se ponantur, ut quamvis prudentia et sapientia ornatum animum habeant, illis tamen, dum sic afflictantur, uti nequeant. Haec ferme sunt impedimenta, quorum nunc Aristoteles meminit, quae idcirco nunc obiicit, quia si accidant, ut virtutes non desint, earum nihilominus actio intercipitur et hi, quibus virtutes adsunt, occasiones materiamque illarum et prospe¦ram valetudinem atque in- 111 Z_2
strumenta expedita ad recte agendum optabunt, quasi ea desint, quibus eorum felicitas compleri possit, id vero a summi boni natura est alienum, ut quis in eo non omnino acquiescat.

Huc praeterea illud accedit, eum, qui gravibus iactetur infortuniis, magnis calamitatibus obruatur horrendisque divexetur cruciatibus, felicem appellare nil aliud esse, quam a communi sensu longissime discedere.

Thesis quid hic significet Aristoteli.

Quod sane nulli faciunt, nisi qui sibi thesim aliquam defendendam vel pervicaciae vel exercitii causa proposuerit.] Per thesim hoc loco intelligit sententiam vel dogma παράδοξον adversus ea, quae in physica et communi hominum sensu atque opinione sunt percepta, ut Heraclitus[659] dum tuebatur contraria unum ac idem esse; et Parmenides, qui asserebat omnia, quae sunt, unum esse; et Zeno, qui motum funditus tollebat. Haec porro mirabilia sunt et contra sensum opinionemque omnium affirmantur et defenduntur. Similiter iudicat Aristoteles nihiloque minus paradoxon statuere aut nihil agentem aut infortunatissime agentem esse felicem.[660] Hoc inquam nullus diceret ac tueretur, nisi qui

Z. 13 acquiescat] quiescat Z_2

[658] *Vgl. Streb. eth. 19v:* Multos esse, qui liberales, magnifici, patriae servatores, fortes in bello, iusti iure dicundo, clementes in animadvertendo esse velint, sed quod occasione aut materia carent, non esse tales.

[659] *Heraklit von Ephesos (um 500 v. Chr.), herausragender Vertreter der ionischen Philosophie, dessen Lehre nur fragmentarisch in Werken anderer Autoren überliefert ist, die spätere Philosophie (Platon, Stoa) aber stark beeinflusste. – NP V 382–385; DPhA III 573–627.*

[660] *Eustr. graec. (Heylbut 37,28–31):* ὑθέσις γάρ ἐστι παράδοξος ὑπόληψίς τινος τῶν κατὰ φιλοσοφίαν γνωρίμων, ὡς Ἡράκλειτος ἔλεγεν ἓν εἶναι τὰ ἐναντία καὶ Παρμενίδης ἓν τὸ ὂν καὶ Ζήνων μὴ εἶναι κίνησιν· οἷς ὁμοίως παράδοξον καὶ τὸ λέγειν εὐδαίμονα καὶ μακάριον τὸν ἀπρακτοῦντα διὰ βίου καὶ ἀτυχοῦντα τὰ μέγιστα. *Eustr. lat. (Mercken 64,66–71):* Positio enim est improbabilis vel inopinabilis existimatio alicuius eorum qui secundum philosophiam noti sunt, ut Heraclitus dixit unum esse contraria et Parmenides unum ens et Zenon non esse motum. Quibus similiter praeter opinionem est et hoc dicere felicem et beatum non operantem per vitam et infortunatum maxime.

125 Z_1 thesim aut proposi|tum aliquod susceperit defendendum. Existimo autem vos non latere, quid inter illas sententias, quae theses dicuntur et quae hypotheses, intersit. Cicero in Topicis inquit: »Quod Graeci thesim dicunt, nos propositum possumus nominare.«[661] Propositum vero est quaestio nulla persona certa, nullo tempore locove aut negotio comprehensa, ut: sit ne sapientis ad rempub[licam] accedere. Huius generis potest esse thesis, cuius nunc Aristoteles mentionem facit: sit ne sapiens beatus in tormentis.[662] Sed hypothesis (ut idem in eodem loco tradit) quaestio est definita, quam nos causam dicimus. Nam comprehenditur certa persona, loco, tempore certoque negotio.[663] Sed quod magis ad rem praesentem facit, ut per thesim intelligamus propositum παράδοξον, idem Cicero in Paradoxis habet, dicens: »Degustabis genus hoc exercitationum mearum, quibus uti consuevi, cum ea, quae dicantur in scholis θετικά, ad nostrum hoc oratorium dicendi genus transfero.«[664] Ubi nil tam perspicuum est, quam eum velle παράδοξα esse ἐν τοῖς θετικοῖς.

Thesis et hypothesis quid differant.

Nunc vero quando iam verba explicuimus, demonstravimus propositionem et firmamenta eius ostendimus, deinceps nonnulla de re ipsa videnda sunt. Haec opinio, quae summum bonum in ipsa virtute collocat, omnibus, quas hactenus recensuimus, est vero proximior ideoque magnos gravesque habuit patronos. Quomodo vero propius ad veritatem accesserit, hinc facile colligimus, quod nulla est certior firmiorque ad felicitatem praeparatio quam virtus. Nam ex virtutis 112 Z_2 habitu proficiscitur ea actio, quae reipsa statuitur ¦ ab Aristotele felicitas. Proinde virtus erit proxima et vicinissima potentia seu facultas ad felicitatem.

Opinio haec, virtutem esse summum bonum, proxime ad veritatem accedit.

Cur autem ipsa extremum bonum et felicitas esse non possit, satis causae inde est, quod ad ulteriorem finem refertur. Quorsum enim comparamus nobis virtutum habitus, nisi quo facilius expeditiusque

Virtus quare non sit extremum bonum.

Z. 9 quam] qnam $\mathcal{Z}_1$ 19 ipsa] ipsa ipsa $\mathcal{Z}_1$ 29 expeditiusque] expeditusque $\mathcal{Z}_1$

[661] *Cic. top. 79 (Hubbell 444).*

[662] *Den Passus* Propositum […] in tormentis *entlehnt Vermigli dem Kommentar von Strebaeus, der selbst auf Cicero verweist, um die Bedeutung von* θέσις *zu erklären. Vgl. Streb. eth. 20r:* Propositum dicit [Cicero] quaestionem nulla persona certa, nullo tempore locove aut negocio certo comprehensam, ut: sitne sapientis ad remp[ublicam] accedere. Talis est hac in re quaestio: sitne sapiens in tormentis beatus.

[663] *Cic. top. 79f. (Hubbell 444):* Definitum [genus quaestionum] est quod Graeci [appellant], nos causam […]. Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur.

[664] *Cic. parad. 5 (Rackham 256).*

recte agamus? Quare, cum virtus ad actionem dirigatur, actio erit ea potior et magis expetibilis.

Stoicorum obiectio.

Non me latet eos, qui stare solent a Stoicis, consuevisse Peripateticis occurrere dicendo se non accipere virtutem, dum illam summum bonum ponunt, ut est in potentia et sine actu iacet, sed eam sumere, qua cum actione sua coniungitur; et ita rident Aristotelem, qui sibi non obiecerit virtutem nisi ociosam et ab actione recta disiunctam.[665] Videtur primo aspectu nonnullis responsio haec iusta et verisimilis, | at si 126 Z_1
pressius res cogitetur et accuratius in eam introspexerimus, potius latebra est quam vera dissolutio argumenti. Quia, velint nolint, actio et virtus, a qua proficiscitur, distinguuntur. Diversis enim continentur praedicamentis et a se invicem nonnunquam seiunguntur. Nam virtus, cum sit habitus, ad qualitatem spectat,[666] actus vero, quem efficit, sub actionis praedicamento comprehenditur.[667] Ut vero a se mutuo separentur, neminem puto, qui rem expendat attente, nescium, siquidem scientia vel sapientia praeditus neque contemplatur perpetuo neque circa illa, quae scit, semper versatur. Unde fit, ut qui duo pro uno complectantur neque distinguant, facile a scopo, ad quem collimandum est, aberrent et pro absoluta exquisitaque doctrina confusam et parum explicatam sectentur. Aristoteles, dum haec intelligit, a se mutuo distinguit et seponit et eorum, cum alterum videt in alterum referri, id, quod in alteram finem tendit, summam negat esse posse. Quae sententiae illius ratio tam est evidens, ut nil ea magis perspicuum existimem. Verum qui eam convellere nequeunt, argumentum in ipsum Aristotelem retorquent, qui negat idcirco felicitatem in virtute positam, quod virtus facile ac multis modis impediatur.

Alia obiectio: actionem perfectissimam impediri et ideo non esse extremum bonum.

Si tibi hoc, inquiunt, tantopere placet, nec actionem sane perfectissimam poteris tueri summum bonum esse, quandoquidem illa etiam totidem impedimentis est obnoxia, quod virtuti obieceras. Nam qui dormit, non contemplatur, nec idem facere potest qui cruciatibus gravissimis torquetur, et pericula obire non potest, qui degit in tranquillis et pacatis rebus publicis. Proinde qui dicis virtutem his de causis non esse bonum extremum, idem dices actionem perfectissimam pro felicitate non habendam.[668] Veri porro speciem habet, quod obiicitur, sed

Z. 23 sententiae] sententia Z_1

[665] *Ob Vermigli eine bestimmte stoisch beeinflusste Quelle im Blick hat, bleibt unklar.*

[666] *Arist. cat. 8, 8b 26f. (Cook 62):* ἓν μὲν οὖν εἶδος ποιότητος ἕξις καὶ διάθεσις λεγέσθωσαν.

[667] *Vgl. Arist. cat. 4, 2a 3f. (Cook 18).*

[668] *Ob Vermigli eine bestimmte stoisch beeinflusste Quelle im Blick hat, bleibt unklar.*

113 Z_2 nihil efficit, quia facile Peripatetici annuent acti¦onem illam absolutissimam, quam felicitatem praedicant, non esse continentem, ita ut interrumpi nequeat, sed id non concederent, quando est, felicitatem non esse et multo minus dabunt eam in finem praestabiliorem referri. Quorum utrunque de habitu, quae est virtus, dici non potest, nam is, ut in homine dormiente sit aut divexato atrocissimis doloribus, nec felicitas dici potest nec illum beare, in cuius animo inest, etenim habitus actione detracta manere potest, verum actio impedita, ne erumpat, nec est neque manet. Et adhaec habitus, dum impeditus manet, quis non vi-
127 Z_1 deat, in actionem adhuc referri, cum ad eam inclinat ani|mum et appetitionem? Praeterea nostra felicitas ea debet statui, quae ad divinam quam maxime accedat. Deus vero cum non tantum sit perfectus, verum ipsa perfectio actu, non potentia, reipsa non in habitu felicitatem habet, ideo et nostra felicitas erit actio, quam tamen par est, ut minor sit Dei beatitudine, quod ex eo evenit, quia eius actus deficere non potest, at noster non parum saepe interrumpitur.[669] Et quod Aristoteles modo scribit de virtute, nempe eam non esse felicitatem, idem Ethicorum 10. tenet.[670]

Alia obiectio: virtutis actionem tantum in animo esse.

Post ea, quae iam diximus, etiam illorum cavillus refellendus est, qui rident argumentum adductum de impedimentis, quibus actio virtutum reprimitur, ne sit in effectu. Fingitis, inquiunt, virtutum opus pertinere ad corpus, at non ita est, quia in animo tota est actio virtutis et in eo plena et perfecta consistit, nil ad eam vel corporis bona vel fortunae instrumenta.[671] Et sane pauper liberalis esse potest optando illis dare, quibus largiendum censet,[672] nec non in mediis cruciatibus atque in ipsis flammis metus magis resplendet et evadit multo gloriosior.[673] In quam sententiam Seneca ad Lucillum epistola 79. multa scribit et ait inter caetera: »In lecto quoque virtus habet locum. Vincas morbum

Z. 22 animo] anima Z_2

669 *Vgl. Arist. eth. Nic. 10,8, 1178b 25–27 (Bywater 217):* τοῖς μὲν γὰρ θεοῖς ἅπας ὁ βίος μακάριος, τοῖς δ' ἀνθρώποις, ἐφ' ὅσον ὁμοίωμά τι τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ὑπάρχει.

670 *Arist. eth. Nic. 10,6, 1176a 33–35 (Bywater 211):* εἴπομεν δὴ ὅτι [εὐδαιμονία] οὐκ ἔστιν ἕξις· καὶ γὰρ τῷ καθεύδοντι διὰ βίου ὑπάρχοι ἄν, φυτῶν ζῶντι βίον, καὶ τῷ δυστυχοῦντι τὰ μέγιστα.

671 *Vgl. Tal. eth. 1028:* A Stoicis […] Aristoteles vehementer hoc loco vexatur et dormire somniareque dicitur, quod actio virtutis tota animo contineatur, non corporis aut fortunae instrumentis.

672 *Vgl. Tal. eth. 1028:* Imo vero pauperrimus idem et liberalissimus esse potest et haec virtus non in arca, sed in animo est.

673 *Vgl. Tal. eth. 1029:* In nostra religione nihil gloriosius feliciusque sit martyrio, cruce, incendio caeterisque palmariis tormentorum coronis.

forti animo, quoniam si alii, qui adsunt, excelsum, magnum et erectum in cruciatibus viderint, mirabuntur nitorem virtutis tuque, dum sic divexaris, eos recte institues ac non solum te ipsum virtute, sed illos quoque plurimum iuvabis.«[674]

Qualia haec sint iam propius contemplemur. Petunt actionem virtutis in animo totam plenam et perfectam esse. Id nos pernegamus, quia, si explicetur habitus natura, ea nil est aliud quam inducta qualitas exercitatione diuturna, cuius beneficio animi et corporis facultates ad agendum redduntur magis expeditae atque idoneae. Neque virtus in animo duntaxat suam explicat actionem. Qui dicunt potui, cibo, Veneri et horum similibus virtutem moderari, iidem dicent actionem eius virtutis in corpore quoque, non solum in animo explicari. De fortitudine, liberalitate atque permultis aliis virtuti¦bus licet idem profere, ut ostendatur corpus et bona fortunae non fuisse a Deo generi nostro concessa. Verum isti fortasse persuasum habent hominis naturam solum in animo compleri et perfectam esse, quod, ut sit a vero alienum, vosipsi me tacente intelligitis. Pauper, inquiunt, liberalis esse potest, dum largiri optat quibus dandum iudicaverit. Sed de Stoicis istis velim audire, an virtute praediti, cum impediuntur et ex illa | optant agere, cur id expetant, nonne causa beatitudinis? Hoc si negarint, indicabunt se parum prudentes, qui ea cupiant, quae in bonum extremum non referant. Sin annuerint felicitatis opera illa optare, licebit dicere felicitatem non in virtute, sed in actione perfecte haberi. In mediis flammis et atrocissimis cruciatibus virtutem splendere ac magis gloriosam esse facile dabo et illum, qui forti animo ista ferat, laudibus una cum viris bonis et prudentibus efferam, sed ita, ut negem interea solida perfectaque frui felicitate. Suo exemplo recte alios instituet et docebit, non tamen perfecte ac omnibus modis erit beatus. Haec adeo vera sunt, ut et hi, qui Stoicam disciplinam sunt professi, tandem, velint nolint, in hanc sententiam pedibus eant. Nam Cicero Tusculana 5. ab initio inquit: »Si virtus tantarum virium non est, ut seipsam tueatur, vereor, ne non tam virtutis fiducia nitendum nobis ad spem beate vivendi quam vota facienda videatur. Equidem eos casus, in quibus me fortuna vehementer exercuit, mecum ipse considerans huic incipio sententiae diffidere, interdum etiam humani generis imbecillitatem fragilitatemque extimescere. Vereor enim, ne natura, cum cor-

114 Z_2

128 Z_1

Stoici aliquo modo in hanc sententiam discedunt.

[674] *Vgl. Sen. epist. 78,20f. (Rosenbach IV 140):* Est, mihi crede, uirtuti etiam in lectulo locus. […] Habes, quod agas: bene luctare cum morbo. Si nihil te coegerit, si nihil exorauerit, insigne proderis exemplum. O quam magna erat gloriae materia, si spectaremur aegri! ipse te specta, ipse te lauda.

pora nobis infirma dedisset iisque et morbos insanabiles et dolores intolerabiles adiunxisset, animos quoque dederit corporum doloribus congruentes et separatim suis angoribus et molestiis implicatos. Sed in hoc me ipse castigo, quod ex aliorum et ex nostra fortasse mollitie, non ex ipsa virtute, de virtutis robore existimo«[675] etc. Ut dubitet et propemodum in hanc sententiam discedat, his verbis luculenter expressit nec refert, quod subdat correctionem se adhibere, quoniam ea incerta est, et »fortasse« additur, quae dubitationis est nota. Deinde quid tam certum est, quam ipsum Ciceronem 4. De finibus contra Catonem disseruisse,[676] qui prius in 3. sententiam Zenonis et Stoicorum laudibus in coelum extulerat.[677] Quin et Stoici ut una virtute se beatos fieri praedicarint, in ea tamen una non acquiescebant, verum corporis vires, integritatem sensuum, dignitates, opes et horum similia προηγμένα dixerunt, quae Cicero producta, promota seu praecipua et praeposita vocat,[678] ex quarum vocum significatione si velimus urgere Stoicos, eos dicemus plus huic generi rerum tribuere quam Peripateticos, ut qui ea praecipua et praeposita nominent, cum Peripatetici ea quidem appellent bona, gradus nihilominus infi¦mi et quae non sint plurimi, cum rectis et honestis collata, ideoque in tempore contem|nenda nec expetenda magnopere. Scio quidem Stoicos ista praecipua et praeposita vocare, dum suis comparantur contrariis, non quando cum virtutibus comparantur, sed tamen suis novis et factis vocibus, huic rerum ordini plurimum dant, cum ista commoda, praeposita, praecipua dicant. Et eorum opposita Graece ἀποπροηγμένα, quae dixeris incommoda Latine ac reiecta.[679] Quamobrem, ut Stoici velint cum Peripateticis oratione pugnare, attamen cum illis ratione ac reipsa consentiunt.[680] Mag-

Stoici non acquiescebant in virtute.

115 Z_2 129 Z_1

Z. 15 velimus] velimas Z_2

[675] *Cic. tusc. 5,1,2–4 (King 426).*

[676] *Vgl. Cic. fin. 4,38 (Rackham 340):* Cum praesertim ipse quoque animus non inane nescio quid sit […] sed in quodam genere corporis, ut ne is quidem virtute una contentus sit sed appetat vacuitatem doloris. […] Illa perfecta atque plena eorum qui, cum de hominis summo bono quaererent, nullam in eo neque animi neque corporis partem vacuam tutela reliquerunt.

[677] *Vgl. Cic. fin. 3,42 (Rackham 260–262):* Eorum [Stoicorum] autem qui dolorem in malis non habent ratio cogit ut in omnibus tormentis conservetur beata vita sapienti.

[678] *Cic. fin. 2,52 (Rackham 270–272):* In vita non ea quae primo ordine sunt, sed ea, quae secundum locum obtinent, προηγμένα, id est, producta nominentur; quae vel ita appellemus (id erit verbum e verbo) vel promota et remota vel ut dudum diximus praeposita vel praecipua.

[679] *Vgl. Cic. fin. 2,52 (Rackham 272); Cic. fin. 4,72 (Rackham 378).*

[680] *Cic. fin. 4,72 (Rackhnam 378):* »Ista, inquit, quae dixisti, valere, locupletem esse, non dolere, bona non dico sed dicam Graece προηγμένα, Latine autem producta […];

nifico sermonis genere Stoici gaudent et verbis duntaxat ἀπάθειαν inducunt, quam cum deinceps ad rem venitur, omnes experiuntur a sensibus et probatis moribus alienam nec non a viribus humanis valde longinquam. Neque arbitror pertranseunda leviter, quae paulo ante citabam ex 5. Tusculana: si, inquit Cicero, virtus in se non habuerit satis praesidii, iam vota esse facienda. Quid audimus? An si virtus sibi ipsi fuerit satis, nil iam optandum vel a Deo petendum, quasi totum in nobis situm habeamus? Siccine pluris faciendo virtutem quam par sit, virtutum optimam pietatem invocatione Dei sublata tollet? Certe sic Stoici denique senserunt. Seneca enim scribit Iovem[681] non plus posse quam virum bonum.[682] Proinde non tam magnifica oratione Stoici usi sunt, quam dogmate omnino a religione alieno. Quod non idcirco dico, quasi studeam opinionem Aristotelis, de qua postea suo loco agetur, piam et religiosam praedicare, sed ut moneam Stoicos non ita suspiciendos, quasi suam laudando virtutem, quam proxime, ut nonnulli putant, ad dogma christianum accesserint.[683]

Stoicorum dogma alienum a religione.

Stoicis nihilominus hac in parte plus concedam quam Epicureis, quod suae sententiae dicant propemodum semper consentanea, cum Epicurei ea nonnunquam affirment, quae suis thesibus non sunt consequentia.[684] Quoniam enim Epicurus dolorem habet in summo malo et voluptatem etiam corporis aut vacuitatem doloris in summo bono ponat, si torqueatur vel descendat in Phalaridis taurum[685] et dicat: »Ut hoc est suave«, quemadmodum iactat suum sapientem dicturum,[686] inconstantissime proculdubio loquetur et quae inter sese nullo modo

Stoicis plus tribuendum quam Epicureis.

Z. 5 Tusculana] Tusc[ulana] Z_2 20 Quoniam enim] Quoniam Z_2 20 habet] habeat Z_2

illa autem, morbum, egestatem, dolorem, non appello mala sed si libet reiectanea. […]« Quid ait Aristoteles reliquique Platonis alumni? Se omnia quae secundum naturam sint bona appellare, quae autem contra mala. Videsne igitur Zenonem tuum cum Aristone verbis consistere, re dissidere; cum Aristotele et illis re consentire, verbis discrepare?

681 *Jupiter, oberster Gott des römischen Pantheons. – NP VI 77–83.*

682 *Sen. epist. 73,12 (Rosenbach IV 58):* Solebat Sextius dicere Iouem plus non posse quam bonum uirum.

683 *Dies ist die Meinung des Strebaeus, vgl. Streb. eth. 19v:* Melior est et ad nostram religionem aptior illa [opinio] Stoicorum.

684 *Vgl. Cic. tusc. 5,9,26 (Kĩng 452):* [Epicurus,] qui multa praeclara saepe dicit; quam enim sibi constanter convenienterque dicat non laborat.

685 *Phalaris, ca. 570–555 v. Chr. Tyrann von Akragas, soll seine Feinde jeweils in einem ehernen Stier geröstet haben. – NP IX 726.*

686 *Vgl. Cic. tusc. 2,7,17 (Kĩng 164):* In Phalaridis tauro si erit [Epicurus], dicet: Quam suave est, quam hoc non curo! *Diog. Laert. vit. 10,118 (Hicks II 644):* κἂν στρεβλωθῇ δ' ὁ σοφός, εἶναι αὐτὸν εὐδαίμονα.

congruant.[687] Hae voces tam gloriosae ac memorandae relinquantur Stoicis, qui suas virtutes adeo praedicent, ut sapientem illis praeditum nunquam beatitudine censeant destituendum. Neque possunt in animum inducere, ut, cum felicitas perpetuo comitetur virtutes, illas tum
130 Z_1 de|seret et ipsis ingredientibus carcerem in eius limine restitet,[688] quasi ei non liceat ingredi tristem locum, neque ut aiebat Theophrastus[689] in equuleum vel rotam ascendere.[690] Certe fuit Theophrastus longe pru-
116 Z_2 dentior Epicuro, qui enim vidit ex ¦ Peripateticorum doctrina requiri ad civilem felicitatem, de qua modo agimus, et corporis et externa bona, idem intellexit, non posse fieri, ut vel sapientissimus in cruciatu et aerumna sit beatus.[691] At Epicurus, cui placuit summum bonum, quale iam exposuimus, neque consentanea neque consequentia suo proposito dicet, dum tam magnifice loquitur adeoque splendida sententia utitur. Non tamen hoc mirum, quia dialecticam, quae est recta disputandi ratio, contempsit.[692] Sed hac de re satis multa.

Quid de his rebus tradant sacrae literae.

Quid vero ad haec divinae literae? Virtutum sane mentionem non faciunt, cum hominis felicitatem ostendunt. In Psalmo, quo commemoratur opinio vulgi existimantis felicem illum, qui sit copiosus et infinita bonorum huius mundi abundantia sit refertus, voce Dei secus monemur. Etenim subditur: »Beata gens, cuius est Dominus Deus eius«[693]. Hic actus non potentia praedicatur. »Beatus vir, qui timet Dominum, beatus vir in lege Domini meditatur«[694]; »Beati, qui ambulant

Z. 1 relinquantur] reliquantur Z_2 20 monemur] movemur Z_2 22–S. 210.1 meditatur ... Domini] *om.* Z_2

[687] *Vgl. Cic. tusc. 5,9,26 (King 452):* Quid melius quam fortunam exiguam intervenire sapienti? sed hoc isne dicit, qui, cum dolorem non modo maximum malum, sed solum malum etiam dixerit, toto corpore opprimi possit doloribus acerrimis tum, cum maxime contra fortunam glorietur?

[688] *Vgl. Cic. tusc. 5,5,13 (King 436):* Solane beata vita, quaeso, relinquitur extra ostium limenque carceris, cum constantia, gravitas, fortitudo, sapientia reliquaeque virtutes rapiantur ad tortorem nullumque recusent nec supplicium nec dolorem?

[689] *Theophrastos (ca. 371/70–287/86 v. Chr.), peripatetischer Philosoph, Schüler des Aristoteles und nach dessen Tod sein Nachfolger als Schulleiter. – NP XII/1 385–393; GGL II/1 60–68.*

[690] *Cic. tusc. 5,9,24 (King 450):* Putatur [Theophrastus] dicere in rotam beatam vitam non escendere.

[691] *Cic. tusc. 5,9,24 (King 450):* Multa disputat [Theophrastus], quam ob rem is, qui crucietur, beatus esse non possit.

[692] *Vgl. Cic. fin. 1,63 (Rackham 66):* In dialectica autem vestra nullam existimavit [Epicurus] esse nec ad melius vivendum nec ad commodius disserendum vim. *Diog. Laert. vit. 10,31 (Hicks II 560):* Τὴν διαλεκτικὴν ὡς παρέλκουσαν ἀποδοκιμάζουσιν· ἀρκεῖν γὰρ τοὺς φυσικοὺς χωρεῖν κατὰ τοὺς τῶν πραγμάτων φθόγγους.

[693] *Ps 33,12 (Vulg. 32,12).*

[694] *Vgl. Ps 112,1 (Vulg. 111,1) und Ps 1,2.*

Bonos habitus posse inutiles esse.

in lege Domini«[695]. Bonos adhaec habitus posse interdum ociari ac esse inutiles, inde perspicuum est, quod Paulus monet, ut gratiam videamus, ne frustra receperimus.[696] Et Timotheum admonet Paulus, ut dona, quae in se iam habebat per impositionem manuum presbyteri, excitaret.[697] Cum itaque dona Spiritus, quae praestabiliora sunt moralibus virtutibus, referuntur ad actionem, ut alii iuventur et instruantur, alioquin ob ipsa meliores non evadimus, id multo verius ac certius de humanis virtutibus est sentiendum. Deinceps, cum dicitur ab Aristotele calamitates et aerumnas impedire, quo minus homines habendi sint felices, id si cogitetur per se, ut dicitur absque ulla distinctione, divinis literis non consentit, quoniam qui pro Christo patiuntur, in summa penuria sunt et gravissimis poenis afficiuntur, ea beatitudine fruuntur, quam, dum hic vivimus, habere licet, quia illi peccata non imputantur et ad aeternam vitam eorum animus et corpus tum maxime instauratur. Sed quoniam haec felicitas vitae huius non plena est, sed inchoata, ideo concedemus sanctos, qui sic afflictantur, in beatitudine perfecta et absoluta non esse, cum eam iam expectent, in qua nil huiusmodi angustiarum sentient. Divina quippe oracula dicunt: »Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum nec erit amplius luctus neque clamor; nam haec priora transierunt.«[698] Quare dicemus cum | Aristotele inter perfectam et plenam felicitatem et aerumnas atque calamitates minime congruere, quae tamen felicitati, quam hic habemus inchoatam, minime adversantur. Et Paulus adeo vidit huius vitae incommoda repugnare perfectae beatitudini et se non pati simul, ut dixerit ad Corinthios: »Mortui si non resurgunt, sumus omnibus hominibus infeliciores«[699]. Quod si Christus beatos praedicavit lugentes et qui persequutionem ¦ paterentur ob ipsius nomen,[700] id non sic intelligendum, quasi beati simus, quia ploramus vel gemimus et persequutionem patimur, sed quia post haec expectamus meliora et

Calamitates an impediant homines, quo minus sint felices.

131 Z_1

117 Z_2

Z. 12 ea] ea tamen Z_2 13 illi] illis Z_2 15 instauratur] instaurantur Z_2 17 iam] iam iam Z_1

695 *Ps 119,1 (Vulg. 118,1).*

696 *2Kor 6,1* Adiuvantes autem et exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

697 *1Tim 4,14* Noli neglegere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum inpositione manuum presbyterii.

698 *Offb 21,4.*

699 *1Kor 15,19* Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

700 *Vgl. Joh 15,20f.* Si me persecuti sunt, et vos persequentur […]. Sed haec omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum, qui misit me. *Joh 16,20* Amen, amen dico vobis, quia plorabitis et flebitis vos, mundus autem gaudebit.

spe servati sumus. Neque diffiteor in mediis angustiis carnis Deum suis admirabiles adhibere consolationes, quas mihi persuadeo vincere omnes iucunditates civilis felicitatis; non tamen ex eo fit, cum illis calamitatibus perfectam esse felicitatem. Paulus ita Christi athletas consolabatur: »Non«, inquit, »ea, quae hoc tempore patimur, sunt paria et eiusdem aestimationis cum his, quae in nobis tandem patefient, quando cum Christo una regnabimus.«[701] Aristoteles autem, ut dicit, sentire coactus est, quia futuram ignoravit beatitudinem et cernebat, quam tractabat civilem, ab adversis casibus inque afflictis rebus obscurari et imminui. Neque illi cognitae fuerunt illae coelestes consolationes, quas Deus supra naturae vires confessoribus veritatis in ipsis cruciatibus affert. Unde, si quo ad hoc Stoici videntur nonnihil a nobis non discedere, id temere fecerunt, cum ipsi quoque de futura vita nihil sciverint neque Dei consolationes in mediis aerumnis et morte unquam fuerint experti. Sed his omissis ad verba philosophi nos denuo recipiamus.

Encyclia Aristotelis.

Abunde enim de his in Encycliis est dictum.] De his Encycliis, ut in re dubia fieri solet, multi varia sunt commenti. Visum est aliquibus et his quidem non indoctis, nam inter eos est Eustratius, carmina quaedam ab Aristotele fuisse conscripta, quae terminabantur illo elemento, a quo initium ceperant.[702] Et alii crediderunt gymnasticas designari congressiones.[703] Nam philosophi nonnunquam magna auditorum corona disputabant. Et quod Romani dixerunt coronam, Graeci appellarunt aliquando κύκλον. Nec desunt, qui scripta haec ad encyclopaediam fecisse opinentur, hoc est ad disciplinarum liberalium orbem.[704] Nam fuit antiquitus et hodie deberet esse ductus quidam scientiae ex multis disciplinis. Verum hac de re quicquid sit, id citra controversiam est, Diogenem Laertium scribere Aristotelem duos libros Encycliorum

[701] *Vgl. Röm 8,18* Existimo enim, quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur in nobis.

[702] *Eustr. graec. (Heylbut 37,33–36):* Φασὶ τὸν Ἀριστοτέλην ἔπη τινὰ ἐκθέσθαι ἐπίτηδες κατά τινα ἀριθμὸν συμποσούμενα ἐν ἑτέρᾳ καὶ ἑτέρᾳ θέσει καὶ τάξει, ὧν ἑκάστη ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τε ἤρχετο καὶ εἰς τὸ αὐτὸ κατέληγε· διὸ καὶ ἐγκύκλια ταῦτα ὠνόμασεν […]. *Eustr. lat. (Mercken 64f.,72–78):* Aiunt Aristotelem verba quaedam tradidisse apte secundum quemdam numerum coaequata in altera et altera posistione et ordine, quarum positionum unaquaeque ab eodem incepit et in idem finivit. Propter quod et enkyclia haec nominaverunt […].

[703] *Vgl. Streb. eth. 20r:* Quae sunt encyclia, de quibus facit hic mentionem? Alii dixerunt circularia, alii coronas, alii conversiones, alii gymnasticas congressiones […].

[704] *Streb. eth. 20r:* Aristotelis encyclia rediguntur in ordinem librorum, qui disserendi ratiocinandique scientiam docent, quemadmodum illius opus de doctrina, quod in illis varia tractarentur et ad encyclopaedian, id est orbem disciplinarum, pertinentia.

scripsisse,[705] qui una cum plerisque philosophi huius lucubrationibus | 132 Z_1
perierint. Cur autem sic eos inscripserit, nosse haud magni refert. Exigit attamen loci huius oratio, ut cogitemus in eis de felicitate complura fuisse praecepta nec non de natura virtutis, possit ne interdum esse ociosa et an in tormentis atque gravissimis doloribus hominem beatum redderet vel ipsum a miseria et infelicitate vendicaret.[706]

1096a 4–5 *Tertium vitae genus est contemplans, de quo in his, quae sequuntur, agemus.* [34*]

Quare vitam contemplantem in sequentia differat.

¦ Tria vitae genera, quae Aristoteles ab initio proposuerat, haec sane 118 Z_2
fuerunt: voluptuarium, civile atque contemplans. Ac de voluptuario iam est dictum nec non de civili. Restaret itaque θεωρητικόν tractandum, quod in sequentia differt, quoniam hic illas duntaxat opiniones recenset, quae sunt refellendae, quo illis explosis facilius ei sit exponere suam sententiam, contemplandi vero munus a felicitate humana reiici non potest. Ideo postea, inquit, eius habebitur accurata consideratio atque in 10. libro, quod modo pollicetur, praestitit.[707] Accedit huc genus illud felicitatis, quod est in contemplatione, alterum genus prius exigere, illud nimirum, quod in agendo situm est, ideo prius de felici actione hominum scribet, deinde beatam eorundem patefaciet contemplationem. In his generibus vitae disponendis ordinem eiusmodi conservavit, ut minus digna et imperfectiora prius recensuerit et deinceps ascenderit ad praestantiora. De voluptate ante omnia egit, quod haec opinio crassior caeteris fuerit. Deinde ad civiles orationem transtulit, qui partim honores, partim virtutem pro bono extremo habent. Nunc vero ad summum ac perfectissimum gradum assurgeret pertractandum, quod fieri non potest, nisi antea de omnibus virtutibus singillatim dicatur. Vitam intelligit modum conversandi in corpore iuxta huma-

Ordo in disponendis vitae generibus ab Aristotele servatus.

[34*] *AG* τρίτος δ' ἐστὶν ὁ θεωρητικός, ὑπὲρ οὗ τὴν ἐπίσκεψιν ἐν τοῖς ἑπομένοις ποιησόμεθα· – *AL* Tercia autem est contemplativa, de qua perscrutacionem in sequentibus faciemus.

[705] *Diog. Laert. vit. 5,26 (Hicks I 472).*

[706] *Vgl. Streb. eth. 20r:* Aristoteles scripsit encycliorum libros duos, author est Diogenes Laertius. Perierunt cum multis, quos idem commemorat. […] Cur ita vocentur, non est hic locus inquirendi. Satis est hoc tenere, in encycliorum duobus libris Aristotelem disputasse de beatitudine, de virtute ociosa, de virtute in calamitate.

[707] *Vgl. Arist. eth. Nic. 10,7f., 1177a 12–1178b 32 (Bywater 212–217).*

num delectum.[708] Etenim, quia conversandi rationem et agendi alii aliam sibi delegerunt, diversa vitae genera ortum habuerunt.

Quaestuosa autem violenta quaedam est vita. Atque divitiae non sunt, quod quaerimus, bonum. Utiles enim et propter aliud.[35*] 1096a 5–7

Vitae genera (ut vidimus) tria numeravit et opiniones recensuit, quae prae caeteris eminebant, nec tamen divitiarum mentionem fecerat. | Ne igitur illas praetereat, cum eas permulti homines et quidem non vulgares ut summum bonum admirentur, nunc ipsarum mentionem fecit et a felicitate duplici ratione removet. Prima, quod ad violentiam pertineant. Non enim, quod violentum est, habet felicitatis rationem. Divitiarum vero possessionem et adeptionem rem violentam esse non quidem probat, sed usus et experientia nos docet. Summas enim et amplissimas divitias nullus vel acquirere vel retinere diu potest, nisi vis et quidem non levis adhibeatur. Ratio altera est, quod sunt utiles et in aliud referunt, quare illarum conditio est servilis. Etenim ad hoc illas habemus, ut alia subministrent, quae cupimus, nec ¦ illas quisquam vel pili faceret,[709] nisi utiles, ad quae vellet, esse intelligeret. Hoc autem ut alienum sit a ratione summi boni, omnes hi non ignorant, qui illud per se ipsum intelligunt persequendum. Attingit obiter Eustrathius defensionem quandam philosophiae, occasionem arripiens ex hoc Aristotelis posteriori argumento. Ideo enim dixit divitias non esse felicitatem, quod sint utiles. »Hinc«, inquit, »apparet, quam misere hallucinentur, qui philosophiam spernunt eo nomine, quod sit inutilis, neque intelligunt hanc esse boni supremi rationem, ut in nullum aliud bonum referatur. Haec summa est philosophiae laus, quae prae caeteris institutis id habeat, ut a nulla quapiam re alia pendeat, sed se ipsa contenta caetera omnia, quae bona sunt et existimantur, dirigat et gubernet. Unde, si quis bonus fuerit aestimator et iudex, facile intel-

Divitiae a felicitate removentur.

Philosophiae defensio.

133 Z_1 119 Z_2

Z. 15 referunt] referuntur ζ_2

[35*] *AG* ὁ δὲ χρηματιστὴς βίαιός τις ἐστίν, καὶ ὁ πλοῦτος δῆλον ὅτι οὐ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν· χρήσιμον γὰρ καὶ ἄλλου χάριν· – *AL* Pecuniosus autem violentus quis est, et divicie non sunt quod queritur bonum. Utiles enim sunt et alterius gracia.

[708] *Eustr. graec. (Heylbut 38,8f.):* βίους δὲ ὀνομάζει πάντως τοὺς τρόπους τῆς μετὰ σώματος κατὰ γῆν ἀνθρώπου διαγωγῆς. *Eustr. lat. (Mercken 65,87f.):* Vitas autem nominat omnino modos conversationis hominis in corpore.

[709] *Vgl. Erasm. adag. 704 (ASD II/2 234,114f.):* Est Latinis haec familiaris hyperbole Non facio pili. Ne pilo quidem melior, cum minimum quiddam momenti significant.

liget viros civiles, qui rempub[licam] administrant, ei cum primis inservire. Nam omnes in hunc finem civitatibus, quae ad vivendum sufficiant, ocium et pacem comparant, ut civibus vacet ex virtute vivere et divinis ac naturalibus contemplationibus se oblectare, quae maxime ad philosophiam pertinent. Plurimum igitur falluntur, qui divitias in summo habent honore, quod ad omnia sint utiles.«[710] Id si Midas[711] ob oculos habuisset, non sic studio congerendarum divitiarum se addixisset, ut merito χρυσομανής dictus fuerit.[712] Neque inter principes ac reges ille unus est taxandus, cum maxima iam eorum pars hoc vitio laboret, qui tamen potuissent non solum his duabus Aristotelis rationibus admoneri, sed multis aliis, ut aliquem modum suae cupiditati ponerent. Nam absque ratione boni genus tanti fit, quod externum est et nil propemodum ad animum pertinet, sed tantum instrumentis accensetur, quibus homines iuventur ad agenda, | quae proposuerint. 134 Z_1 Dementat item homines hoc boni genus, si accesserit imprudentes, laborant de acquirendis divitiis plurimum, non autem de filiis, quibus eas sunt relicturi, neque de seipsis, qui sunt usuri. Sunt ut ille, qui multos calceos habere voluit et interea loci negligebat pedes.[713] Praeterea earum ingenium est anceps, ut non minus pravis cupiditatibus et sceleribus perpetrandis inserviant, quam honestis et rectis officiis. Deinde si virtus ideo summum bonum non est, quod et dormientibus et calamitosis adesse queat, quos nullus prudenter iudicans felices diceret, quomodo felicitas opibus attribuetur, cum possideantur non raro

Rationes, quare divitiae non sint extremum bonum.

[710] *Eustr. graec. (Heylbut 38,30–39,4):* διὸ καὶ οἱ τὴν φιλοσοφίαν ὡς ἄχρηστον διαβάλλοντες καὶ τούτου ἕνεκα πειρώμενοι αὐτὴν ἀποβάλλεσθαι, ἔλαθον ἑαυτοὺς πάσης αὐτὴν ὑπερτιθέντες ἐπιτηδεύσεως· οὐ γὰρ ἀνέχεται ὑφ' ἕτερόν τι ἀνάγεσθαι καὶ πρὸς ἄλλο λυσιτελεῖν πάντα τἄλλα ὑφ' ἑαυτὴν ἔχουσα, ὡς ἀνθρώπου ζωῇ καὶ ψυχῇ συμβαλλόμενα πρὸς τὴν ταύτης κατόρθωσιν ὅσα δοκεῖ τοῖς χαρίεσσιν ἀγαθά· διὸ καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐν ταῖς εὐνομουμέναις τῶν πόλεων ἔστιν εὑρεῖν τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας ὑπηρετικούς τινας τοῖς σοφοῖς γινομένους, ὅπως ἄδειαν ἔχοντες ἀνεμποδίστως ἐνασχολῶνται τοῖς θεωρήμασι· καὶ ἄλλως δ' ἄν τις ἴδοι τὸν πλοῦτον μὴ ὄντα τὸ ζητούμενον ἀγαθόν, διότι θυραῖον καὶ ὀργανικόν ἐστι καὶ ἐπαμφοτερίζον ἐπὶ τὴν χρῆσιν, ὡς καὶ πρὸς χρηστότητα ὂν καὶ φαυλότητα πρόφασις. *Eustr. lat. (Mercken 66f.,13–25).*

[711] *Der phrygische König Midas (um 700 v. Chr.) wurde zu einer wichtigen mythischen Figur der griechisch-römischen Literatur. – NP VIII 154f.*

[712] *Diese Bezeichnung des Midas fügte Giovanni Bernardo Feliciano seiner Übersetzung des Kommentars von Eustratius hinzu, vgl. Felic. mor. Nic. 12v:* […] Midas Phrygius, [qui ob nimiam auri aviditatem χρυσομανής, id est aurifurens, cognominatus est]. *Vgl. Tzetz. hist. 6,72,674 (Leone 237):* Μίδας γὰρ ὁ χρυσομανής […].

[713] *Vgl. Plut. mor. 465A (Babbitt et al. VI 168):* οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει κάλτιος. *Erasm. adag. 3377 (ASD II/7 222,926f.):* Plutarchus utitur [hac sententia] ad hunc modum: si diuitiae reliquaque fortunae munera non tollunt morbos corporis, quanto minus mederi possunt animi malis.

a miserrimis hominibus, imo potius a monstris et prodigiis, quibus odio sunt omnes honestae artes et omnes virtutes? Honori, et quidem iure, negatum est, ne ut beatitudo habeatur, quod non sit in eorum potestate, qui honore afficiuntur. Quod si dicimus, de divitiis proculdubio idem constituemus, cum periculis infinitis obnoxia sit earum possessio, eodem fere momento eripiuntur et acquiruntur. ¦ Iactabat quidam ingentes divitias, quas ipsi naves eius adveherent, alter illum audiens respondebat se non morari bona, quae a rudentibus et ventis penderent.[714] Utque non sint revera summum bonum, illi videntur praeclare intellexisse, qui divitias bracteatam felicitatem dixerunt.[715] Nec sane inficiamur divitias bonas, at, quod summum bonum sint, nunc refellitur. Verum de hoc argumento non multa dicam, quandoquidem omnes praediti mediocri vel pietate vel prudentia per seipsos apprime sentiunt non esse hic ultimam hominis finem, sed alia bona complura his praeferenda. Ideoque subiecit Aristoteles:

120 Z_2

> *Propterea, quae iam dicta sunt, potius quispiam existimaverit fines esse, nam per seipsa desiderantur: At ea non videntur, licet de ipsis multae rationes iactatae fuerint. Haec igitur missa faciamus.* [36*] 1096a 7–10

Confutat adhuc propositam sententiam ratione a comparatis, quae illi regulae innititur pervulgatae: si quod magis videtur inesse, non inerit, multo minus concedetur, quod non videbatur, inesse.[716] At bona, quae iam recensuimus, habuerunt magis rationem finis quam divitiae et non sunt nec videntur finis, igitur divitiae multo minus erunt. Quod illa visa sint fines, ex eo probatur, quod per seipsa expetebantur. Quomodo ve|ro ibi non sit collocandum summum bonum, est antea demonstratum. Analysis.

135 Z_1

[36*] *AG* διὸ μᾶλλον τὰ πρότερον λεχθέντα τέλη τις ἂν ὑπολάβοι· δι' αὐτὰ γὰρ ἀγαπᾶται· φαίνεται δ' οὐδ' ἐκεῖνα· καίτοι πολλοὶ λόγοι πρὸς αὐτὰ καταβέβληνται· ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω· – *AL* Ideo magis que priora dicta sunt fines aliquis utique existimat; propter se enim diliguntur. Videntur autem neque illa, quamvis multi sermones ad hoc compositi sint. Hic autem relinquantur.

[714] *Cic. tusc. 5,14,40 (Kĭng 464–466):* Ut mihi Laconis illud dictum in hos cadere videatur, qui glorianti cuidam mercatori, quod multas naves in omnem oram maritimam dimisisset: Non sane optabilis quidem ista, inquit, rudentibus apta fortuna.

[715] *Sen. epist. 115,9 (Rosenbach IV 730):* Omnium istorum quos incedere altos uides, bratteata felicitas est.

[716] *Arist. top. 2,10, 115a 11–13 (Ross 43):* εἰ τὸ θατέρῳ μᾶλλον ὑπάρχειν δοκοῦν μὴ ὑπάρχει, οὐδὲ τὸ λοιπὸν τῷ λοιπῷ. *Vgl. auch Petr. Hisp. tract. 5,32 (De Rijk 73,14f.):* Si id quod magis videtur inesse non inest, nec id quod minus.

Quod inquit de illis multas rationes et sermones habitos, licet intelligere, quia philosophi permulti fuerunt, qui voluptatem defenderint summum esse bonum. Aristippus enim aequalis Platoni eam sententiam defendit; deinde successit Epicurus, Metrodorus[717] et consimiles.[718] De honore identidem accidit. Quin a Socrate non parum saepe civiles homines referente Platone reprehensi sunt, quod nimis effrenate honorum cupidi fuerint. Plures itaque de his habebuntur passim sermones, dum illi defendunt, isti vero confutant propositam opinionem. Ubi vero inquit Aristoteles *quae tamen non videntur*, de voluptate solum, honore et virtute intelligenda sunt, non de contemplatione, quia non inficiatur ibi summum esse nostrum bonum.

Sacrarum literarum sententia de divitiis.

Quod violentae et in aliud referendae sint divitiae, uno verbo testantur sacrae literae: »Facite vobis amicos de mammona iniquitatis«[719]. Quod imprudentes laedant: »Radix omnium malorum est cupiditas«[720]. »Qui volunt ditari incident in laqueum, in tentationem«[721] etc. De inconstantia, praecipe ut non ¦ sperent in incertis divitiis: »Hac 121 Z_2 nocte tollent a te animam tuam«[722]. Denique impediunt: »Et adolescens, cum esset dives, tristis abiit«[723]. Bonae itaque sunt, sed in suo ordine.

Caput VI

1096a 11–12 *Praestat forsitan de universali considerare ac dubitare, quonam modo dicatur.* 37*

Initium hoc est sexti capitis, ubi opinio de ideis confutatur atque consilium Aristotelis est demonstrare summum bonum hominis non esse in idea situm, quod Platonici videbantur affirmare. Quatuor vero sunt huius capitis praecipuae et summae partes. In prima quaestionem pro-

Partitio sexti capitis.

37* *AG* Τὸ δὲ καθόλου βέλτιον ἴσως ἐπισκέψασθαι καὶ διαπορῆσαι πῶς λέγεται· – *AL* Quod autem universale, melius est forte perscrutari et querere qualiter dicitur.

717 *Metrodoros von Lampsakos (331/30–278/77 v. Chr.), Schüler Epikurs. – NP VIII 133f.; DPhA IV 514–517.*

718 *Vgl. Diog. Laert. vit. 2,87 (Hicks I 216); Diog. Laert. vit. 10,128f. (Hicks II 654).*

719 *Lk 16,9.*

720 *1Tim 6,10.*

721 *1Tim 6,9.*

722 *Lk 12,20.*

723 *Mt 19,22.*

ponit et quadam modestia et excusatione utitur. Deinde variis rationibus sententiam hanc de ideis confutat. Ad haec tertio loco dubitationem cum eius declaratione interponit. Ac denique adiicit, ut essent ideae, quemadmodum isti volunt, ad rem praesentem non faciunt neque ad summum bonum hominis queunt pertinere. Haec praecipua loca sexti capitis mox, ut ad illa venerimus, diligentius ac subtilius dividemus. Opinionem istam postremo loco posuit, quia caeteris videtur sublimior. Et Plato de idea est loquutus, cum de primo bono
136 Z_1 ageret et certe visus est afferre non humilia, sed quae possent, | ut putabatur, animos ad altissimas hac de re cogitationes attollere.

Licet quaestio haec molesta sit, quod amici sint, qui formas induxerunt. Sed praestare forsitan et opus esse videtur veritatis defendendae causa sua quoque propria refutare, praesertim philosophos. Nam cum ambo sint amici, sanctum est praeferre veritatem. [38*] 1096a 12–17

Multis in locis Aristoteles adversus Platonis ideas est loquutus, ut in Metaphysicis, in libris De anima et in Analyticis, atque alibi, et nusquam praeterquam hic est usus praefatione, quasi vel difficilis vel in-
122 Z_2 iucunda fuerit ¦ ipsi quaestio.[724] At nunc ob eam causam excusat, quoniam de moribus agit et nonnihil videtur ab officio discedere, qui amicis adversatur aut suos praeceptores traducit. Familiares vero inter se fuisse Platonem et Aristotelem est certissimum atque ipsum cum Socratis tum Platonis fuisse discipulum nemo ambigit.[725] Et huc etiam nempe ad hanc moderationem id pertinet quod quaestionem movendo inquit, Quare praefatione se excuset.

Praestat forsitan.] Sic loquitur quasi res ipsa et veritas potius huius quaestionis tractationem exigant, quam ipse sponte aut volens eam

Z. 3 Ac] At Z_2 19–20 amicis] amicum Z_2

[38*] *AG* καίπερ προσάντους τῆς τοιαύτης ζητήσεως γινομένης διὰ τὸ φίλους ἄνδρας εἰσαγαγεῖν τὰ εἴδη· δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν ἐπὶ σωτηρίᾳ γε τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, ἄλλως τε καὶ φιλοσόφους ὄντας· ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν· – *AL* Et si obvia tali questione facta propter amicos viros introducere ydeas. Videbitur autem utique melius esse forsitan et oportere et pro salute veritatis et familiaria destruere, aliterque et philosophos existentes. Ambobus enim existentibus amicis, sanctum prehonorare veritatem.

[724] *Vgl. Arist. met. 1,6, 987a 29–988a 17 (Jaeger 18–20); Arist. anim. 1,1, 402b 7f. (Ross 2); Arist. an. post. 1,22, 83a 33–35 (Ross ibid.).*

[725] *Vgl. Diog. Laert. vit. 5,1 (Hicks I 444):* οὗτος [Ἀριστοτέλης] γνησιώτατος τῶν Πλάτωνος μαθητῶν.

inducat. Et Eustrathius addit quae dicantur, non dici contra Platonem, sed potius adversus eos, qui sententiam eius accipiebant longe aliter et minus commode quam ipse dixisset.[726] Quare molesta sit quaestio, rationem affert, quoniam oppugnandi sunt amici. Sed excusat, quod veritas sit defendenda, praesertim a philosophis et ratio est, quoniam hi sunt amatores sapientiae. Sapientia vero citra controversiam est veritas, quare, si non tuerentur veritatem, non essent philosophi.[727]

Veritas est defendenda a philosophis.

Cumque duo sint amici oportet veritatem praeferre.] Atque cum simus philosophi, decet ut vel natura ipsorum propter veritatem dogmata tollamus. Si natura ipsorum, cur non et aliena? Hanc utinam sententiam illi recinerent, qui saepe in ecclesia ut sua ipsorum tueantur dogmata, non verentur quodvis absurdum proferre. Deinde monemur, ut propter verbum Dei, quod summa est veritas, nullius personae respectum habeamus.

| Haec huius prioris partis sexti capitis sententia. Nunc rationes 137 Z_1
oporteret audire, sed prius operepraecium est de ideis nonnulla praefari, quo Platonis percipiatur opinio, contra quam pugnat Aristoteles. Plato de Deo utique praeclarissima cognovit. Et primum quidem illum esse unum et ineffabilem. Unum, ne in immensum progrediamur in causis, nam primam esse verum est. Ineffabilem, quoniam ex communibus vocibus humanis non habentur vocabula, quae Dei proprietates exprimant. Ut si homo subiret aliquando naturam equinam, vocem non haberet inter caeteros equos, nisi hinnitum et eo certe non posset, quae mente humana teneret aliis equis exponere. Ita philosophi et magni viri, cum de Deo sublimia cognoverint, voces non habuerunt humanas, quibus ipsa expedirent. Novit adhaec Plato Deum in se omnia complecti, sed ita ut omnia identidem excederet, neque est in mundo ullum tam parvum bonum, quin sit in Deo, neque tam magnum, quin ab illo superetur ac infinitis partibus vincatur. Omnia penetrat Deus et seipsum nunquam egreditur. Quod infinitus sit, et ubicunque fuerit sit in seipso. Produxit omnia, non alia sane causa impulsus quam sua ipsius bonitate: nil e¦nim inveniri potest ea praestantius quod expetiverit Deus in universi orbis productione. Bonus est et 123 Z_2

De ideis.

Quid Plato de Deo senserit.

Z. 15 Haec] Haec est Z_2 30 nunquam] nunquaem Z_2

[726] *Eustr. graec. (Heylbut 39,35f.):* […] ἴσως οὐδὲ Πλάτωνι ἀνθιστάμενος ἀλλὰ τοῖς καθὰ μὴ δεῖ τὰ ἐκείνου ἐκδεχομένοις. *Eustr. lat. (Mercken 68,63f.):* […] forte neque Platoni obsistens sed illis qui secundum quod non oportet dicta illius recipiunt.

[727] *Eustr. graec. (Heylbut 42,8f.):* φιλαλήθης γὰρ ὁ φιλόσοφος, εἰ μὴ ψεύδοιτο τὸ ὄνομα. *Eustr. lat. (Mercken 72,67):* Amator enim veritatis est philosophus, nisi mentiatur nomen.

ex bonitate sua omnia edidit quae fecit. Bonitatem vero non habet acquisitam vel studio vel industria more hominum, sed illi nativa est, et suopte ingenio naturaliter insita. Quare optione aut delectu ullo ipsam non sibi ascivit. Quemadmodum sol illustrat omnia sua luce, quam tamen lucem non habet adscititiam, sed genuinam et innatam. Nec solum omnia creavit Deus, verum in ipsum omnia tendunt ut in extremam finem. Nec mirum si ad eum omnia referantur, cum ab ipso pendeat omnium perfectio.[728] Haec, quae recensui et alia complura de Deo praeclarissime sensit et scripsit. Quae partim in divinis literis habentur expressa, partim vero sunt usurpata ab ecclesiasticis scriptoribus et quidem vetustis. De his habet permulta Dionysius ille, quem Areopagitam vocant, vetustus sane scriptor, licet non putem illum esse, qui perhibetur s[anctorum] apostolorum discipulus.[729] Quod probari potest primum ex argumento et scribendi genere. Platonice siquidem permulta philosophatur neque scripta eius apostolicam spirant doctrinam. Deinde librorum eius neque Iustinus Martyr, neque Irenaeus[730], neque Tertullianus[731], neque Cyprianus[732], neque Eusebius Caesariensis[733] meminit, qui nullum propemo|dum tacuit illustrem scriptorem

Dionysius Areopagita.

138 Z_1

Z. 12 Areopagitam] Areopagi tam Z_1

[728] *Vermigli referiert Eustr. graec. (Heylbut 40,4–17). Vgl. Eustr. lat. (Mercken 68f.,67–83).*

[729] *Vgl. Apg 17,34* Quidam vero viri adherentes ei crediderunt, in quibus et Dionisius Ariopagita et mulier nomine Damaris et alii cum eis. – *Ein anonymer, möglicherweise aus Syrien stammender und um 500 wirkender Autor von neuplatonisch beeinflussten Werken (»De caelesti hierarchia«, »De ecclesiastica hierarchia«, »De mystica theologia«, »De divinis nominibus« und Briefe) schrieb unter dem Pseudonym »Dionysios Areopagita, Bischof von Athen« und wurde bis ins 15. Jh. mit dem in Apg 17,34 erwähnten Zuhörer des Paulus identifiziert, vgl. NP III 647f.; GGL II/2 1490–1492.*

[730] *Irenäus (ca. 130/140–200 n. Chr.), ab 177 Bischof von Lyon, Verfasser von »Adversus haereses«. – TRE XVI 258–268; NP III 919–921; QP I 287–313.*

[731] *Tertullian (geb. ca. 160/70 n. Chr.), frühchristlicher lateinischer Theologe, Verfasser von apologetischen (»Ad nationes«, »Apologeticum«, »Adversus Iudaeos«, »Ad Scapulam«), katechetischen (»De patientia«, »De spectaculis«) und antihäretischen (»Adversus Marcionem«, »Adversus Praxean«) Werken. Nach 200 wandte er sich dem Montanismus zu. – TRE XXXIII 93–107; RGG⁴ VIII 172–174; NP XII/1 173–177; QP II 246–340.*

[732] *Cyprian (nach 200–258), ab 248/49 Bischof von Karthago, führte seine Kirche während der decischen Christenverfolgung. Er schrieb über die Wiederaufnahme der in der Verfolgung »Gefallenen« (»De lapsis«) und verfasste Werke zur Ekklesiologie (»De unitate ecclesiae«), Pastoraltheologie (»De Dominica oratione«) und Ethik (»De bono patientia«). – TRE VIII 246–254; NP III 253–255; RGG⁴ II 508f.; QP II 340–383.*

[733] *Eusebius (um 260–337/340), ab 313 Bischof von Cäsarea. Zu seinen Werken zählen u. a. die »Chronik«, eine Kirchengeschichte (»Historia ecclesiastica«), ein Panegyrikos auf Konstantin den Großen (»Vita Constantini«) sowie das Doppelwerk »Praeparatio/Demonstratio evangelica«. – TRE X 537–543; NP IV 309f.; QP III 309–345.*

qui antiquitus floruerit. Hieronymus[734] etiam in lib[ro] De scriptoribus illustribus eum tacuit.[735] Tantum postremo tempore Gregorius[736] Romanus eius meminit.[737] Tertio mentionem facit monachorum in Ecclesiastica hierarchia, qui medium gradum seu locum et dignitatem habuerint inter plebem et clericos, quod temporibus apostolorum inauditum fuit.[738] Sed quicquid sit, antiquus fuit scriptor et is, uti dixi, usurpat haec et alia fere pleraque Platonis nec non rationem videtur idearum attingere. Quare non est ea sententia omnibus ex partibus absurda.

Ideae dicunt quid universum, ut nunc manifeste dicit Aristoteles in textu, quando scribit, *Praestat itaque forsan de universo considerare.*] Non autem hic accipitur universum ut in dialecticis; nam illud est, quod ex multis singularibus colligimus animadversa forma, natura seu conditione, in qua conveniunt, eamque concipimus in animo, ut quicquid postea viderimus consimile, illa forma seu specie iam concepta intelligamus, quid sit.[739] Atque ut de nomine prius agatur, τὰ εἴδη seu ἰδέα ἀπὸ τοῦ εἴδειν seu ἰδεῖν dicitur, quod est cognoscere ac intelligere. Contingit autem rem cognoscere aut priusquam fiat aut postquam est

Ideae unde dictae.

[734] *Hieronymus (gest. 419/420), Kirchenvater. Bei dem hier genannten Werk handelt es sich um »De viris illustribus« (PL XXIII 631–760), eine christliche Literaturgeschichte. – TRE XV 304–315; NP V 548–551; QP IV 212–246.*

[735] *Ähnliche Argumente zur Infragestellung der traditionellen Gleichsetzung des Verfassers des sog.* Corpus Dionysiacum *mit dem in Apg 17,34 genannten Dionysius dem Areopagiten verwendete auch Erasmus, der sich auf Lorenzo Valla stützen konnte. Vgl. Erasm. in Act. (ASD VI/6 290,555–563):* Deinde mirum, si tam priscus autor fuit et tam multa scripsit, a nemine veterum, seu Graecorum seu Latinorum, fuisse citatum, non ab Origene, non a Chrysostomo, ne ab Hieronymo quidem, qui nihil intentatum reliquit. […] Porro quum in Ecclesiastica Historia multa fiat mentio de libris Dionysii Corinthiorum episcopi, non est probabile taciturum fuisse Eusebium de tanto Pauli discipulo, si tantum voluminum reliquisset.

[736] *Gregor I. der Große (540–604), Papst ab 590. Neben seinem Hauptwerk »Moralia in Iob« verfasste er weitere exegetische Werke, ein »Liber regulae pastoralis« und Predigten. Von seinem umfangreichen Briefwechsel sind 854 Briefe erhalten. – TRE XIV 135–145; NP IV 1216f.*

[737] *Greg. M. in euang. (PL LXXVI 1254B):* Fertur vero Dionysius Areopagita, antiquus videlicet et venerabilis Pater, dicere quod ex minoribus angelorum agminibus foras ad explendum ministerium vel visibiliter vel invisibiliter mittuntur, scilicet quia ad humana solatia ut angeli aut archangeli veniunt.

[738] *Ps.-Dion. eccl. hier. 6,3 (PTS XXXVI 116,7f.):* Ἡ δὲ τῶν τελουμένων ἁπασῶν ὑψηλοτέρα τάξις ἡ τῶν μοναχῶν ἐστιν ἱερὰ διακόσμησις.

[739] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 40,19–22):* νῦν τὸ καθόλου οὐχ ὡς ἐν ταῖς λογικαῖς θεωρίαις λέγεται· ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ ἐπὶ τοῖς πολλοῖς καὶ ὑστερογενές, ἐνταῦθα δὲ τὸ πρὸ τῶν πολλῶν ὡς προϋφεστηκὸς αὐτῶν κἀκείνων πρὸς αὐτὸ δεχομένων τὴν ὕπαρξιν. *Eustr. lat. (Mercken 69,85–88):* Nunc universale non ut in logicis speculationibus dicitur. Illis quidem enim quod de multis dicitur et posterius est generatione, hic autem quod ante multa velut praesubsistens eis et illis ad ipsum recipientibus subsistentiam.

producta. Si agnoscatur, priusquam fiat et praesertim ab eius efficienti, dicitur idea eamque idcirco dixerunt ante multa et post genita, quoniam antecedit singularia, quae sunt multa, eaque producuntur, et non
124 Z_2 possent produci, nisi praecessisset hoc genus formae ac ¦ universi in mente artificis, nisi iudicaretur agere, quod nesciat.[740] Quare iure meritoque dicuntur haec ante genita. Et quicquid fit, ad suum respicit universum, ad cuius exemplum et imaginem est factum.[741] Suntque huiusmodi ideae a multis separatae naturae divinae, quae nec intereunt nec generantur. Dici possunt formae, species, exempla, universa. Ubi autem sint, Platonici non consentiunt, alii in Deo, nonnulli in alia mente a Deo producta. Unde Varro, quemadmodum commemorat Augustinus De civitate Dei, dixit Iovem esse coelum, Iunonem[742] referre terram, Minervam[743] autem ideas et rationes rerum, quae fiunt, illamque constituerunt e capite Iovis natam, quasi sit mens a Deo producta, in qua ideae ac rationes producendarum rerum inessent.[744] Mitto astrologos, qui in suprema sphaera orbis collocarunt.[745] Verum de hoc postea, satis est nunc videre talia universa formas et species poni ut Deus per illa noverit quae facturus erat et quae facit.

Ideae sunt ante genita.

Ubi sint ideae.

Secunda rerum notitia est, cum iam productae sunt, ibi mens hominum tandem (ut prius dicebamus) colligit formas, quae ad plura
139 Z_1 pos|sunt accommodari, et appellantur universalia, quasi tota quaedam respectu singularium. Nam illa comprehendunt in se, ut nullum eorum inveniatur, quin universale iam conceptum de ipso queat dici. Utque res adhuc intelligatur apertius, quia universum totum est, triplex totum esse dixerunt: unum ante partes, alterum ex partibus, tertium vero in

Notitia rei productae.

Totum est triplex.

[740] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 15 a. 1 co. (STO II 210):* In quibusdam [agentibus praeexistit forma rei] vero secundum esse intelligibile, ut in his quae agunt per intellectum; sicut similitudo domus praeexistit in mente aedificatoris.

[741] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 15 a. 1 co. (STO II 210):* In omnibus enim, quae non a casu generantur, necesse est formam esse finem generationis cuiuscumque.

[742] *Juno, römische Göttin, deren Kult insbes. mit der Geburt und den jungen Kriegern verbunden war. – NP VI 72–77.*

[743] *Minerva, römische Göttin der Weisheit, Kunst und Kriegsführung, Beschützerin des Handwerks sowie der Dichter und Lehrer. – NP VIII 211–216.*

[744] *Aug. civ. 7,28 (CCSL XLVIII 210,18–21):* Dicit enim [Varro] se ibi multis indiciis collegisse in simulacris aliud significare caelum, aliud terram, aliud exempla rerum, quas Plato appellat ideas; caelum Iouem, terram Iunonem, ideas Mineruam uult intellegi.

[745] *Vgl. Pic. Mir. exam. van. 1232:* Hoc est satis non convenire inter Platonicos de loco, ubi repositae sint ideae, quandoquidem Plotinus et alii nonnulli in mente quadam illas collocarunt a Deo, ut ipsi arbitrantur initio producta […] Alii […] in prima illa sphaera non errante et primum Deum et ideas posuere, […] quanquam nec defuerunt, qui in ipso Deo illas ipsas reponi maluerint.

partibus. Ante partes est exemplar, notitia ante multa quia ante genita, nam omnia illa, quae fiunt ad talium universorum simulacrum, dicuntur eorum partes. Ex partibus totum sunt ipsa composita quae in natura existunt, et constat partibus aliquando homogeneis, interdum heterogeneis. Terra dividitur in partes, quae et terra dicuntur et terrae definitionem habent: ista sunt homogenea. Homo vero in membra dividitur, quorum nullum homo dicitur neque hominis habet definitionem, et haec sunt heterogenea. Totum in multis est ipsa forma, quae ab humana mente concipitur et ex singulis rebus, ut antea bis praemonuimus, colligitur.[746] Hinc solvitur quaestio illa, quae in scholis agitatur de naturalibus, an sint in rebus, an a rebus existant separata. Si totum accipias ut exemplar, a rebus est separatum, quoniam antecedit et, priusquam res fiant, habetur saltem in mente artificis. Sin vero pro toto composito naturali, id nunquam extra res inveniri potest. At si de tertio, id est de toto in partibus, loquamur, id est dialecticum et solum in mente humana locum habet,[747] ideoque dicitur in partibus, quoniam in ipsis est per accomodationem quandam et praedicationem. De hoc Aristoteles dixit in Analyticis posterioribus: »Animal«, hoc est naturale,

Naturalia an sint in rebus an ab eis separata existant.

[746] *Eustr. graec. (Heylbut 40,34–41,4):* τριχῶς γάρ φασι λέγεσθαι τὸ ὅλον, πρὸ τῶν μερῶν ἐκ τῶν μερῶν καὶ ἐν τοῖς μέρεσι· πρὸ τῶν μερῶν μὲν ἐκεῖνα τὰ εἴδη, ὅτι πρὸ τῶν πολλῶν ἕκαστον ἐκείνων ὑφέστηκεν ἃ πρὸς ἐκεῖνο γέγονεν, ἁπλούστατα ὄντα καὶ ἄυλα· ἐκ τῶν μερῶν δὲ τὰ σύνθετα καὶ εἰς πολλὰ μεριζόμενα, εἴθ' ὁμοιομερῆ ὡς λίθος εἰς λίθους ὅλον ὃν πρὸς μέρη εἰς ἃ καὶ διαιρετός ἐστιν, ὧν ἕκαστον τό τε ὄνομα καὶ τὸν λόγον τοῦ ὅλου ἐπιδέχεται, εἴτ' ἀνομοιομερῆ ὡς ἄνθρωπος εἰς χεῖρας πόδας κεφαλήν· οὐδὲν γὰρ τῶν μερῶν τοῦ ἀνθρώπου ὅμοιον τῷ ὅλῳ, ὡς μήτε τοὔνομα μήτε τὸν λόγον τοῦ ὅλου δεχόμενον· ἐν τοῖς μέρεσι δέ, ὡς τὰ ἐννοηματικά, ἃ καὶ ἐπὶ τοῖς πολλοῖς καὶ ὑστερογενῆ λέγεται. *Eustr. lat. (Mercken 69f.,4–14):* Tripliciter enim aiunt dici totum: ante partes, ex partibus, in partibus. Ante partes quidem illas species, quoniam ante multa quae ad illas, simplicissimas existentes et immateriales, facta sunt unaquaeque illarum subsistit. Ex partibus autem composita et in multa partita, sive homoiomera (id est similium partium), ut lapis in lapides, totum existens ad partes in quas divisibilis est, quarum unaquaeque et nomen et rationem totius recipit, sive anhomoiomera (id est dissimilium partium), ut homo in manus, pedes, caput. Nulla enim partium hominis similis est toti, ut neque nomen neque rationem totius recipiens. In partibus autem, ut intelligibilia, quae et de multis et posteriora generatione dicuntur. *Vgl. Biel sent. III d. 33 q. un. E 32–36 (Werbeck/Hofmann III 560f.):* Est enim triplex totum: integrale, universale et potentiale. Integrale est compositum ex partibus ipsum constituentibus, sicut compositum substantiale, quod componitur ex materia et forma. Totum universale est conceptus communis, ut conceptus generis. Totum potentiale est, quod in se continet perfectionem aliquorum eminenter.

[747] *Vgl. Greg. Arim. sent. I d. 3 q. 3 a. 2 (Trapp/Marcolino I 396,20–22):* Universale non est aliqua res extra animam, sed est tantum quidam conceptus fictus seu formatus per animam communis pluribus rebus.

125 Z_2 »aut nihil est aut posterius est.«[748] ¦ Nam si loquamur de rebus actu ac reipsa existentibus nihil est, at si consideretur, ut mente ac ratione collectum in animis habetur, posterius est quam res existant, quoniam ex ipsis est collectum. Est itaque idea et universum, de quo loquimur, principium notitiae, at non cuiusvis, sed tantum facientis, hoc est, illius quam appellat πρακτικήν.[749] Et ideo sunt ista simulachra et formae non quidem adscitiae, sed nativae. Neque ibi sunt ociosae, imo efficaces, quod non accidit in artificum intelligentia, qui ut multa habeant archetypa, illa non faciunt, at Deus rationes suas impressit et quotidie imprimit.[750] Est etiam natura forma quaedam, sed in rebus ipsis inclusa, quae, dum in eis movet, efficit, ut sic erumpant res multiplices et diversae. At formae, de quibus agimus, ab ipsis rebus separatae sunt, subsistunt et omnia corpora et naturas excedunt.[751]

140 Z_1 | Plato ideo adductus est, ut poneret ideas: quoniam Deum noverat efficientem omnium rerum causam, non quidem temerariam aut fortuitam.[752] Quare oportuit, ut in se conclusas haberet ideas et rationes rerum faciendarum. Quod item Boetius[753] vidit, cum ita caneret: Quare Plato posuerit ideas.

Z. 6 appellat] appellanc Z_1 7 adscitiae] adscititiae Z_2

[748] *Vermigli meint wohl Arist. anim. 1,1, 402b 7f. (Ross 2):* τὸ δὲ ζῷον τὸ καθόλου ἤτοι οὐθέν ἐστιν ἢ ὕστερον.

[749] *Damit grenzt sich Vermigli deutlich von Thomas von Aquin ab, welcher die Ideen als Prinzipien sowohl der praktischen als auch der theoretischen Erkenntnis Gottes betrachtete. Vgl. Thom. Aqu. ver. q. 3 a. 3 co. (STO III 22):* Si ergo loquamur de idea secundum propriam nominis rationem, sic non extendit se nisi ad illam scientiam secundum quam aliquid formari potest […]. Sed tamen si ideam communiter appellemus similitudinem vel rationem, sic idea etiam ad speculativam cognitionem pure pertinere potest.

[750] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 41,16–22):* ἔλεγον δὲ τὰ εἴδη οἱ λέγοντες παραδείγματα προκεῖσθαι τῷ δημιουργῷ, ἵν' ἀφορῶν πρὸς αὐτὰ ὡς προκεντήματα καὶ προχαράγματα κατασκευάζῃ τὰ ἔνυλα, λόγους ὄντα ἐκεῖνα δημιουργικοὺς καὶ οἱονεὶ νοήματα τοῦ ποιοῦντος καὶ θεωρήματα· οὐχ ὡς ποιότητάς τινας ἢ ἐπιστήμας ἐπιγινομένας ἔξωθεν, ἀλλ' ὡς κυρίως ὄντα καὶ ὑφεστηκότα δραστικά τε καὶ νοερὰ καὶ τῶν ἐν ὕλῃ ἀρχέτυπα. *Eustr. lat. (Mercken 70f.,32–36):* Dicebant etiam exempla illa rationes conditrices et velut notiones facientis et speculationes, non ut qualitates quasdam vel scientias supervenientes ab extra, sed ut principaliter entia et subsistentia et operativa et intellectualia et eorum quae in materia archetypa.

[751] *Eustr. graec. (Heylbut 41,24–28):* ἔστι μὲν δὴ καὶ ἡ φύσις εἶδος, ἀλλὰ σωμάτων ἀχώριστον, διεισδῦνον διὰ σωμάτων καὶ ἔνδον αὐτὰ διαπλάττον καὶ διοικοῦν· τὰς δὲ ἰδέας οὐχ οὕτω φασίν, ἀλλὰ λόγους ἐνυποστάτους, ὑπερανεστηκότας πάντῃ καὶ σωμάτων καὶ φύσεων. *Eustr. lat. (Mercken 71,40–43):* Est quidem utique et natura species, sed a corporibus inseparabilis, subintrans per corpora et intus ipsa formans et disponens. Ideas autem non ita aiunt, sed rationes enhypostatas, superstantes omnino et supererectas et corporibus et naturis.

[752] *Vgl. Thom. Aqu. ver. q. 3 a. 1 co. (STO III 20):* Et ideo Plato refugiens Epicureorum opinionem, qui ponebant omnia a casu accidere, […] posuit ideas esse.

[753] *Anicius Manlius Severinus Boethius (um 480–524), spätantiker christlicher Philosoph und*

Qui cuncta superno
Ducis ab exemplo pulchrum, pulcherrimus ipse,
Mundum mente gerens similique in imagine formans.[754]

Nec in Deo possunt hae formae ut accidentia poni, quia nil a Deo potest adimi et accidens est, quod adesse potest et abesse praeter subiecti interitum.[755] Neque, si Deus admitteret accidentia, compositionem effugeret. Adhaec res in ipso Deo poni nequeunt cum materia et defectibus utque nunc in rerum natura existunt. Quare in ipso tantum rationes earum collocantur, qui factum est, ut ideae, cum pronomine αὐτό efferuntur, αὐτάνθρωπος, αὐταγαθὸν, αὐταλήθεια, hoc est, ipse homo, ipsum bonum, ipsa veritas.[756] Distinguuntur autem hae ideae non re ipsa in Deo, sed ratione.[757] Ut spacium a radice montis ad verticem reipsa unus est, at dicitur ascensus et descensus pro diversa illius ratione. Et via Thebis Athenas est eadem re, sed ratione distinguitur.[758] Ex artificibus, quos hic inter nos videmus, ratio idearum est inducta: nam faber sine archetypo nil aedificat neque pictor aut statuarius ullum edit signum, quod prius mente non conceperit.[759] Sed hoc interest, quod illi species industria et labore quodam sibi in animo finxerunt, Deus vero tales ideas in se naturaliter habet insitas. Deinde in mente artificum distinguuntur a se ipsis ideae re, at in Deo solum ratione. Quodque ad propositum facit, ut videmus, in mundo plurima

Z. 14 Thebis] Thebes Z_1

wichtiger Vermittler griechischer Philosophie und Wissenschaft an das lateinische Mittelalter. Sein bekanntestes Werk ist »De consolatione philosophiae«. – LMA II 308–315; NP II 719–724; GRL IV/2 148–166.

[754] *Boeth. cons. 3,9 (CCSL XCIV 52,6–8).*

[755] *Porph. isag. (Busse 12,24f.):* Συμβεβηκὸς δέ ἐστιν ὃ γίνεται καὶ ἀπογίνεται χωρὶς τῆς τοῦ ὑποκειμένου φθορᾶς. *Porph. isag. transl. (Busse 39,11f.):* Accidens vero est, quod adest et abest praeter subiecti corruptionem.

[756] *Vgl. Arist. met. 7,16, 1040b 32–34 (Jaeger 162):* ποιοῦσιν οὖν τὰς αὐτὰς τῷ εἴδει τοῖς φθαρτοῖς (ταύτας γὰρ ἴσμεν), αὐτοάνθρωπον καὶ αὐτόϊππον, προστιθέντες τοῖς αἰσθητοῖς τὸ ῥῆμα τὸ αὐτό. *Vgl. Plat. resp. VI 507b (Burnet IV ibid.):* Καὶ αὐτὸ δὴ καλὸν καὶ αὐτὸ ἀγαθόν, καὶ οὕτω περὶ πάντων.

[757] *Vgl. Bonav. sent. I d. 35 a. un. q. 3 (Bello I 484):* Omnes ideae in Deo sunt unum secundum rem, sed tamen plures secundum rationem intelligendi sive dicendi.

[758] *Arist. phys. 3,3, 202b 13f. (Ross ibid.):* ὡς ἡ ὁδὸς ἡ Θήβηθεν Ἀθήναζε καὶ ἡ Ἀθήνηθεν εἰς Θήβας, ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον.

[759] *Vgl. Sen. epist. 58,19 (Rosenbach III 478):* Exemplar picturae te habeo, ex quo capit aliquem habitum mens nostram, quem operi suo imponat: ita illa quae me docet et instruit facies, a qua petitur imitatio, idea est. Talia ergo exemplaria infinita habet rerum natura, hominum, piscium, arborum, ad quae quodcumque fieri ab illa debet, exprimitur.

et distincta sunt bona, quae omnia, cum a Deo sint, ad unam communem ideam sunt referenda, et tantisper bona sunt, quo ad illam
126 Z_2 unam for¦mam seu speciem boni participant et referunt. Quare nonnullis visi sunt homines beati esse non posse, nisi illius ideae facti fuerint participes, et in ea prorsus acquieverint. Ideo Aristoteles de hac opinione in praesentia scribit. Quamvis revera talis felicitas ad hoc institutum, si esset, non multum faceret, uti audiemus ad calcem huius capitis, cum hic tractatio sit de illo boni genere, quod in nobis inhaeret, quale non potest idea boni esse.

Augustini sententia de ideis.

Augustinus in 83. quaestionibus, quaestione 46. pulcherrime de ideis scribit.[760] Primum inquit ut nominatae sic fuerint a Platone, haud tamen ab illo repertas esse: nam ante illum si sic non dicebantur, alio
141 Z_1 fortasse | nomine appellabantur. Quod autem prius fuerint, inde probat, quod ante Platonem permulti alii fuerint sapientes. Nemo autem sapiens aut dici aut esse potest, qui ad idearum notitiam non pervenerit. Nec solum in Graecia fuerunt sapientes ante Platonem, verumetiam in aliis orbis partibus, quos ut viseret et audiret Plato idem varias, ut legimus, peregrinationes suscepit. Ideas, inquit, interpretari possumus formas et species. A nonnullis dictae sunt λόγοι. Quamvis ista vox proprie sermones et rationes significet, dat nihilominus ita utcunque posse nominari. Accedit praeterea ad definitionem et ideas inquit esse formas seu rationes stabiles et incommutabiles, non formatas, sed quae semper eodem modo se habeant, et in divina intelligentia comprehendantur. Et quamvis ipsae nec oriantur nec intereant, nil tamen, quod oriatur aut intereat, formatur nisi ad illarum exemplum. Cognoscantur (ut vult) sed ab anima tantum et ea rationali, nec per quamvis eius partem, sed solum per supremam, nempe mentem quasi quodam eius interno vultu et oculo. Quem oculum adhuc inquit requiri, ut sit repurgatus et purus: alioquin ad idearum notitiam minime pertinget. Quis itaque, addit, religiosus, aut vera praeditus religione, tales ideas negabit, aut illas non profitebitur? Certe nullus, nisi dicere velit, quae sunt, a Deo ipso non habere ut sint, aut ab illo non regi neque gubernari. Aut si hoc dederit, affirmare velit, id sine cognitione ac ratione fieri: quod esset velle Deum agere quae agit temere, quae omnia cum sint absurdissima, necesse est ut ideas ponamus, easque distinctas: quandoquidem alia ratione formetur homo et alia equus. Atque haec quia danda sunt, ubi nam collocari poterunt, nisi

Z. 5 hac] haec Z_2 25 quod] qui Z_1 30 pertinget] pertingit Z_2

[760] *Im Folgenden referiert Vermigli Aug. divers. quaest. 46 (CCSL XLIVA 70–73).*

divina in mente, quoniam Deus extra se nihil habet quod respiciat, ad cuius exemplum fingat quae producit. Nil autem in Deo poni vel affirmari potest quod non sit aeternum atque verissimum. Ex quo dicendum est ideas et verissimas et aeternas esse oportere. Omnia vero tantisper sunt et durant quoad suae ideae fuerint participia. Cumque inter caetera humanus animus sit nobilissimus, ad illarum notitiam potest ascen¦dere, qua tandem beatus est et felix. Haec omnia loco iam adducto Augustinus refert. Unde apparet duplici de causa ideas inventas. Prima est, ut sint principium producendi res, et easdem cognoscendi perfecte atque absolute: nam per singularia parum et minus vere cognoscuntur. Quod si fuerit, in mente Dei eas esse oportet: nam | vis et principium producendi collocatur in efficienti causa, et similiter cognoscendi principium in cognoscente. In Deo itaque sunt, non ut quid illius essentiae ac naturae adiunctum, est enim Deus simplicissimus neque ullam admittit compositionem.[761] Neque etiam in eo ponuntur, quasi dirigente opus habeat Deus aliquo alio a seipso, nam cognitione suae ipsius essentiae sapientissimus est, neque regulam extra se ullam intuetur. Et huc fortasse spectarunt Peripatetici, ac inter illos praecipue Averroes celeberrimus, qui dixit in Metaphysicis, omnes formas in materia esse in potentia et in primo efficiente ut in vi agente.[762] Utque res pateat facilius, est intelligendum omne agens aut esse naturale aut ex arte producere, quae facit. Si naturaliter agat, tum habet formam eiusdem speciei seu naturae cum re producta: ut homo generat hominem, et ignis ignem.[763] Aut si eam non habet ὁμονυμῶς, habet saltem vi et efficacia, quod propter coelum dixerim et intelligentias, quae formaliter, ut loquuntur, non sunt vel plantae vel animalia, cum tamen per illa haec fiant. Quod vero per artem operatur, non quidem est eiusdem formae aut naturae cum eo quod agit, nam architectus non est domus neque faber est arca, sed ista in mente habent concepta et ad eiusmodi archetypa respicientes fabricantur, quae producunt.[764]

127 Z_2 (~~172~~)

142 Z_1

Ideae duplici de causa repertae.

Ideae quomodo in Deo ponantur.

Quomodo agens naturale aut artificiosum operetur.

Sed illud nonnullis videtur difficile, quomodo id quod unum sit et simplicissimum, tam multiplex esse ac dici possit, ut necessarium est ideas confiteri, si formae sint omnium specierum, quas hic in mundo

Quomodo unum et simplex possit esse ac dici multiplex.

[761] *Vgl. Thom. Aqu. ver. q. 3 a. 2 arg. 2 (STO III 21):* Ideae non sunt essentiales, quia sunt ipsa essentia.

[762] *Vgl. Averr. met. 297D:* Quamvis materia prima sit una, tamen multa est in potentia et habilitate.

[763] *Vgl. Arist. met. 7,7, 1032a 24f. (Jaeger 139):* καὶ ὑφ' οὗ ἡ κατὰ τὸ εἶδος λεγομένη φύσις ἡ ὁμοειδής (αὕτη δὲ ἐν ἄλλῳ· ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ.

[764] *Vgl. Arist. met. 7,7, 1032a 32–1032b 2 (Jaeger 140):* ἀπὸ τέχνης δὲ γίγνεται ὅσων τὸ εἶδος ἐν τῇ ψυχῇ (εἶδος δὲ λέγω τὸ τί ἦν εἶναι ἑκάστου καὶ τὴν πρώτην οὐσίαν).

inferiori habemus. Verum quo ad hoc, id sciendum est, vis esse intellectus, ut quae in aliquo sunt coniuncta queat seorsim ac divisim considerari. Ut causa exempli de numero quaternario possum dicere, hunc numerum ut sit unus, a mente tamen cogitari potest, ut binarius et ut ternarius, quoniam ista in seipso comprehendit. Neque ambigendum est iuxta philosophi sententiam, species et naturas rerum instar numerorum esse: ut enim in his una superaddita unitate mutatur numerus, ita in formis et naturis rerum si unam aliquam vel addas vel demas differentiam, species mutatur.[765] Fatemur itaque naturam divinam simplicem et unam esse, at perfectissimam, cumque illam creaturae imitentur, non omnes totam neque omnes eodem modo et gradu. Quare ut refertur essentia Dei tanquam exemplar ad species diversas, ita in ea diversi gradus perfectionis possunt notari et distingui non quidem re sed ratione. Deus itaque seipsum dum intelligit, ut imi¦tandum et exprimendum a rebus, quas condit, | secundum diversos gradus pro illarum rerum modo dicitur intueri suas ideas, quae, cum alioquin sint nobis occultae, redduntur per conditas res manifestae. Unde ad Hebraeos dicitur: »Fide credimus aptata secula, ut spectacula fierent earum rerum, quae non apparebant«[766]. Et ad Romanos ita dicitur a creatura mundi et per ea, quae facta sunt, invisibilia Dei esse patefacta philosophis.[767]

Quomodo in essentia Dei considerentur ideae.

128 Z_2 143 Z_1

Potest itaque idea tribus modis a nobis cogitari, primo ut res est in seipsa et ita una est et simplex Dei essentia; vel ut divini intellectus est obiectum practicum atque hoc item modo una est, nam Deus uno actu seipsum intuendo videt et cognoscit omnia; tertio ut forma est et exemplar et tunc permultae ideae sunt concedendae, quia multarum rerum specie differentium complura et distincta sunt exemplaria. Utque videamus dilucide, quomodo tam multae res, quae natura sunt distinctae ac diversae magna distantia, in essentia Dei poni possent quam coniunctissime, simile afferam de circulo lineis et centro. Certe si lineae cogitentur, ut circumferentiae sunt proximae, sunt a se invicem

Idea tribus modis cogitatur.

Quomodo in essentia Dei multae res distantes coniunctissime ponantur.

Z. 2–3 considerari] considerare Z_1

[765] *Arist. met. 8,3, 1043b 36–1044a 2 (Jaeger 171):* καὶ ὥσπερ οὐδ' ἀπ' ἀριθμοῦ ἀφαιρεθέντος τινὸς ἢ προστεθέντος ἐξ ὧν ὁ ἀριθμός ἐστιν, οὐκέτι ὁ αὐτὸς ἀριθμός ἐστιν ἀλλ' ἕτερος, κἂν τοὐλάχιστον ἀφαιρεθῇ ἢ προστεθῇ, οὕτως οὐδὲ ὁ ὁρισμὸς οὐδὲ τὸ τί ἦν εἶναι οὐκέτι ἔσται ἀφαιρεθέντος τινὸς ἢ προστεθέντος.

[766] *Hebr 11,3* Fide intellegimus aptata esse saecula verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent.

[767] *Röm 1,20* Invisibilia enim ipsius a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur.

quam maxime distinctae atque distantes, at vicissim eaedem, ut in centro coeunt, sunt coniunctissimae et idem cum puncto centri, qui est simplicissimus.[768] Ita res, ut eas in materia videmus utque a Deo fluxerunt ad nos, et distantiam et diversitatem maximam habent; ut vero ad suas ideas referuntur et ad divinam formam et naturam, sunt simul coniunctissimae.

Quot modis res existant.

Ut res magis adhuc fiat perspicua, nobiscum reputemus, quaecunque sunt, variis et multiplicibus modis existere. Iam primum omnium in materia, quae magna est omnium mater,[769] sunt, nam eliciuntur inde, cum proveniunt. Prius itaque ibi erant, ut philosophi loquuntur, potentia. In effectrice quoque causa, priusquam fierent, vi, energia seu efficacia quadam erant. Postea, cum sunt, reipsa in materia seu composito existunt. Atque adeo, cum intelliguntur, quodam plane modo ea esse non ambigimus. Etenim in nostra sunt intelligentia, deinde in mentibus aetheriis, et quidem longe nobilius quam nostro intellectu comprehendantur, sed tandem praestantissime in summa Dei sapientia eminent, ubi ab omni materiae seu corporum contagione libera iam inde a seculorum aeternitate manente. Cumque variis modis (ut exposuimus) esse possent, solum hoc postremo ideae possunt appellari.

Quae concurrant ad idearum naturam.

| Nec pauca, qui haec sapienter tractant, ad naturam idearum aiunt 144 Z_1 concurrere. Primum (ut volunt) quandam oportet intervenire similitudinem, qua cum his conveniant ideae quae ipsas imitantur. Deinceps ut seiunctae sint ab his fragilibus atque mortalibus, quorum sunt exemplaria.[770] Est ad haec necesse, ut mente divina sint comprehensae, a qua intelligantur non contempla¦tione simplici ac nuda, sed ea notitia, 129 Z_2 quae faciendi voluntatem coniunctam secum habeat, eamque Graeci vulgo practicen appellant. Praeterea non sunt ideae, nisi tempore antevertant ea, quarum sunt aeternae imagines. Accedit et illud eas naturam intellectus divini subire, in quo clauduntur et aeque ac ille sunt immortales, perpetuae, aeternae, simplices atque sincerae.[771] Utque

Z. 18 manente] manent Z_2

[768] *Vgl. Ps.-Dion. div. nom. 5,6 (PTS XXXIII 185,4–8):* Καὶ ἐν κέντρῳ πᾶσαι αἱ τοῦ κύκλου γραμμαὶ κατὰ μίαν ἕνωσιν συνυφεστήκασι, καὶ πάσας ἔχει τὸ σημεῖον ἐν ἑαυτῷ τὰς εὐθείας ἑνοειδῶς ἡνωμένας πρός τε ἀλλήλας καὶ πρὸς τὴν μίαν ἀρχήν, ἀφ' ἧς προῆλθον, καὶ ἐν αὐτῷ μὲν τῷ κέντρῳ παντελῶς ἥνωνται· Βραχὺ δὲ αὐτοῦ διαστᾶσαι, βραχὺ καὶ διακρίνονται, μᾶλλον δὲ ἀποστᾶσαι, μᾶλλον.

[769] *Arist. phys. 1,9, 192a 13f. (Ross ibid.):* ἡ μὲν γὰρ ὑπομένουσα συναιτία τῇ μορφῇ τῶν γιγνομένων ἐστίν, ὥσπερ μήτηρ.

[770] *Vgl. Arist. met. 13,9, 1086a 32–34 (Jaeger 290):* ἅμα γὰρ καθόλου τε [ὡς οὐσίας] ποιοῦσι τὰς ἰδέας καὶ πάλιν ὡς χωριστὰς καὶ τῶν καθ' ἕκαστον.

[771] *Vgl. Sen. epist. 65,7 (Rosenbach III 540):* Plato ideas appellat immortales, inmutabiles, infatigabiles.

tandem finiam, omnium, quae ad eorum imitationem in mundo procreantur, sunt causae. Haec profecto recensentur ut propria et quae ab idearum natura divelli nequeant.[772] Res autem a Deo conditae tantisper verae haberi debent, usque dum suis ideis aequantur, et eas, quemadmodum par est, exprimunt. Etenim si eas referre desinant, de numero eorum quae sunt, extemplo decidunt. Et profecto discrimen hoc illud est, quod inter veritatem rerum ac humanae mentis deprehenditur ac orationis. Oratio tum habetur vera, cum a mentis intelligentia non discrepat, at ratio seu animus verus est ubi a rerum natura intelligendo non recedit, sed ut est concipit ac aestimat. Res denique vere quod sunt esse dicuntur, quando idearum exemplis recte consentiunt.

Cum idearum porro natura, quam modo tractamus, et providentia et praedestinatio magnam habent affinitatem, de quibus locum in praesentia non esse quia video, idcirco sermones de ipsis praetereo ac de Platone, quem modo reprehendit Aristoteles, hoc dico: si nil aliud sensit ideas esse quam Dei naturam seu essentiam ab ipso Deo cognitam, qua illum res creatae imitentur, ut etiam Augustinus explicavit, erroris accusari non potest. Sin vero putavit ideas esse, naturas rerum, quas Deus ab aeternitate seculorum noverit, et ad quarum exempla mundum condiderit, non vanae contra illum sunt Aristotelis rationes. Nam ponere quaedam sic a materia libera et a coniunctione creatarum rerum secreta, quae non sint ipse Deus, sed a Deo solum cognoscantur ut faciundorum exempla, est a vero longius abesse. Horum vero Plato utrum dixerit, incertum est et, ut quod est dicam, densis circumfusum tenebris. Qua tamen de re fortasse nonnihil
145 z_1 co|gnoscere poterimus, ubi de Platonis atque Platonicorum sententia nonnulla in medium prolata fuerint.

Quo sensu Platonis dogma admitti possit.

Attigi iam duplici de causa Platonem ideas induxisse. Una fuit, ob rerum procreationem, altera ob notitiam seu scientiam asserendam. Verum enimvero ista solum dixi, non autem, ut intelligerentur, exposui. Proinde quo ad generationem, sic ille putavit: quicquid procreatur, a simili sui fieri, ne causa re a se producta indignior deprehenderetur.

Quomodo ideae procreationis causa positae sint a Platone.

Z. 2 profecto] perfecto $\mathcal{Z}_2$ 4 ideis] idaeis $\mathcal{Z}_2$

[772] *Calc. Tim. 339 (Waszink 332,5–10):* Est igitur principalis species, ut cum aliqua dicatur effigie, iuxta nos quidem, qui intellectus compotes sumus, primum intellegibile, iuxta deum vero perfectus intellectus dei, iuxta silvam modus mensuraque rerum corporearum atque silvestrium,iuxta ipsam vero speciem incorporea substantia causaque eorum omnium, quae ex ea similitudienm mutuantur, iuxta mundum vero exemplum sempiternum omnium, quae natura progenit.

Cum enim semina expectamus, illa plane longe sunt ignobiliora viventibus ac animantibus, quae ex illis oriuntur, ut vel sensus ipse testari potest. Nec mihi quispiam dixerit, vi ani¦mantis unde semen est elicitus foetus et plantae producantur, quoniam vis illa, ut ut sit nobilis, accidens omnino est, nullum vero accidens haberi debet substantia dignius. Quare sive semen seu vim animantis, cuius est, illi adiunctam spectaveris, nil simile reperire poteris eius, quod generatur. Mitto commemorare permulta gigni non utique semine, sed putri corruptaque materia, ut mures, ranae, atque nonnullae plantae vel herbae, quarum dignitati quis, obsecro, aequaverit unquam putrem corruptamque materiam, e qua proficiscuntur? Iudicavit igitur Plato naturas quasdam poni oportere communes, formas inquam certas seu species, ad quarum exemplum producerentur, quae fierent, cum effectrices causae, quas videmus, ad istarum rerum procreationem minime sufficiant.[773] 130 Z_2

Ideae positae ad scientiarum defensionem.

Impulit ad haec Platonem ut ita sentiret, scientiarum defensio: cum enim Heraclitus et qui cum eo faciebant, omnia quae hic apud nos cernuntur perpetuo motu ac agitatione turbari dicerent, ita ut nunquam eadem permanerent, veriti non sunt, scientiam penitus auferre, quam omnium consensu oporteret, si esset, firmitatem, constantiam et certitudinem habere, quod fieri non posse arbitrabantur, cum omnia quae sunt nullam haberent stabilitatem. His profecto voluit occurrere Plato et scientiam inquit idcirco relinquendam hominibus, quod non haec singula, quae videmus oriri et interire, sciantur, sed universae quaedam simplices et incorruptae naturae.[774] Ad haec, inquit, illi respiciunt, qui scientia quicquam comprehendunt.[775] Ex eo vero argumentabatur, quod quae de homine scimus, non de Callia, Xenophonte, Demosthene aut aliis privatis cognoscimus, verum de ipsa hominis

Z. 3 ani¦mantis] ani¦tis Z_2, *mit Reklamant S. 129* -mantis 14 istarum rerum] istarum Z_2

[773] *Vgl. Themist. met. (Landauer 9,3–8):* Et hic sermo de reicienda forma perfectus [et absolutus] esset, nisi facesseret negotium animalium multitudo, quae a non simili nascuntur. Cernimus enim vesparum genus ex equorum, apes ex boum cadaveribus gigni, ranam ex putredine aquae atque genus quoddam muscarum exigui corporis ex vino corrupto neque invenimus naturam producere ista ex similibus in forma.

[774] *Vgl. Arist. met. 1,6, 987b 4–10 (Jaeger 18):* ἐκεῖνον ἀποδεξάμενος [Πλάτων] διὰ τὸ τοιοῦτον ὑπέλαβεν ὡς περὶ ἑτέρων τοῦτο γιγνόμενον καὶ οὐ τῶν αἰσθητῶν· ἀδύνατον γὰρ εἶναι τὸν κοινὸν ὅρον τῶν αἰσθητῶν τινός, ἀεί γε μεταβαλλόντων· οὗτος οὖν τὰ μὲν τοιαῦτα τῶν ὄντων ἰδέας προσηγόρευσε, τὰ δ' αἰσθητὰ παρὰ ταῦτα καὶ κατὰ ταῦτα λέγεσθαι πάντα· κατὰ μέθεξιν γὰρ εἶναι τὰ πολλὰ ὁμώνυμα τοῖς εἴδεσιν.

[775] *Vgl. Plat. Phaedr. 249b (Burnet II ibid.):* δεῖ γὰρ ἄνθρωπον συνιέναι [ἀλήθειαν] κατ' εἶδος λεγόμενον.

natura, quod si detur, ut dandum videtur, addebat, nil posse sciri nisi fuerit, enimvero quod non est, nullo modo sciri utique potest. Quare
146 Z_1 con|clusum putabat universalia haec seiuncta esse a singularibus et per ea scientiam cum esse tum conservari.

Videbatur etiam sibi hoc inde ostendere, quod universa haec, formae inquam et species communes intelligerentur, absque singularibus, dum inquam iam non essent, ut rosae natura et violarum vel in media hyeme, cum non sunt, agnoscantur, quod argumento esse credidit formas istarum rerum extare, quando singularia earum non reperiebantur, quoniam uti dixi hoc statuendum censuit, nil intelligi posse, quod non esset. Dicebat etiam omnia haec singularia, quae cernimus, id, quod sunt, participatione quadam esse. Alcibiades[776] enim, Aristoteles et Alexander homines idcirco sunt et dicuntur, quod sint humanitatis participes: illa enim inter sese congruunt. Quare dari oportere concludebat humanitatem per se, cuius communione tam multi possint homines esse.[777]

Ideae intelliguntur absque singularibus.

Singularia id, quod sunt, participatione quadam sunt.

131 Z_2 ¦ Haec autem quando ita sunt, non possum non vehementer mirari Themistium[778], qui libro De anima primo, cap[ite] 23. dixerit non omnium ideas Platonem posuisse, non inquam fortuitorum, non vilium et abiectorum, neque ea, quae producantur ex fecibus et materia corrupta, cum praesertim ab ista sic procreata, ut iam demonstravimus, ideas invenerit Plato. Nec in dubium revocandum est de his an habeatur scientia, cum multa de his demonstrentur et sciantur quo ad illorum ortum et actiones. Credidit etiam, ut idem refert, generum seu subalternorum seu generalissimorum non esse ideas, quoniam atomae naturae, seu species, quas vocant specialissimas, cum ideae sint, liberae a materia, nil debet illis poni sincerius aut separatius. Quare, si quis velit ab idea ideam aliam secernere, id plane fieri non potest, nisi dixeris illam ideam hominis aut equi, a qua rursus conaris elicere

Platonem posuisse ideas omnium rerum.

De ideis scientia habetur.

An ideae sint generum subalternorum.

Z. 3 con|clusum] con|conclusum Z_1 3–4 per ea] per Z_2 20 ea] eorum Z_2 21 ista] istis Z_2 21 procreata] procreatis Z_2 26 cum] quum Z_2 29 conaris] coneris Z_2

[776] *Alkibiades (um 450–404/3 v. Chr.), athenischer Staatsmann, Redner und Feldherr. – NP I 500–502.*

[777] *Vgl. Plat. Parm. 130e und 132d (Burnet II ibid.):* […] εἶναι εἴδη ἄττα, ὧν τάδε τὰ ἄλλα μεταλαμβάνοντα τὰς ἐπωνυμίας αὐτῶν ἴσχειν […]. τὰ μὲν εἴδη ταῦτα ὥσπερ παραδείγματα ἑστάναι ἐν τῇ φύσει, τὰ δὲ ἄλλα τούτοις ἐοικέναι καὶ εἶναι ὁμοιώματα, καὶ ἡ μέθεξις αὕτη τοῖς ἄλλοις γίγνεσθαι τῶν εἰδῶν οὐκ ἄλλη τις ἢ εἰκασθῆναι αὐτοῖς.

[778] *Themistios (ca. 317–385 n. Chr.), Rhetor, Philosoph und Politiker, Verfasser von Aristoteleskommentaren. – NP XII/1 303–305; GGL II/2 1004–1014.*

animalis ideam, habere certam aliquam materiam, a qua eam velis removere.[779] Nec, si Plato seu Platonici sic dixerint, illos arbitror consentienter suis principiis esse loquutos. Nam si repererunt ideas, uti dixi, ob conservandam et tuendam scientiam, oppido generum quoque illas concedere oportet, quoniam et de generibus habentur scientiae, quod qui nesciunt, libros De physico auditu non evolverunt, ubi de motu in genere, ac de materia, privatione atque consimilibus non speciatim agitur. Neque abstractio seu remotio, ceu existimant, fit a specie separata, cum genus for|matur, tam enim gradus speciei quam generum ab individuis eliciuntur. Idem enim Petrus dum cogitatur ut rationalis, dat speciem; si ut sentit, animal, quod est genus, prodit, ubi vero qua vivit, tum aliud genus habetur, nempe corpus animatum. Et de his habentur singillatim scientiae nec sciri potest, nisi quod est. Quare illorum ideae generum ab illis debuissent poni, si manere in sententia volebant. 147 Z_1

An sint numerorum ideae.

Sed magis est mirum quod de numeris inquit. Nam eorum quoque refert (ut mox etiam dicet Aristoteles[780]) Platonem ideam non dedisse, nimirum quod sic ordinati sint, ut se complectantur, ideae vero de his poni debeant, quae inter se non sunt coniuncta.[781] Quomodo, si res hoc pacto se haberet, scientiam numerorum defendissent Platonici, arithmeticam sane qui tanti faciunt? Nisi numerorum essent pro illorum sententia ideae, nil de numeris potuisset sciri. Quamobrem arbitror, si recte loqui velint et consentienter his, quae loco fundamenti posuerunt, omnium illos debere concedere ideas, quae vel produci vel cognosci possunt. Ad haec nonnulli ambigunt, quales istas ideas illi crediderint. Respondetur impartibiles, non enim sic dividuntur, ut ¦ unum aliquod singularium partem accipiant et aliam aliud sibi vendicent neque, si de loco agatur, dici debent abiunctae prorsus a singularibus, cum ab illis participentur. Illis adsunt, ut similitudo similibus. Non tamen loco comprehenduntur, cum sint incorporeae. Atque illorum nonnulli similitudinem lucis afferunt, quae adest illuminatis, quamvis loco eorum non claudatur, utpote quae sit qualitas admodum tenuis et ceu dicunt spiritualis. Si praeterea quaeras, quo nam pacto individua sint idearum participia, respondent, quod vulgo dicitur de

Ideae quales sint.

132 Z_2

Individua quomodo sint idearum participia.

Z. 34 participia] principia Z_2

[779] *In seinem Kommentar zu* De anima *erläutert Themistios die Ideenlehre Platons nicht. Vgl. aber Syrian. met. (Kroll 107,5–108,7).*

[780] *Arist. eth. Nic. 1,6, 1096a 17–19 (Bywater 6).*

[781] *Vgl. Syrian. met. (Kroll 107,21).*

animo hominum, quamlibet earum esse totam in toto, et totam item in qualibet parte.

Cum ex Platone tum ex Platonicis haec de ideis eliciuntur. Nunc proponamus, quae Aristoteles contra opponat. Producuntur inquit et accidentia et illorum est scientia, quare ideam quodque illorum propriam habebit. Erit itaque accidens a subiecto seiunctum. At id rationi proprie accidentium adversatur, cuius natura et essentia est ut inhaereat.[782] Hanc rationem si hoc tempore transsubstantiatoribus obiiceret Aristoteles, illum riderent, cum ipsis facillimum sit in eucharistia statuere accidentia, cum substantiam subtraxerint. Deinceps oppugnat illos, quoniam iuxta illorum sententiam ideae aliqua esset idea, quandoquidem | singularia (ut ipsi fatentur) cum idea conveniunt. Ab his autem, quae similia sunt et communicant, aliqua species aut forma communis potest elici. Quare tam ideae quam suorum singularium aliqua forma communis abstrahitur et ita fiet, ut testati sumus, ideam esse ideae.[783] Non assequentur isti praeterea quod volunt quo ad generationem: ideo enim dicunt esse ideas, ut quae producuntur a simili gignantur. At idea illorum libera est a materia aeterna et perpetua, quae vero procreantur sunt materiae coniuncta mortalia et caduca. Differunt itaque a se invicem plusquam genera, quae autem ita distant, similia non sunt. Quare, dum similitudinem quaerunt, ab illa quam longissime discedunt. Neque videntur ideae sic positae notitiae aut scientiis tuendis quicquam adiumento esse, nam quisque sua forma solet cognosci. Unde cum ideae Platonis nullius singulae rei queant esse formae, nullarum omnino rerum de quibus disputatur scientiam suppeditabunt. Statuit proinde Aristoteles naturas universas, quae vi nostrae intelligentiae collectae sunt ex individuis, nosci atque sciri, cum singulae res ac privatae ob illarum motum et interitum scientia comprehendi non possint et, quod ad generationem attinet, rem quamque compositam aut mixtam, ut omnia sunt, quae procreantur, a mixtis item atque compositis fieri affirmat adiuvantibus ad id vi naturae stellis atque sole.[784] Quae omnia cum ad hoc munus obeundum sint satis,

Aristotelis rationes contra ideas.

Ideae idea.

148 Z_1

Ideae non faciunt ad procreationem.

Ideae non faciunt ad scientiam.

Z. 10 cum] quum Z_2 20 genera] genere Z_2 27 cum] quum Z_2 32 cum] quum Z_2

[782] *Vgl. Arist. met. 1,9, 990a 22–24 (Jaeger 25).*

[783] *Vgl. Arist. met. 1,9, 990b 17 (Jaeger 27).*

[784] *Arist. phys. 2,2, 194b 13 (Ross ibid.):* ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ καὶ ἥλιος. *Vgl. Averr. met. 305C:* Unde Aristo[teles] dicit, quod homo generatur ex homine et sole. […] Et ideo sol et aliae stellae sunt principium vitae cuiuslibet vivi in natura.

Aristotelis sententia media inter Platonem et eius adversarios.

ideas ob hanc causam non esse ¦ inducendas tradit.[785] Quare inter 133 Z_2
Platonem et eos, cum quibus Plato contendebat, media quadam via incedit, cum illis fatetur, quaecunque sunt singula esse ac motu perpetuo verti, quarum formas ab ipsis avelli posse, aut reipsa vel a materia vel corporibus negat solutas degere. Verum in eo cum Platone facit, dum species aut formas rerum, quae corruptioni sunt obnoxiae, inquit a singulis et privatis rebus tantum secerni mente, ratione atque intelligentia, de quibus ita solutis et liberatis a materia scientiae haberi possint.

Formae quomodo a materia separentur.

At de formarum avulsione vel secretione a materia ne quid erremus, ex Peripateticorum sententia, distinctione huiusmodi censemus utendum. Quaedam sunt corpora, quae ut in sua natura et certa specie a propriis formis continentur, ita vicissim formae illorum ab ipsis pendent, et de his pronunciandum est illas a sua materia quam formant, nunquam salvas et integras avelli, ita est canis, equi, et plantarum, lapidum, et similium forma. Alia vero dantur corpo|ra, quae ut sua 149 Z_1
forma, in natura et propria specie cohaereant et constent, vicissim tamen ipsorum forma, nequaquam ab illis pendet, atque in his dicetur formam reipsa liberam a materia, et ab ea non ratione modo, sed reipsa secerni et avelli.[786] Huius ordine ponuntur hominum animi ex illorum sententia, qui eos immortales opinantur, ac singulares intelligentiae, quibus coelestes globi perpetuo versantur. Ex istis iam liquere arbitror, cuius erroris Plato in hac causa cum ab Aristotele tum a Peripateticis accusetur, nempe quod rerum formas quamvis mortalium ab ipsis avulsas constituerit, quas appellaverit ideas. Eas vero si naturam aut essentiam Dei dixisset, iure reprehendi non posset, sed eo tantum traducitur, quod eas disiunctas a rebus affirmarit, nec plane disserverit, ut christiani patres explicuerunt, eas idem atque naturam et essentiam Dei esse.

Cuius erroris Plato ab Aristotele accusetur.

Z. 8 et] et et Z_1 14 a] e Z_2

[785] *Vgl. Arist. met. 1,9, 991a 8–14 (Jaeger 28):* πάντων δὲ μάλιστα διαπορήσειεν ἄν τις τί ποτε συμβάλλεται τὰ εἴδη τοῖς ἀϊδίοις τῶν αἰσθητῶν ἢ τοῖς γιγνομένοις καὶ φθειρομένοις· οὔτε γὰρ κινήσεως οὔτε μεταβολῆς οὐδεμιᾶς ἐστὶν αἴτια αὐτοῖς· ἀλλὰ μὴν οὔτε πρὸς τὴν ἐπιστήμην οὐθὲν βοηθεῖ τὴν τῶν ἄλλων (οὐδὲ γὰρ οὐσία ἐκεῖνα τούτων· ἐν τούτοις γὰρ ἂν ἦν), οὔτε εἰς τὸ εἶναι, μὴ ἐνυπάρχοντά γε τοῖς μετέχουσιν.

[786] *Vgl. Arist. met. 12,3, 1070a 13f.17f.24f. (Jaeger 245f.):* ἐπὶ μὲν οὖν τινῶν τὸ τόδε τι οὐκ ἔστι παρὰ τὴν συνθετὴν οὐσίαν, οἷον οἰκίας τὸ εἶδος, […] ἀλλ' εἴπερ, ἐπὶ τῶν φύσει· […] εἰ δὲ καὶ ὕστερόν τι ὑπομένει, σκεπτέον· ἐπ' ἐνίων γὰρ οὐδὲν κωλύει, οἷον εἰ ἡ ψυχὴ τοιοῦτον. *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q.75 a. 6 co. (STO II 290):* Anima autem humana non posset corrumpi, nisi per se corrumperetur. Quod quidem omnino est impossibile non solum de ipsa, sed de quolibet subsistente quod est forma tantum.

Albertus[787], qui, ut barbarus lingua fuerit, Magnus tamen ob multiplicem summamque rerum scientiam est appellatus, in suis Metaphysicis has putat ideas et formas rerum impressas in orbe summo stellarum inerrantium ideoque illic non tantum vires producendi res, quae hic apud nos oriuntur et intereunt, contineri, sed etiam exemplaria, quae res procreatae quam diu sunt imitantur. Et Hermetem[788] adducit illum τρὶς μέγιστον, qui ait nec lapillum quidem in hac nostra infima regione inveniri, cuius non extet in coelo propria vis et exemplum, unde sit productus, et dum est conservetur et augeatur.[789] Quin et animos hominum, cum ad corpora devolvuntur ac per illos coelorum globos transeunt, non inanes inde abire Plato et sui studiosi putarunt. Nam cum sint natura faciles ad impressiones accipiendas, illis consi¦gnari volunt praeclarissimis ideis ac formis coelestibus, ac secum exemplaria rerum omnium ad corpora deferre, a quorum nihilominus prima aetate impediantur contemplatione, ceu mersi et praefocati aliquo pacto, mole ac humore copioso et redundanti corporis quod recens induerunt, sed aetatis deinde processu ab his, quae in mundo vident et sentiunt vel a praeceptorum doctis interrogationibus et monitis, ad illa divina simulachra intuenda et contemplanda excitari.[790] Quare Plato non semel scire aut discere, nil aliud esse testabatur quam reminisci, ut licet ex Menone et Theaeteto ipsius cognoscere.[791] Idem quoque De repub[lica] lib[ro] 7. cum specum finxisset, in quo collocavit homines compedibus vinctos, qui tantum umbras in adverso pariete cernerent, eos inquit, | si forte solverentur, et ad vera corpora se converterent intuenda, quorum prius tantum vidissent umbras, tum demum scientiae fieri compotes: ut inquam haec dixit, et aptissima exposuit similitudine, tum intulit eos qui docent aut erudiunt homines,

An ideae impressae sint orbi stellarum inerrantium.

Discere est reminisci.

134 Z_2 150 Z_1

Z. 14 omnium] omnnium Z_2 25 quorum] quaerum Z_1

[787] *Albertus Magnus (um 1200–1280), Dominikaner, bedeutender Theologe der Hochscholastik und Philosoph. Lehrer des Thomas von Aquin. Alberts Werke umfassen beinahe alle Wissensbereiche seiner Zeit, weshalb er in der Folgezeit als »doctor universalis« bezeichnet wurde. – TRE II 177–184; LMA I 294–299.*

[788] *Hermes Trismegistos, griechisch-ägyptische Gottheit mit Zügen des Hermes und des Thot, die als Verfasserin der sog. hermetischen Schriften galt. – RGG⁴ III 1667; NP V 433–435.*

[789] *Vgl. Alb. met. 1,1,2 (AMO XVI/1 4,18–23):* Platoni autem hi consentire videntur, qui talia vocat formas, quarum imagines esse dicit eas essentias, substantias, vitas et alia huiusmodi, quae in sensibilibus apparent. Secutus enim est dogma Socratis, qui hoc a Trismegisto Hermete, primo huius dogmatis auctore, suscepit.

[790] *Vgl. Plat. Phaedr. 247c–249d (Burnet II ibid.).*

[791] *Plat. Men. 81d (Burnet III ibid.):* τὸ γὰρ ζητεῖν ἄρα καὶ τὸ μανθάνειν ἀνάμνησις ὅλον ἐστίν. *Vgl. Plat. Theaet. 209a-c (Burnet I ibid.). Vgl. Cic. tusc. 1,24,58 (Kīng 68):* Nihil est aliud discere nisi recordari.

quod nil plane aliud censuit, quam vincula ignorationis ac tenebrarum solvere, tantum illos convertere ad veras ideas et formas, quas in animo habeant spectandas, non tamen illis novam doctrinam vel notitiam ullam, quam prius non habuerint, cum nascerentur, afferre.[792] Neque reticuit Aristoteles hanc Platonis opinionem de scientia, quae nova nunquam accederet, sed potius excitaretur, in Analyticis posterioribus et in libris De animo nec non in aliis quibusdam locis.[793] Haec quae partim memoravit Albertus partimque in libris Platonis et studiosorum eius reperiuntur, dubios de sententia eius nos reddunt, ideas ne voluerit essentiam et naturam Dei esse, an extra eam illas collocarit.

Ideae in mente quadam aut in anima mundi.

Nec defuerunt ex ipsa eius familia, qui crediderint ideas rerum prius locum habuisse in mente quadam, a primo illo summoque omnium parente Deo procreata. Alii quoque posuerunt eas primum omnium in anima mundi, cuius unius opera cuncta fieri et moveri censuerunt. Quae res cum adeo varia sit et incerta, relinquitur a nobis in medio, atque hoc tantum dicam: ideas nunc ab Aristotele oppugnari, quasi ponantur seiunctae a rebus et ipsae per sese constent ut omnium, quae fiunt, causae et exemplaria. Simplicius[794] non parum Platoni addictus, in multis locis ait non sensum Platonis, verum Xenocratis aut quorundam sectatorum eius interpretationem ab Aristotele reprehendi.[795] Atque idem plane vult Ammonius[796] interpretando librum περὶ ἑρμηνείας.[797] Caeterum cum hac de re iam satis multa, et plura fortasse quam oporteat sim praefatus, ad Aristotelis verba me recipiam.

[792] *Plat. resp. VII 514a–517c (Burnet IV ibid.).*

[793] *Vgl. Arist. an. post. 1,1, 71a 27–30 (Ross ibid.):* ἀλλὰ δῆλον ὡς ὠδὶ μὲν ἐπίσταται, ὅτι καθόλου ἐπίσταται, ἁπλῶς δ' οὐκ ἐπίσταται· εἰ δὲ μή, τὸ ἐν τῷ Μένωνι ἀπόρημα συμβήσεται· ἢ γὰρ οὐδὲν μαθήσεται ἢ ἃ οἶδεν. *Als Kritik an der platonischen Ideenlehre allgemein kann auch Arist. anim. 1,1, 402b 7f. (Ross 2) gedeutet werden.*

[794] *Simplikios (ca. 490–560 n. Chr.), neuplatonischer Philosoph, Verfasser von Aristoteleskommentaren. – NP XI 578–580; GGL II/2 1063f.*

[795] *Vgl. Simpl. coel. (Heiberg 86f.).*

[796] *Der Neuplatoniker Ammonios hatte in Athen bei Proklos studiert und unterrichtete im 1. Viertel des 6. Jh. n. Chr. in Alexandria. Erhalten geblieben sind Kommentare des Ammonios zu verschiedenen Schriften des Aristoteles. – NP I 602; DPhA I 168–170.*

[797] *Vgl. Amm. int. (Busse 213,19–27):* ὅ τε οὖν Πλάτων ἀνελέγκτως ταῦτα οὕτως ἀποφαινόμενος καὶ ὁ Ἀριστοτέλης ὀρθῶς ὑπολαβών, ὡς εἰκός, τινὰς μὴ παρακολουθήσαντας τῷ βάθει τῆς τοῦ Πλάτωνας διανοίας οἰηθῆναι ὅτι γίνεσθαι τῶν ὄντων φησὶ τὸ μηδαμῶς ὄν, εἰ λέγοι τὸ ῥητὸν ἢ δοξαστόν, οὐ καθ' ὃν εἰρήκαμεν τρόπον ἀλλ' ὡς αὐτόθεν ὑπόστασιν ἔχον, καὶ διὰ τοῦτο λέγων μὴ εἶναι ἀληθὲς τὸ φάσκειν οὕτως ὂν γίνεσθαι τὸ μὴ ὄν, δοξαστὸν εἶναι λεγόμενον ὡς καὶ ἄνευ τῆς πρὸς ἡμᾶς σχέσεως ὑπόστασιν ἔχον, ὁποῖον εἶναι ἀξιοῖ τὸ κατὰ τὴν ἑτερότητα μὴ ὄν, ὅπερ κατακεκερματίσθαι φησὶν ἐν πᾶσι τοῖς οὖσι καὶ οὐ παρ' ἔλαττον εἶναι τοῦ κυρίως ὄντος.

135 Z_2 *Qui igitur hanc attulerunt opinionem, in his non ¦ faciebant ideas, in quibus prius et posterius aliquid dixerunt. Idcirco neque numerorum id eam constituebant.* [39*] 1096a 17–19

Quatuor, uti iam ab initio dixi, rationes Aristoteles adversus Platonem inducit. A prima iam incipimus. Quaestio sic proponenda est, communis an danda sit idea bonorum omnium. Ea si de unius Dei | natura seu essentia intelligeretur, danda esset citra contentionem. Sin vero idea sumatur ut communis natura suorum individuorum, ut Plato de illa saepius est loquutus, neque Scotus[798] ex recentioribus longius a tali cogitatione abfuit,[799] negatur. Prima ratio huius confutationis, hoc modo producitur: An sit communis idea danda bonorum omnium.

151 Z_1

In quibuscunque ordo prioris et posterioris fuerit, in eis communis aliqua idea non ponitur.
Bona, quae hic habentur, sic instituta sunt, ut quaedam eorum sint priora et quaedam posteriora.
Proinde communem ideam habere non poterunt.[800]

Maior propositio ceu confessa et evidens in schola Platonis assumitur et in ea sic eos fuisse concordes, quos arguit, demonstrat.

Idcirco neque numerorum ideas constituebant.] Numeros ita comparatos ut unus eorum prior sit altero neminem fugere arbitror. Themistius, ut vobis antea dixi, 23. cap[ite] primi libri De anima hoc docuit, ideas a Platone numeris non fuisse praepositas.[801] Quod aiebam et modo re- An numeri suas ideas habeant.

[39*] *AG* οἱ δὴ κομίσαντες τὴν δόξαν ταύτην οὐκ ἐποίουν ἰδέας ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ ὕστερον ἔλεγον, διόπερ οὐδὲ τῶν ἀριθμῶν ἰδέαν κατεσκεύαζον – *AL* Ferentes autem opinionem hanc, non faciebant ydeas in quibus prius et posterius dicebant; propter quod neque numerum ydeam constituebant.

[798] *Johannes Duns Scotus (1266–1308), Franziskaner und bedeutender Theologe der Hochscholastik, war Professor der Theologie in Cambridge, Oxford und Paris. Aufgrund der Komplexität seiner Werke wurde ihm der Beiname »doctor subtilis« zugelegt. – TRE IX 218–231; LMA V 571–574.*

[799] *Obwohl Duns Scotus die Ideen nicht als selbstständige Realitäten erfasste, hielt er dennoch daran fest, dass sie untereinander und mit dem Wesen Gottes formal nicht identisch seien, was Vermigli hier als platonisierenden Zug charakterisiert. Vgl. Scot. lect. I d. 36 q. un. (Balic et al. XVII 469,9–13):* Ex isto autem patet […], quomodo intellectus divinus producit lapidem in esse intelligibili: non enim tantum producit relationem, sed totum producit ad esse diminutum, quod est esse verum et cognitum. – *HWP IV 95–98.*

[800] *Eustr. graec. (Heylbut 43,2–4):* Συλλογισμὸν πλέκει κατὰ τὸ πρῶτον σχῆμα οὕτως· ἐν οἷς τὸ πρῶτον καὶ ὕστερον, ἐν τούτοις ἰδέα οὐκ ἔστιν· ἐν τῷ ἀγαθῷ ἐστι τὸ πρότερον καὶ ὕστερον· ἐν τῷ ἀγαθῷ ἄρα οὐκ ἔστιν ἰδέα. *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Celarent.

[801] *Vgl. oben S. 231f.*

peto non videri, quomodo fundamentis et principiis Platonis consentiat. Quia, si posuit ideas ob tuendas scientias et numerorum haberi scientiam omnes confitentur, eorum quoque danda erat idea, cum numeri singulis rebus inhaerentes una cum illis et pereant et mutentur.

Ideae sunt ut species et genera.

Quid vero impulerit illos, ut a numeris ideas amoverint, Eustrathius refert: sunt, inquit, Platonis ideae uti species et genera, ista vero sic habent, ut ex aequo de his dicantur, quae ipsis subiiciuntur.[802] Nam animalis nomen et definitio leoni, equo, bovi ac homini aeque tribuitur, nec istorum quicquam illa prius altero sibi vendicat, ita ut causa sit, propter quam alia et sint et dicantur animalia. Aristoteles in his, quae praefatus est ante Categorias, haec ὁμώνυμα vocavit, nostri vero, ut eorum more loquar, appellarunt univoca, utpote quae nomen et definitionem omnibus modis communem habent. Συνώνυμα vero, quae nostri dixerunt aequivoca, dici statuit, quae utut nomen aut vocabulum sortiantur commune, eadem tamen definitione nominari non possunt. Nam vocem canis et ad sidus et ad quadrupedem et ad marinum piscem accommodamus, quae di¦versissimam definitionem habent.[803] Ponitur inter ista duo quid medium, idque vulgo in scholis appellatur ἀνάλογον, tumque locum habet, ubi multis idem est inditum nomen et ratio eis convenit eadem, sed per unum communicatur alii. Nec omnia, quae pari nomine appellantur, extemplo sunt definitionis | participia, sed natura, quae per definitionem significatur, unius eorum est propria et per ipsum delabitur et meat ad alia. Ut sanitas in corporibus animantium primum omnium inest, dicitur inde in pharmacis, in urinis. Ista etiam consuevimus nominare sana, at prius omnibus animans est et dicitur sana et urina ut indicium eius ita vocatur, pharmacum vero, quod illam efficiat.[804] Ἀνάλογα haec dicuntur, ut in

Ὁμώνυμα et συνώνυμα quae sint.

Medium inter haec duo.

136 Z_2

152 Z_1

Z. 9 illa] illam Z_2 26 sana] sanum Z_2

[802] *Eustr. graec. (Heylbut 42,25–30):* ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν λογικῶν εἰδῶν καὶ γενῶν τὰ μετέχοντα τοῦ εἴδους ἄτομα ὁμοταγῶς μετέχουσι καὶ οὐ τὸ μὲν πρῶτον, τὸ δὲ μετ' ἐκεῖνο, ὁμοίως καὶ τὰ μετέχοντα τοῦ αὐτοῦ γένους εἴδη […], οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἰδεῶν. *Eustr. lat. (Mercken 73,87–93):* Quemadmodum enim in logicis speciebus et generibus participantia specie individua aequaliter et uno ordine participant et non hoc quidem prius, hoc autem post illud, similiter et participantes eodem genere species […], ita et in ideis.

[803] *Vermigli verwechselt hier die Bedeutungen von* ὁμώνυμον *und* συνώνυμον *miteinander, vgl. Arist. cat. 1, 1a 1–7 (Cook 12):* Ὁμώνυμα λέγεται ὧν ὄνομα μόνον κοινόν, ὁ δὲ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ἕτερος […]. συνώνυμα δὲ λέγεται ὧν τό τε ὄνομα κοινὸν καὶ ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτός.

[804] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 16 a. 6 co. (STO II 212):* Quando aliquid dicitur analogice de multis, illud invenitur secundum propriam rationem in uno eorum tantum, a quo alia denominantur. Sicut sanum dicitur de animali et urina et medicina, non quod sanitas sit nisi in animali tantum, sed a sanitate animalis denominatur medicina sana,

quibus et prius et posterius deprehendas. Hoc idem numeris usuvenit, etenim binarius, ternarius, quaternarius, quinarius et sic deinceps numerus et dicitur et est, attamen hi omnes ex aequo non sunt numeri, quia natura numeri per binarium tendit in ternarium, et ex ternario in quaternarium transfunditur. Atque hoc est modo inquit Aristoteles prius et posterius in eis esse, quia varii numeri analogi sint inter se ac non revera univoci. Quomodo in numeris prius et posterius.

Neque sua vi seu ironia carent Aristotelis illa verba, ἐποίουν et κατεσκεύαζον, quod est »faciebant« et »constituebant« ideas. Nam sic dicendo ideas per sese ac natura sua nihil esse innuit, ut quae solum ab ipsis fuerint repertae ac fictae. Non reticendum est prius et posterius, quocunque modo accipiatur, non auferre a rebus veram formae seu generis rationem, alioqui nullae in mundo esse possent species aut genera. Enimvero, si attentius rerum naturae spectentur, ut vere alibi dixit Aristoteles, instar numerorum se habent,[805] et una dignitate alteram antecedit, idque ordine summo et coniunctissimo. Quare in eis fieri nequit, quin et prius et posterius habeatur, sed tum analogia nascitur a priori et posteriori, ubi quod prius posteriori communicat totum id, in quo simul congruunt. Familiari utar simili: duo fratres in eadem stirpe seu familia iunguntur et unus est prior altero. Qui enim ante alium nascitur, eo prior est, non tamen qui maior natu fuerit dat fratri, ut eiusdem stirpis atque familiae sit secum; minor vero sic ponitur. Prius et posterius non auferunt generis et formae rationem a rebus.

At bonum in substantia dicitur et in quali et in eo, quod est ad aliquid. Atque id, quod est per se substantiave, prius est eo natura, quod est ad aliquid. Hoc enim simile est rei agnascentis et ei, quod est accidentis. In his igitur non potest esse communis idea. [40*] 1096a 19–23

Z. 5 modo] quod modo Z_2 25 agnascentis] adnascentis Z_2

[40*] *AG* τὸ δ' ἀγαθὸν λέγεται καὶ ἐν τῷ τί ἐστι καὶ ἐν τῷ ποιῷ καὶ ἐν τῷ πρός τι, τὸ δὲ καθ' αὐτὸ καὶ ἡ οὐσία πρότερον τῇ φύσει τοῦ πρός τι (παραφυάδι γὰρ τοῦτ' ἔοικε καὶ συμβεβηκότι τοῦ ὄντος)· ὥστ' οὐκ ἂν εἴη κοινή τις ἐπὶ τούτοις ἰδέα· – *AL* Bonum autem dicitur et in eo quod qui est et in quali et in aliquid. Quod autem est secundum se ipsum et substancia, prius natura eo quod ad aliquid; propagini enim hec assimulantur et accidenti entis. Quare neque utique erit communis quedam in hiis ydea.

inquantum est illius sanitatis effectiva, et urina, inquantum est illius sanitatis significativa.

[805] *Vgl. Arist. met. 8,3, 1043b 36–1044a 2 (Jaeger 171):* καὶ ὥσπερ οὐδ' ἀπ' ἀριθμοῦ ἀφαιρεθέντος τινὸς ἢ προστεθέντος ἐξ ὧν ὁ ἀριθμός ἐστιν, οὐκέτι ὁ αὐτὸς ἀριθμός ἐστιν ἀλλ' ἕτερος, κἂν τοὐλάχιστον ἀφαιρεθῇ ἢ προστεθῇ, οὕτως οὐδὲ ὁ ὁρισμὸς οὐδὲ τὸ τί ἦν εἶναι οὐκέτι ἔσται ἀφαιρεθέντος τινὸς ἢ προστεθέντος.

153 Z_1
137 Z_2

Ordo in categoriis.

¦ Ex his primum constituas bona esse multa, quoniam in variis multisque locantur praedicamentis. Cogites praeterea categorias non temere poni, sed inter se iustum pulcherrimumque ordinem habere, quoniam aliqua communi natura qua contineantur ex aequo omnia inter se non congruunt. Siquidem id, quod est, et vulgo appellatur ens, de illis non dicitur ex aequo, sed ratione quadam, unde collatum ad ea dicitur analogum. Nam substantia prima omnium est, in ea caeterae categoriae insunt atque illi nituntur.[806] Quo vero inter haec praedicamenta discrimen prioris et posterioris intelligamus, quae sunt evidentiora et quodammodo tanguntur, substantias inquam et qualitatem, cum relatione confert, cuius natura vel essentia tenuis adeo est, ut nonnisi ab eruditis hominibus cognoscatur, cum substantia et qualitas maxime omnium sint nota. Quod praeterea mirabimur, si bonum per diversas categorias inveniatur sparsum, cum bonum pateat non minus late atque id, quod est? Ut enim passim dicitur: ens et bonum retro commeant, nil enim esse videas, quod idem non sit bonum.[807] Quod itaque, dices, bonum ab eo quod est differt? Affectu inquam seu relatione, nam essentiae rei addit collationem ad appetitum, natura bonum enim idem est, quod expetendum.[808] Verum quoque tam late atque id, quod est, patet et relationem aequalitatis adiungit essentiae ad intelligentiam seu mentem.[809] Unum etiam fusissime per omnes categorias meat et duos ei, quod est, affectus adiicit: primum ut a seipso sit individuum nec a seipso distrahatur; alterum, ut a diversis disiunctum sit.[810] Verum de his obiter diximus, ut declararetur non tantum ipsum bonum aeque ac ens patere, sed alia similiter inveniri, quae identidem per omnes categorias miscerentur. Sed ad rem redeo.

Bonum et ens aeque late patent.

Bonum et ens quid differant.

Unum per omnes categorias meat.

Z. 20 relationom Z_2

[806] *Vgl. Arist. met. 7,1, 1028a 29–31 (Jaeger 129):* δῆλον οὖν ὅτι διὰ ταύτην κἀκείνων ἕκαστον ἔστιν, ὥστε τὸ πρώτως ὂν καὶ οὐ τὶ ὂν ἀλλ' ὂν ἁπλῶς ἡ οὐσία ἂν εἴη.

[807] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 5 a. 1 co. (STO II 190):* Bonum et ens sunt idem secundum rem. *Ps.-Dion. div. nom. 5,8 (PTS XXXIII 186,8f.):* πάντα ὄντα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ εὖ εἶναι ἔχει.

[808] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 5 a. 1 co. (STO II 190):* Sed [bonum et ens] differunt secundum rationem tantum. Quod sic patet. Ratio enim boni in hoc consistit, quod aliquid sit appetibile.

[809] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 1 a. 1 arg. 2 (STO II 184):* Nihil enim scitur nisi verum, quod cum ente convertitur. *Thom. Aqu. ver. q. 1 a. 1 co. (STO III 1):* Hoc est ergo quod addit verum supra ens, scilicet conformitatem, sive adaequationem rei et intellectus.

[810] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 11 a. 1 co. (STO II 197):* Unum non addit supra ens rem aliquam, sed tantum negationem divisionis: unum enim nihil aliud significat quam ens indivisum. Et ex hoc ipso apparet quod unum convertitur cum ente.

Aristoteles per »id, quod« ait τι, substantiam intelligit, quoniam ea per sese constat, et alia, cum nitantur ei, non habent nec patiuntur interrogationem per τι, nisi prout substantiae modum quo ad notionem imitantur. Cum enim petimus, quid sit dulce quidve amarum, de his non ut adiacentibus, sed ut de substantiis cogitamus. Nam ita possumus aliquas eis definitiones attribuere.

Quare omittat quantitatem.

Sed quam ob causam in isto censu praetereatur quantitas, non una ratio nobis occurrit. Dicere quippe licet, hoc ideo factum, quod in animo Aristoteli non fuerit omnes numerare categorias, ideo si unam praetermiserit, non esse mirandum.[811] Praeterea quantitas ideo fortasse
154 Z_1 tacita | est, quod nonnulli a materia, quod initium est substantiae, vix illam discernunt. Revocet etiam forte aliquis in dubium, cur ex posteriobus relationem duntaxat numeret. Quibus quod respondeatur in
138 Z_2 promptu est, nempe omnes alias, quae se¦quuntur, categorias aut affectus ac relationes esse aut saltem non posse absque illis vel intelligi vel esse. Quare numerando relationes, illas quoque recensuisse videtur. Haec primo aspectu dicerentur commodissime, verum aliud est, quod verius potest responderi, alias nimirum categorias, quae hic non sunt nominatae, in alia ratione quae mox adducetur, nominatum iri, saltem quo ad eorum maximam partem.

Cur relatione posita sequentes categorias omittat.

Dum inquit καθ' αὑτό, »quod est per se«, ut retur Eustrathius, non substantiam, sed qualitatem significat; etenim qualitas etiam natura libera, non affectus non relatio neque collatio.[812] Novi quidem qualitatem non esse relationem, sed tamen Aristotelem non arbitror per καθ' αὑτό intelligere qualitatem, sed tantum eam naturam, quae per seipsam constat atque cohaeret. Quodque prius dixerat, ilico voce proxima exprimit apertius. At quare non opponit relationi qualitatem una cum substantia, sicut eam ab initio commemoravit cum substantia, dum hanc rationem induceret? Quia vidit fortasse nonnullos, imo permultos, qui qualitates a substantiae formis non discernerent. Vel quod magis opinor, ut rationem magis perspicuam redderet, id quod fuit

Quare relationi non opponat qualitatem cum substantia.

Z. 3 quo] quod Z_2 11 quod] quae Z_2 13 numeret] uumeret Z_2 14 se¦quuntur] se¦sequuntur Z_2 14 categorias] categoriae Z_1 25 καθ'] κατ' Z_2

[811] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 43,12f.):* ἠρκέσθη δὲ ταῖς τρισὶ ταύταις κατηγορίαις ὡς ἱκαναῖς οὔσαις δηλῶσαι τὸ ἐπαγόμενον. *Eustr. lat. (Mercken 73,9f.):* Contentus est autem his tribus praedicamentis velut sufficientibus existentibus manifestare quod inductum est.

[812] *Eustr. graec. (Heylbut 43,14f.):* τὸ δὲ καθ' αὐτὸ ἐνταῦθα οὐκ ἐπὶ τοῦ οὐσιώδους ἀλλ' ἐπὶ τοῦ μὴ ἐν σχέσει παρέλαβεν. *Eustr. lat. (Mercken 74,12f.):* Secundum se ipsum autem hic non de substantiali sed de eo quod non in habitudine assumpsit.

evidentius assumpsit, nempe substantiam, quam nulli ambigunt, priorem natura esse relationibus. Nam ut ex dialecticis et metaphysicis cognosci potest, omnia ea, quae cum aliis conferuntur et vocantur relata, ex tribus primis generibus oriuntur: substantia, inquam, quantitate ac qualitate.[813] Substantiae innituntur pater et filius; quantitati aequale ac inaequale; tandem qualitati simile atque dissimile. Idque demonstratur admodum eleganter his verbis, *Hoc enim simile est rei agnascentis, et ei quod est accidentis.* Ratione hac ostenditur plane, quomodo, quae cum aliquo conferuntur, sint posteriora substantia, quod illi ut propago quaedam adnascantur eique omnino accidant.

In his igitur non potest esse communis idea.] Conclusio haec est dilucida rationis iam allatae, quae tota ex eo pendet, quod in prioribus et posterioribus idea communis minime ponitur: nam in numeris eam non dederunt. Bona vero prius et posterius habere demonstrat, quod sint non solum in his, quae libera sunt, verum et in illis, quae | cum aliquibus conferuntur. Et relata posteriora esse liberis, ut sit evidens, ex quo tamen docet, quod illis adnascantur instar propaginis et accidentis. Causa igitur non est, ob quam bonorum liceat communem ideam ponere. Eustrathius, quo magis aperiat, in prioribus atque posterioribus ideam communem statui non posse ait. Id, quod est posterius, oportere longinquius esse ab idea priori atque adeo illius minus esse particeps. Verum cuius maior aut minor est communicatio, inter accidentia censetur, quae alba ¦ sunt, calida vel dulcia, ut liquet, harum qualitatum non eodem modo sunt participia, sed alia magis, alia vero minus his accidentibus afficiuntur. Inde fit, ut si priora et posteriora sic ideam respiciant, ut eam ista magis, illa vero minus participent, iam idea sit accidens omnibus his, quibus plus aut minus sese impertit. Quam vero id alienum sit, ut ideas dicant accidentia singularum rerum, cum quibus naturam suam communicant, omnes vident. Quandoquidem tunc individua essent illarum substantiae, quibus accideret, atque ob eam causam ipsis longe firmiora atque constantiora. Nec quisquam, qui vel mediocriter sit eruditus, ignorat subiectum accidenti suo multo prius esse atque nobilius. Quare idea in prioribus et posterioribus posita, non modo illis accideret, verum ipsis et posterior esset et ignobilior.[814] Quo sane dicto quid absurdius Platonicis obiici posset?

155 Z_1

139 Z_2

In prioribus et posterioribus non posse statui communem ideam.

Z. 7–8 agnascentis] adnascentis Z_2

[813] *Vgl. Arist. met. 5,15, 1021a 11f. (Jaeger 109).*

[814] *Eustr. graec. (Heylbut 44,2–7):* τὸ δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐπὶ τῆς τῶν συμβεβηκότων εὑρίσκεται μετοχῆς, οὐκ ἐπὶ τῶν μετεχομένων οὐσιωδῶς· συμβεβηκότα δὲ λέγειν τὰ

Praesertim cum illi statuant ideas in hanc finem, ut singularum rerum, quae fiunt, et individuorum, quae passim intereunt, firma sint exemplaria et immortalia ut ipsi dicunt ἀρχέτυπα seu imagines? Unde quae ita esse volunt, iudicari et pronunciari non possunt vel ignobiliora, vel posteriora illis qui ea participant. Sed age secundam rationem Aristotelis explicemus.

Praeterea, cum bonum tot dicatur modis quot id, quod est (et enim dicitur in substantia, ut Deus et mens; et in qualitate virtutes; in quantitate mediocritas; in his, quae sunt ad aliud, utile; in tempore opportunitas; in loco victus salubritatisque ratio seu conversatio, et quae sunt huiusmodi), perspicuum est 156 Z_1 *non esse bonum commune generaliter et unum. Nec enim | in omnibus categoriis, sed tantum in una diceretur.* [41*] 1096a 23–29

Ita haec ratio disponitur: Analysis.

Quae sunt in diversis categoriis communem ideam non habent.
Bona in diversis categoriis collocantur.
Quare fatendum est ea communem ideam non habere.[815]

De priori propositione dubium nullum est, cum decem categoriae communem aliquam definitionem non habeant, licet eodem nomine 140 Z_2 associentur. ¦ Id enim, quod est, et iam vulgo tam in dialecticis quam metaphysicis »ens« vocatur,[816] de his omnibus decem generibus dicitur,

[41*] *AG* ἔτι δ' ἐπεὶ τἀγαθὸν ἰσαχῶς λέγεται τῷ ὄντι (καὶ γὰρ ἐν τῷ τί λέγεται, οἷον ὁ θεὸς καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἐν τῷ ποιῷ αἱ ἀρεταί, καὶ ἐν τῷ ποσῷ τὸ μέτριον, καὶ ἐν τῷ πρός τι τὸ χρήσιμον, καὶ ἐν χρόνῳ καιρός, καὶ ἐν τόπῳ δίαιτα καὶ ἕτερα τοιαῦτα), δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη κοινόν τι καθόλου καὶ ἕν· οὐ γὰρ ἂν ἐλέγετ' ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις, ἀλλ' ἐν μιᾷ μόνῃ· – *AL* Amplius autem quia bonum equaliter dicitur enti; et enim in eo quod quid est dicitur, utputa deus et intellectus, et in quali virtutes, et in quanto mensuratum, et in ad aliquid utile, et in tempore tempus, et in loco dyeta, et altera talia. Manifestum quod non utique erit commune quid universaliter et unum. Non enim utique diceretur in omnibus predicamentis, set in uno solo.

ἀρχέτυπα καὶ κυριώτερα ὄντα πρὸς τὰ δευτέρως ὄντα καὶ εἰκόνων λόγον ἐπέχοντα οὐκ ἐνδέχεται, ἀλλὰ καὶ τὸ συμβεβηκὸς τινὶ συμβέβηκεν· ᾧ δὲ συμβέβηκε τὸ συμβεβηκὸς πρότερον φύσει τοῦ συμβεβηκότος ἐστίν· ἔσται ἄρα πρότερον φύσει τοῦ ἀρχετύπου τὸ μίμημα, ὅπερ ἀδύνατον. *Eustr. lat. (Mercken 74f.,34–40):* Magis autem et minus in accidentium invenitur participatione, non in partecipatis substantialiter. Accidentia autem dicere archetypa et principaliora entia ad secundario entia et imaginum rationem habentia non contingit, sed et accidens alicui accidit. Cui autem accidit accidens prius natura accidente est. Erit ergo prius natura archetypo ipsius imitatio et imago, quod est impossibile.

[815] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Celarent.

[816] *Vgl. Streb. eth. 23v:* Quid vocas id, quod est? τὸ ὄν, quod aliqui verterunt ens.

cuius tamen assignari non potest una definitio, quam omnes categoriae ex aequo participent.[817] Alteram propositionem quam minorem vocant, inductione Aristoteles confirmat initium faciendo a substantia, in quo sane genere ut bona egregia numerat mentem atque Deum, quae, utut pro exemplis adducantur et ab exemplis argumenta firma deduci nequeant, considerasse tamen inutile non erit. Mentem hic non facultatem animi, quae collocari solet in secunda specie qualitatis diciturque naturalis vis aut potentia,[818] intelligit, sed pro substantia seu forma substantiae animumque significat rationis atque intelligentiae participem complectiturque tum hominum formam, tum substantias illas intelligentes quae motus coelestium orbium cient.

Mentis nomine quid intelligat.

Propterea Deum ipsum cum mente statim coniungit. Miranturque plurimi quomodo in categoria Deum Aristoteles ausus sit collocare, cum omnes formae categoriarum definiendo possint aperiri nullaque definitio sit, quae genere differentiisque suis non constet,[819] quae omnia Deo minime omnium possunt attribui, ut qui sit quam simplicissimus et simplicitati compositio generis ac differentiarum minime conveniat. Et nil est in ulla categoria, quod sua definitione comprehendi non possit. Qui vero termini erunt, quibus Dei naturam queamus concludere? Proinde fuerunt inter scholasticos theologos sapientissimi et quidem non pauci, qui Deum nullo pacto Aristotelicis Categoriis voluerunt includi.[820] Cum quibus et ille facere visus est Dionysius, quem Areopagitam finxerunt. Is enim dixit Deum et omnia esse et nihil esse. Omnia est, ait, quoniam quicquid est, illum participat. Nil vero est, non quidem defectu, quasi substantia vel, ut ita dicam, essentia illum deficiat, sed quoniam omnia, quae sunt, excedit.[821] Alii vero ut Aris-

Deus an sit in aliquo praedicamento.

[817] *Bei Aristoteles findet sich eine stärkere Betonung der Priorität der Substanz den anderen Kategorien gegenüber, vgl. Arist. met. 7,4, 1030a 18–23 (Jaeger 134):* τὸ τί ἐστιν ἕνα μὲν τρόπον σημαίνει τὴν οὐσίαν καὶ τὸ τόδε τι, ἄλλον δὲ ἕκαστον τῶν κατηγορουμένων, ποσὸν ποιὸν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα· ὥσπερ γὰρ καὶ τὸ ἔστιν ὑπάρχει πᾶσιν, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἀλλὰ τῷ μὲν πρώτως τοῖς δ' ἐπομένως, οὕτω καὶ τὸ τί ἐστιν ἁπλῶς μὲν τῇ οὐσίᾳ πὼς δὲ τοῖς ἄλλοις.

[818] *Vgl. Arist. cat. 8, 9a 14–16 (Cook 64).*

[819] *Vgl. Petr. Hisp. tract. 2,13 (De Rijk 21,23f.):* Diffinitio enim debet esse ex genere et differentiis.

[820] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 3 a. 5 co. (STO II 189):* [Deus] non habet genus, neque differentias; neque est definitio ipsius; […] quia definitio est ex genere et differentia.

[821] *Vgl. Ps.-Dion. div. nom. 1,7 (PTS XXXIII 119,10–120,1):* Οὕτως οὖν τῇ πάντων αἰτίᾳ καὶ ὑπὲρ πάντα οὔσῃ καὶ τὸ ἀνώνυμον ἐφαρμόσει καὶ πάντα τὰ τῶν ὄντων ὀνόματα, ἵνα ἀκριβῶς ᾖ τῶν ὅλων βασίλεια καὶ περὶ αὐτὴν ᾖ τὰ πάντα καὶ αὐτῆς ὡς αἰτίας, ὡς ἀρχῆς, ὡς πέρατος ἐξηρτημένα καὶ αὐτὴ κατὰ τὸ λόγιον ᾖ τὰ πάντα ἐν πᾶσι.

157 Z_1 totelem tueantur, | qui Deum hic inter formas recenset primae categoriae, inquiunt, si re ipsa et naturaliter agendum esset, Deum citra controversiam nullo genere nullaque forma categoriarum concludi posse. At si dialectice spectetur, nihil obstare, quin illi citra iacturam suae simplicitatis et infinitae naturae ac virium possit aliquod genus et aliquot differentiae affingi. Nec dubitant rationes, quas Aristoteles modo producit, esse dialecticas.[822] Haec ego notasse volui, quandoquidem locus iste saepissime in scholis citatur.

In qualitate ut bona recensuit virtutes, quae, ut omnes norunt, ad primam qualitatis formam pertinent, quae habitus et dispositio nominatur.[823] Sunt enim virtutes, ut suo loco tradetur, habitus animi crebris actionibus partae, sive fuerint circa mores sive circa rerum notitias.[824]

141 Z_2 In quantitate vero ¦ bonum esse scribit mensuram (quod solet ab omnibus commendari medium) seu mediocritatem. Quod, si dixeris videri etiam esse qualitatem, nam affectus dicuntur mediocres fieri et humores sive qualitates eorum ut calor, frigus, siccitas et humidum, in quibus mediocritas est sanitatis animantium effectrix, respondeo mediocritatem quidem in his rebus esse, at non si vere proprieque loqui velimus, mediocritas enim quantitatis est. Verum in qualitates transfertur, quando illas ceu extensas et magnitudinem seu latitudinem quandam habentes intelligimus. Dum enim cogitamus varios esse gradus frigoris, caloris, candoris aut dulcedinis aut affectuum, quia iuxta eos qualitates has vel maiores dicimus, ideo rationem quantitatis, dum sic accipiuntur, subeunt et ideo mirum non est, si etiam mediocritatis sint participes, illam enim a quantitate trahunt.

Mediocritas an ad quantitatem vel qualitatem pertineat.

Z. 14 medium)] *schließende Klammer fehlt* Z_1

[822] *Vgl. Greg. Arim. sent. I d. 8 q. 3 (Trapp/Marcolino II 128,10–12):* Primo probo quod res importata per hoc nomen ›deus‹ vere est in praedicamento substantiae, secundo probabo quod praedicabilia quaedam vere et proprie de deo dicta sunt in praedicamento. *Biel sent. I d. 8 q. 1 D 11-E 29 (Werbeck/Hofmann I 307f.):* Uno modo aliquid dicitur esse in genere, quia per aliquod genus significatur. […] Alio modo aliquid dicitur esse in genere vel praedicamento, quia de eo genus aliquod quidditative praedicatur. […] Primo modo Deus est in praedicamento non solum substantiae, sed etiam qualitatis, relationis, actionis, passionis […]. Secundo modo Deus non est in praedicamento, id est res illa summa quae Deus est, quia res quaedam est, quae nec subiicitur nec praedicatur, et talis hoc modo non est in praedicamento.

[823] *Vgl. Arist. cat. 8, 8b 26f. (Cook 62):* ἓν μὲν οὖν εἶδος ποιότητος ἕξις καὶ διάθεσις λεγέσθωσαν.

[824] *Vgl. Arist. eth. Nic. 2,2, 1103b 29–31 (Bywater 25):* ἀναγκαῖον ἐπισκέψασθαι τὰ περὶ τὰς πράξεις, πῶς πρακτέον αὐτάς· αὗται γάρ εἰσι κύριαι καὶ τοῦ ποιὰς γενέσθαι τὰς ἕξεις. *Zum Unterschied zwischen ethischen und dianoetischen Tugenden vgl. Arist. eth. Nic. 1,13, 1103a 3–5 (Bywater 23):* διορίζεται δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ τὴν διαφορὰν ταύτην· λέγομεν γὰρ αὐτῶν τὰς μὲν διανοητικὰς τὰς δὲ ἠθικάς.

Et in iis, quae cum aliquo conferuntur, utile; et in tempore opportunitas; et in
Utile. *loco diaeta*, id est loci salubris inhabitatio, *et quae sunt generis eiusdem.*] Utile
referri ad aliud non dubitatur, nam quicquid est utile in aliud dirigitur,
quod effectum volumus. Et prodest bifariam: vel ut conficiatur quovis
Occasio. modo, vel ut facile absolvatur. Occasio pertinet ad tempus, nam pars
illius est et merito censetur inter bona, cum in rebus faciendis quisque
laudatus et prudens artifex occasionem captet,[825] non multo postea
Diaeta. dicemus. Per diaetam intelligit locum et quidem salubrem, nam talem
medici praescribunt.[826] His potuisset addere categoriae de actione ex-
empla, nempe felicitatem, victoriam, reipub[licae] iustam administra-
tionem | et caetera huius ordinis. De habitu, apte, decenter, et com- 158 Z_1
mode vestiri. De situ, recte stare seu apposite iacere. Verum his omissis
satis exemplorum per ea, quae commemoravit, adductum esse ar-
bitratur ideoque rem ad hunc modum concludit:

Perspicuum est non esse bonum commune generaliter et unum, nec enim in
omnibus categoriis, sed tantum in una diceretur.] Etenim ratio haec est illarum
rerum, quae existunt quaeque unam communem habent rationem.

Eustrathii rationes pro Platone. Eustrathius Platonem tuendo putat Aristotelis argumentum convin-
cere, si de bono loqueremur communi atque universo, quod diceretur
de omnibus bonis, et post singula bona esset. At, inquit, Plato per
ideam boni hoc non intellexit, sed primum et summum illud, quod est
Deus, a cuius bonitate cuncta, quae bona sunt, derivantur.[827] De bono
itaque agit, quod aliorum bonorum est causa et commune ideo illud
appellat, quod ipsum omnia sibi expetant, quod et Aristoteles in initio
libri huius confitebatur.[828] Verum si haec Platonis ¦ erat sententia, tum 142 Z_2
de causa efficiente, non de idea seu forma loquutus esset. Neque ve-

[825] *Vgl. Cic. inv. 1,40 (Hubbell 78):* Occasio autem est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem.

[826] *Vgl. Streb. eth. 24r:* Victus salubritatisque ratio in loco, quippe quum pro ratione loci diaeta mutetur.

[827] *Eustr. graec. (Heylbut 45,11–13):* ὁ μὲν γὰρ Πλάτων τὸ ἓν καὶ ἄρρητον καὶ τἀγαθὸν τὴν κοινὴν αἰτίαν τῶν ὄντων πάντων εἶπε, καὶ ὑπὲρ τὰ ὄντα πάντα τὸ ἓν ἔταξεν, αἴτιον μὲν πάντων ἐκεῖνο λέγων, οὐδὲν δὲ τῶν πάντων. *Eustr. lat. (Mercken 76,95–98):* Plato quidem enim unum et ineffabile et bonum communem causam entium omnium dixit, et super entia omnia unum ordinavit, causam quidem omnium illud dicens, nihil autem omnium.

[828] *Eustr. graec. (Heylbut 45,25–28):* καὶ αὐτὸς δὲ Ἀριστοτέλης οἷς ἐν ἀρχῇ τοῦδε τοῦ βιβλίου ἐπαινεῖ τοὺς ἀποφηναμένους τἀγαθὸν εἶναι οὗ πάντα ἐφίεται ὡς καλῶς ἀποφηναμένους, δῆλός ἐστι τὸ πρώτιστον καὶ καθολικώτατον ὁμολογῶν ἀγαθὸν διὰ τοῦ εἰπεῖν τἀγαθὸν καὶ οὗ πάντα ἐφίεται. *Eustr. lat. (Mercken 77,10–14):* Et ipse autem Aristoteles quibus in principio huius libri laudat enuntiantes manifestus est primum et universalissimum confitens bonum per hoc quod dicit bonum et quod omnia appetunt.

rum est Aristotelem a libri huius initio docuisse omnia Deum appetere. Omnia quidem ait bonum appetere, at non idem, sed quodque bonum suae naturae aptum. Dei vero nullam facit mentionem. Deinde cur scientiam bonorum ex notitia huius ideae haberi statuit, cum Deus menti nostrae sit ignotissimus et id, per quod caetera sciuntur, oporteat esse notum ante omnia et multo clarius perceptum. Ratio vero Aristotelis ex eo vim habet, quod hi statuerint ideam boni, cum id facere minime potuerint: est enim bonum, uti demonstratum est, multiplex et varium nec una ratione seu propria definitione comprehendi potest. Neque Deum ita collocari decet supra decem categorias, ita ut de illis omnibus dicatur. Superat quidem illas omnes, quoniam earum causa efficiens est. Sed nos, uti dixi, non de efficienti, sed forma communi loquimur.

Atque cum una sit scientia earum rerum, quae una specie continentur, omnium quoque bonorum esset unica scientia. Nunc autem multae sunt et quidem earum rerum, quae in unam categoriam concluduntur, ut occasionis in bello | quidem ars militaris, in morbo vero medica facultas et mediocritatis in victu medicina, in laboribus gymnastice. [42*] 1096a 29–34

159 Z_1

Haec Aristotelis ratio ad secundum syllogismorum ordinem spectat:[829]

Omnium, quae habent unam ideam, est etiam una scientia.
Bonorum autem non est eadem scientia.
Quare omnium bonorum non erit una idea.[830]

Propositio maior est evidens, quoniam scientia et idea ad sese mutuo referuntur et affectorum inter se natura est, ut unum commutari non

Z. 24 et] et sic Z_2 24 commutari] comutari Z_2

[42*] *AG* ἔτι δ' ἐπεὶ τῶν κατὰ μίαν ἰδέαν μία καὶ ἐπιστήμη, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων ἦν ἂν μία τις ἐπιστήμη· νῦν δ' εἰσὶ πολλαὶ καὶ τῶν ὑπὸ μίαν κατηγορίαν, οἷον καιροῦ, ἐν πολέμῳ μὲν γὰρ στρατηγικὴ ἐν νόσῳ δ' ἰατρική, καὶ τοῦ μετρίου ἐν τροφῇ μὲν ἰατρικὴ ἐν πόνοις δὲ γυμναστική· – *AL* Amplius autem quia eorum que secundum unam ydeam una est et sciencia, et bonorum omnium esset utique una quedam sciencia. Nunc autem sunt multe et eorum que sub uno sunt predicamento, utputa temporis. In bello quidem enim militaris. In egritudine enim medicinalis. In laboribus autem exercitative.

[829] *Zur zweiten Figur des Syllogismus vgl. Arist. an. pr. 1,5, 26b 34–39 (Ross ibid.):* Ὅταν δὲ τὸ αὐτὸ τῷ μὲν παντὶ τῷ δὲ μηδενὶ ὑπάρχῃ, ἢ ἑκατέρῳ παντὶ ἢ μηδενί, τὸ μὲν σχῆμα τὸ τοιοῦτον καλῶ δεύτερον, μέσον δὲ ἐν αὐτῷ λέγω τὸ κατηγορούμενον ἀμφοῖν, ἄκρα δὲ καθ' ὧν λέγεται τοῦτο, μεῖζον δὲ ἄκρον τὸ πρὸς τῷ μέσῳ κείμενον· ἔλαττον δὲ τὸ πορρωτέρω τοῦ μέσου· τίθεται δὲ τὸ μέσον ἔξω μὲν τῶν ἄκρων, πρῶτον δὲ τῇ θέσει.

[830] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Camestres.

possit, quin alterum varietur. Minor probatur et quidem inductione, qua ostenditur boni eiusdem categoriae multas esse scientias, ut demonstrabit, quo ad occasionem et mediocritatem. Rationis firmamentum est a comparatis utque vulgo dicuntur a maiore, quia magis videtur una esse scientia boni, quod pertineat ad unam categoriam, quam bonorum, quae a diversis categoriis comprehendantur. At non una scientia est, sed multae, cum occasionis, quae concluditur in categoriam temporis, tum mediocritatis, quae collocatur in categoria magnitudinis.[831]

De occasione. ¦ Atque haec sic declarantur prius definitionem aperiendo, quid sit occasio. Ea est pars ac momentum temporis, quod ad rem faciendam, seu facile et expedite perducendam ad finem, magnam praebet commoditatem.[832] Ea ut diversarum rerum est, sic ad scientias varias attinet. Primum, uti dicit Aristoteles, artis est militaris in bello, ubi plus adiuvare solet occasio quam virtus.[833] Quae autem versatur in morbo, medicae facultatis est. Quamobrem Hippocrates scripsit, occasionem praecipitem, unde voluit ostendere medicinae difficultatem.[834] Et certe verum est, quod vulgo dicitur occasionem ubique rapiendam, quam, si quis effugere ac labi sinat, non valebit postea ipsam recuperare.[835] 143 Z_2

De mediocritate. Idem confirmat de mediocritate. Ea est categoriae quantitatis, cum tamen ipsius non una, sed multae habeantur scientiae. Etenim a medico traditur ac docetur, qui vult plus aut minus adhiberi alimenti aegrotantibus iuxta morbi rationem, et pharmaca temperat ut mediocritate correcta non laedant.[836] Eandem mediocritatem gymnastica

Z. 12 perducendam] producendam Z_2 19 labi] elabi Z_2

[831] *Zum* locus a maiori *vgl. Petr. Hisp. tract. 5,32 (De Rijk 73,14f.):* Si id quod magis videtur inesse non inest, nec id quod minus. *Arist. top. 2,10, 115a 11–13 (Ross 43):* εἰ τὸ θατέρῳ μᾶλλον ὑπάρχειν δοκοῦν μὴ ὑπάρχει, οὐδὲ τὸ λοιπὸν τῷ λοιπῷ.

[832] *Cic. inv. 1,40 (Hubbell 78):* Occasio est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem.

[833] *Streb. eth. 24r:* Vegetius lib[ro] 3.: Occasio in praelio plus adiuvare solet quam virtus. *Vgl. Veg. mil. 3,26,6 (Reeve 117).*

[834] *Streb. eth. 24r:* Occasionis medicinae, medicina. Quamobrem Hippocrates statim initio aphorismorum dicit occasionem praecipitem, significans artem esse difficilem. *Vgl. Hipp. aphor. 1 (Jones 98):* Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, ὁ δὲ καιρὸς ὀξὺς, ἡ δὲ πεῖρα σφαλερὴ, ἡ δὲ κρίσις χαλεπή.

[835] *Vgl. Iuv. 15,38–40 (Clausen 168):* Sed tempore festo alterius populi rapienda occasio cunctis uisa inimicorum primoribus ac ducibus. *Vgl. auch Erasm. adag. 2867 (ASD II/6 539):* Premenda occasio. […] significabit modis omnibus instandum esse nec omittendam e manibus semel oblatam occasionem.

[836] *Vgl. Streb. eth. 24r:* Mediocritatis est eadem medicina, quae plus aut minus adhibet alimenti pro corporis temperatione, quae servat in medicamento quantitatem, quae in tuenda valetudine servari iubet mediocritatem.

facultas observat, hoc est, ars illa, quae rationem tradit exercendorum corporum, et ea semper cavetur, ne quid nimis, ne quid parum. Est
160 Z_1 autem mediocritas certus et iustus modus inter nimium et parum.[837] | Proinde patet eorum bonorum, quae sunt unius praedicamenti, non
5 esse scientiam unam, nedum una sit eorum, quae per diversas categorias sunt dispersa. Quare, si bonorum non possit una esse scientia, eorundem statui non poterit una idea.

Ambigat autem quispiam, quid nam dicere velint de singulo quoque ipsum, 1096a 34–1096b 3
siquidem et ipsius hominis et hominis una et eadem ratio est et definitio,
10 *nempe hominis qua homo est, nihil a se invicem different; quod, si ita est, neque qua bonum.* [43*]

Ideas seu universa Platonicorum esse inutilia.

Ratio haec quarta iam non contra bonum ipsum tantum inducitur, sed adversus omnia universa Platonicorum, ut demonstrentur supervacanea et prorsus inutilia, et innititur argumentum vulgatae sententiae,
15 qua dicitur illa esse inter se eadem neque differre, quae definitionem eandem habuerint.[838] Quamobrem, cum homo ille universus, qui ponitur ut idea hominum, eandem habeat definitionem, quam habet homo, qui existit, nullum discrimen inter ea relinquitur neque quicquam supererit, quod tribuatur ideae ac idem non sit hominum, quos vide-
20 mus. Et quod pronunciatur de homine ac eius idea, similiter accommodatur ad bona et bonorum ideam, nam illa etiam definitionem eandem habent. Quare concludit hac ratione ideas non ponendas ut
144 Z_2 inutiles ac super¦fluas. Ut autem Aristotelis verba intelligantur facilius, sciendum est Platonem in plerisque locis, et in libro praesertim De
25 repub[lica] 6., cum vult ideas significare, nomini rei addit pronomen

Z. 17 habet] habeat Z_2

[43*] *AG* ἀπορήσειε δ' ἄν τις τί ποτε καὶ βούλονται λέγειν αὐτοέκαστον, εἴπερ ἔν τε αὐτοανθρώπῳ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ὁ τοῦ ἀνθρώπου· ᾗ γὰρ ἄνθρωπος, οὐδὲν διοίσουσιν· εἰ δ' οὕτως, οὐδ' ᾗ ἀγαθόν· – *AL* Queret autem utique aliquis quid et volunt dicere per se unumquodque, si et in per se homine et in homine una et eadem est racio que hominis. Secundum enim quod homo nichil different. Si autem sic, neque secundum quod bonum.

[837] *Vgl. Streb. eth. 24r:* Est quoque mediocritatis gymnastice, hoc est ars ea, quae in campo corpus exercet. Nam magister campi scire debet, quatenus corpus exercendum sit, ne quid nimis, ne quid parum. Mediocritas autem modus est inter nimium et parum.

[838] *Vgl. Petr. Hisp. tract. 7,189 (De Rijk 184,20–22):* Nam propositio est unum de uno, quia eadem est diffinitio unius solis et simpliciter rei, ut hominis et unius tantum hominis.

αὐτό, et inquit, αὐτὸ ἀγαθὸν, αὐτὸ καλόν, hoc est ipsum bonum et ipsum honestum.[839] Et hoc est quod nunc dicitur ipse homo αὐτοάνθρωπος. Verum Aristoteli se nunc opponit Eustratius et negat assumptum, nimirum boni ac ideae boni eandem esse rationem, quoniam fieri non potest, ut arbitratur, ut res, quae materia careat et quae illam secum habeat coniunctam, ut imago et exemplar, ut simplex et compositum, ut quod participat quae habet, et quod per seipsum id, quod est, fuerit, eandem habeant rationem.[840] At in eo hallucinatur, quod existimat per ideam Platonem intellexisse Deum, quod Aristoteles non confitetur. Verum hac de re superius fuse ac ampliter est dictum, unde nunc satis fuerit monuisse.[841]

An eadem sit ratio boni et ideae boni.

1096b 3–5 | *Neque vero, quia perpetuum est, magis erit bonum, siquidem neque id, quod ad longum tempus fuerit candidum, eo candidius est, quod uno die fuerit candidum.* [44*] 161 Z$_1$

Per occupationem ista dicuntur ceu quis obiecerit Aristoteli, quomodo haec dicere audes nihil a se invicem distare, cum idea sit incorruptibilis et sempiterna, quae vero cernimus, et fiant et intereant. Respondet Aristoteles longinquitatem temporis aut brevitatem non constituere in ratione vel essentia rerum discrimen. Utque magis perspicuum sit, quod dicit, rem transfert ad ea, quae sunt alba, et quod attinet ad candorem nihil interesse dicit, sive diu sive parvo tempore illo colore afficiantur, quoniam tantummodo hic agitur de ratione seu definitione, quae a se temporis circumstantiam segregat. Et quod Aristoteles dixit de his, quae alba sunt, nos in hominibus possumus considerare. Vixit diutissime (ut sacrae literae tradunt) Matusalem, Abrahamus non tam diu,[842] et tamen definitionis hominis non magis unus quam alter eorum

Tempus non constituit in rerum essentia discrimen.

[44*] *AG* ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῷ ἀίδιον εἶναι μᾶλλον ἀγαθὸν ἔσται, εἴπερ μηδὲ λευκότερον τὸ πολυχρόνιον τοῦ ἐφημέρου· – *AL* Set neque quidem perpetuum esse magis bonum erit, set neque magis quod diuturnius est eo quod unius diei.

[839] *Plat. resp. VI 507b (Burnet IV ibid.):* Καὶ αὐτὸ δὴ καλὸν καὶ αὐτὸ ἀγαθόν, καὶ οὕτω περὶ πάντων.

[840] *Eustr. graec. (Heylbut 49,24–27):* ἀλλὰ πῶς τὸ ἀγαθόν, ὦ Ἀριστότελες, τὸ αὐτὸ ἔσται καὶ ὡσαύτως ἐν τῷ ἀύλῳ καὶ ἐν τῷ ἐνύλῳ καὶ ἐν τῇ εἰκόνι καὶ τῷ παραδείγματι καὶ ἐν τῷ ἁπλῷ καὶ τῷ συνθέτῳ καὶ τῷ κατὰ μέθεξιν καὶ τῷ ἀμεθέκτῳ; *Eustr. lat. (Mercken 83,97–00):* Sed qualiter bonum, o Aristoteles, idem erit et similiter in immateriali et in materiali et in imagine et exemplo et in simplici et composito et in eo quod secundum participationem et in eo quod sine participatione?

[841] *Vgl. oben S. 246f.*

[842] *Gen 5,27* Et facti sunt omnes dies Mathusalae nongenti sexaginta novem anni et

fuit particeps. Verum et hanc rationem seu responsionem labefactare voluit Eustratius et ait posse quidem diuturniora et minus diuturna communem habere rationem, sed aeterna et mortalia non posse.[843] Sed is non intelligit Aristotelis rationem ex eo duci, quod fateretur posse quidem inter eos, qui definitionis humanae sunt participes, evenire, ut unus altero esset longaevior, et tamen uterque definitionis humanae participes essent ex aequo. Sed hominem aliquem aeternum et
145 Z$_2$ immortalem haud quaquam concederet. ¦ Nam aeterna oportet ut materia careant et contrariis, quod in naturam humanam minime convenit. Ideoque cum illi suam ideam hominis et hominem appellent et vere hominem esse velint, eam perpetuam et immortalem statuere nequeunt. Atque hinc est, quod Aristoteles collationem fecit inter magis et minus diuturna, non autem inter aeterna et caduca, quod sane ab eo non vulgari artificio factum intelligo.

Videntur autem Pythagorei probabilius de ipso dicere, qui ponunt in consortio bonorum ipsum unum, quos et Speusippus videtur secutus. Verum de his alius erit sermo. [45*] 1096b 5–8

162 Z$_1$ | Pythagorei duos ordines rerum constituerunt, collocantes ex una parte finem, impar, unum, dextrum, masculum, rectum lumen, quadratum, quiescens et bonum. Ex altero vero infinitum, par, multitudinem, sinistrum, foeminam, obliquum, tenebras, quod est altera parte longius, quod movetur et malum. Atque hos ordines appellarunt συστοιχίας.[844] Sunt enim consortia aut societates rerum, quae sibi mutuo sunt op- Pythagoreorum συστοιχία.

[45*] *AG* πιθανώτερον δ' ἐοικασιν οἱ Πυθαγόρειοι λέγειν περὶ αὐτοῦ, τιθέντες ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συστοιχίᾳ τὸ ἕν· οἷς δὴ καὶ Σπεύσιππος ἐπακολουθῆσαι δοκεῖ· ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄλλος ἔστω λόγος· – *AL* Probabilius autem videntur Pytagorici dicere de ipso, ponentes in bonorum coordinacione unum; quos utique et Speusippus sequi videtur. Set de hiis quidem igitur alius sit sermo.

mortuus est. *Gen 25,7* Fuerunt autem dies vitae eius [Abraham] centum septuaginta quinque anni.

[843] *Eustr. graec. (Heylbut 50,22f.):* βραχυχρόνιον γάρ τι καὶ μακροχρόνιον ἕτερον τῆς αὐτῆς εἶναι ἐνδέχεται φύσεως, ἀίδιον δὲ καὶ ἐφήμερον οὐκ ἐνδέχεται. *Eustr. lat. (Mercken 84,33–35):* Brevis enim temporis aliquid et longi temporis alterum eiusdem esse contingit naturae, perpetuum autem et diurnum non contingit.

[844] *Vgl. Arist. met. 1,5, 986a 22–26 (Jaeger 15):* ἕτεροι δὲ τῶν αὐτῶν τούτων τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας, πέρας [καὶ] ἄπειρον, περιττὸν [καὶ] ἄρτιον, ἓν [καὶ] πλῆθος, δεξιὸν [καὶ] ἀριστερόν, ἄρρεν [καὶ] ϑῆλυ, ἠρεμοῦν [καὶ] κινούμενον, εὐϑὺ [καὶ] καμπύλον, φῶς [καὶ] σκότος, ἀγαϑὸν [καὶ] κακόν, τετράγωνον [καὶ] ἑτερόμηκες.

positae, etenim finis infinito adversatur, et impar pari, atque ita deinceps. Et his ponendis ostendere voluerunt Pythagorei principia rerum esse contraria, inter contraria vero id usu venit, ut alterum altero sit praestantius. Quis enim non videat, lucem praeponi tenebris, dextrum sinistro, marem foeminae? Atque hoc pacto in caeteris possumus deprehendere. Ob id autem Aristoteles Pythagoreos commendat et quidem prae Platone, quod bonum minime retulerint ad ideam vel ad aliquid universale, quod per sese cohaereat et constet, quemadmodum fecit Plato, sed ad unum, quando quidem unitati probabilius rerum conservatio videatur posse attribui. Nam quicquid est, dum manserit unum et coniunctum secum durat ac servatur, cum vero disiicitur ac discerpitur a seipso, necesse est, ut pereat. Possunt haec exemplis confirmari. Dum animus cum corpore coniunctus est, tunc ex illis fit unum, quod est homo dumque congregantur elementa, compositum habetur et est unum, ut esse videmus lignum et lapidem. Et quando plures voces certa ratione copulantur, fit unus concentus et suavis harmonia, quare unum rei cuilibet perfectionem et rei salutem affert. Cum et diversa pluralitas et divisio interitum concilient. Etenim quando corpus disgregatur in elementa, destruitur et cum animus a corpore divellitur, animantes intercidunt. Et sic deinceps. Proinde in hac ratione Aristoteles unum confert cum idea, seu cum universali, et ait res potius videri ad unitatem referen¦das quam ad ideas per Platonicos fictas.[845] Non tamen commendat simpliciter et absolute Pythagoreorum sententiam, quasi prorsus veritatem attigerint, sed anteponit Platonicis, quod illae voces demonstrant quibus utitur, nam inquit ἐοίκασιν et πιθανώτερον, hoc est videntur et probabilius. Utque confirmet illorum sententiam meliorem Platonica, subiicit Speusippum[846] deserto Platone subscripsisse Pythagoricis, qui tamen Academicae disciplinae, hoc est scholae post Platonem praefuit et fuerat nepos illius ex sorore.[847] Id etiam nunc memorat, quo demonstret se non iniuste facere discedendo a Platone praeceptore suo, cum ab eodem desci|verit Speusippus, non tantum philosophus nobilis, verum successor Platonis, et cum eo sanguine coniunctus. Facit hoc et quidem non

Unitati probabiliter tribuitur rerum conservatio.

Pythagoreorum sententiam quatenus anteponat Platonicae.

Speusippus deserto Platone Pythagoreos secutus est.

146 Z_2

163 Z_1

Z. 11 disiicitur] deiicitur Z_2 28 subscripsisse] scripsisse Z_2

[845] *Vgl. Streb. eth. 24v:* Aristoteles […] cum uno tamen ideam comparavit unumque praeposuit, quod probabilius est ab unitate quam ab idea rebus esse substantiam.

[846] *Speusippos (ca. 410–339/38 v. Chr.), Neffe und Schüler Platons, ab 348/47 Leiter der platonischen Akademie in Athen. – NP XI 812–815*

[847] *Vgl. Diog. Laert. vit. 4,1 (Hicks I 374):* διεδέξατο δ' αὐτὸν Σπεύσιππος Εὐρυμέδοντος Ἀθηναῖος, τῶν μὲν δήμων Μυρρινούσιος, υἱὸς δὲ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Πωτώνης.

parum ad Aristotelem excusandum. Argumenti proinde summa est: Pythagoreos idcirco laudari, quod omnia bona revocarint ad unum, repertum inter nos et coniunctum cum rebus, non autem ad aliquid avulsum et disiunctum a singulis, quod videri non potest, sed ad fictionem potius accedit, quemadmodum fecerunt Platonici. De sententia nihilominus Pythagoreorum noluit hic prolixius agere, sed illud in aliud tempus distulit, nempe cum divina seu metaphysica esset conscripturus.

In iis autem, quae dicta sunt, dubium quoddam apparet, propterea quod non dictae sunt rationes omnes de bono, cum unius formae illa sint, quae per seipsa deliguntur et expetuntur, alterius vero, quae propter haec dicuntur et alio modo, ut efficientia bonorum, vel conservantia, vel quae prohibent eorum contraria. [46*] 1096b 8–13

Bonorum divisio.

Haec dicit Aristoteles quasi modo velit de bonis accuratius loqui distinguendo ea per sua genera. Nam prius visus est confuse de ipsis loqui. Et sane distribuuntur bona omnia in duo genera. Nam alia propter se dicuntur, quod per seipsa expetantur et amentur, alia vero bona dicuntur non sua vi ac natura propria, sed propter illa priora, quorum gratia deliguntur, ut quae illa efficiant aut conservent aut eorum contraria propulsent. Prioris membri exempla possunt adduci, nimirum sanitas et virtus. Sanitas bonum est corporis et ab omnibus animantibus praestantia et dignitate sua expetitur. Et virtus est animi perfectio, quam omnes, qui sapiunt, vehementer exoptant. Atque priora ista bona, perficiunt mirifice, in quibus inhaerent, posteriora vero
147 Z_2 id ¦ non habent nec praestant, sed ad illa priora vel addenda vel retinenda plurimum conferunt. Concludit illatam distinctionem his verbis:

Z. 3 aliquid] aliquod Z_2 11 deliguntur] diliguntur Z_2 17 expetantur et amentur] expetantur Z_2 19 deliguntur] diliguntur Z_2

[46*] *AG* τοῖς δὲ λεχθεῖσιν ἀμφισβήτησίς τις ὑποφαίνεται διά τὸ μὴ περὶ παντὸς ἀγαθοῦ τοὺς λόγους εἰρῆσθαι, λέγεσθαι δὲ καθ' ἓν εἶδος τὰ καθ' αὑτὰ διωκόμενα καὶ ἀγαπώμενα, τὰ δὲ ποιητικὰ τούτων ἢ φυλακτικά πως ἢ τῶν ἐναντίων κωλυτικὰ διὰ ταῦτα λέγεσθαι καὶ τρόπον ἄλλον· – *AL* Hiis autem que dicta sunt, dubitacio quedam subapparet, propter non de omni bono sermones dici et fieri. Dici autem secundum unam speciem, que secundum se ipsa persecuta sunt et dilecta; factiva autem horum vel conservativa aliqualiter, vel contrariorum prohibitiva, propter hoc dici et secundum modum alium.

1096b 13–16 *Manifestum igitur bona dici bifariam et alia quidem per seipsa, alia vero propter ista. Segregantes ergo ab utilibus ea, quae per seipsa sunt, consideremus an secundum unam ideam dicantur.* [47*]

Quae non sunt per se bona non possunt ad unam ideam referri.

| Dicuntur haec ut videtur in eum finem, ut innuat ea, quae non sunt per se bona, non posse ad unam aliquam speciem vel ideam (ut loquebantur Platonici) referri, quemadmodum possunt ea, quae bona sunt per seipsa. Merito itaque illa segregavit a se invicem. Atque utriusque horum generum definitiones nunc seorsim et perspicue adducit, cum inquit: 164 Z_1

1096b 16–19 *Qualia nam vero statuat aliquis per se bona? Eane, quae, etiam si sola fuerint, expetuntur, ut sapere, videre, nonnnullae voluptates atque honores. Haec enim, quamvis et propter aliud sequimur, tamen in iis, quae per se bona sunt, aliquis ea ponat.* [48*]

Per se bona sunt expetenda.

Definitio per se bonorum est, quod sint expetenda, quamvis nullis aliis comitata fuerint bonis. Ea dum per se sola offeruntur, expetimus et amamus. Et interponit exempla, ut sapere, videre, etc. Et sciendum quidem est ea, quae hic recensentur, habere coniunctam secum aliquam utilitatem. Nam cernere praeter id, quod sua natura suave ac iucundum est ac ab omnibus expetitur, multum prodest ad id, ut utilia persequamur et noxia evitemus. Sapere quoque magnam habet secum oblectationem coniunctam. Deinde conducit ad vitam propriam et aliorum commode et recte instituendam. Unde quidam conati sunt bona omnia sic partiri, ut aliqua sic per seipsa expetantur, ut ad alia detorqueri nequeant, ut est felicitas, ipse Deus. Alterum ordinem faciunt eorum, ut quae per seipsa expetantur, attamen in alia etiam possunt dirigi ut sanitas et virtus. Haec enim sunt natura sua bona, sed

Alia bonorum divisio.

Z. 6 referri] referre Z_1 24 ipse] ipsa Z_2

[47*] *AG* δῆλον οὖν ὅτι διττῶς λέγοιτ' ἂν τἀγαθά, καὶ τὰ μὲν καθ' αὑτά, θάτερα δὲ διὰ ταῦτα· χωρίσαντες οὖν ἀπὸ τῶν ὠφελίμων τὰ καθ' αὑτὰ σκεψώμεθα εἰ λέγεται κατὰ μίαν ἰδέαν· – *AL* Manifestum igitur quoniam dupliciter utique dicetur bonum, et hec quidem secundum se ipsa, utraque autem propter hec. Dividentes igitur ab utilibus que secundum se ipsa, intueamur si dicuntur secundum unam ydeam.

[48*] *AG* καθ' αὑτὰ δὲ ποῖα θείη τις ἄν; ἢ ὅσα καὶ μονούμενα διώκεται, οἷον τὸ φρονεῖν καὶ ὁρᾶν καὶ ἡδοναί τινες καὶ τιμαί; ταῦτα γὰρ εἰ καὶ δι' ἄλλο τι διώκομεν, ὅμως τῶν καθ' αὑτὰ ἀγαθῶν θείη τις ἄν· – *AL* Secundum se ipsa autem qualia ponet quis utique, vel quecumque et solitaria persecuntur, utputa scire et videre et voluptates quedam et honores. Hec enim, etsi propter aliud quidem persequimur, tamen secundum se bonorum ponet utique aliquis.

aliis quoque rebus multum prosunt. Postremum genus statuunt illorum bonorum, quae nullo modo per se ipsa diligerentur, nisi commoda essent ad alia percipienda, et in hoc ordine collocantur pharmaca, incisiones, adustiones et caeterae molestiae, quas nonnulli subeunt, ut
148 Z_2 pro¦positas vires consequantur.[848] Potest quidem haec distinctio ad perspicuitatem facere, sed eam adducere non est necesse, quia secundum genus bonorum ad primum facile accommodatur. Nam ea, etsi commoditates aliquas afferant, per seipsa tamen absque illis expetenda essent.

165 Z_1 (~~145~~) | Annotandum vero est Aristotelem non dixisse aut sapientiam aut visum, sed sapere ac videre. Nam priora sunt habitus, qui non expeterentur absque opere. Actiones igitur posuit, quae natura sua bonae sunt atque expetendae. De honoribus autem, ac voluptatibus, non citra delectum est loquutus, cum inquit: »Certos vel aliquos«. Contemplatio quippe veri et affectuum moderatio, quae honestissimae sunt voluptates, ab omnibus per sese expetendae iudicantur, quod sane de illis non potest affirmari, quas intemperantes vani homines consectantur. Honores quoque non omnes sunt expetendi, sed tantum qui deferuntur a sapientibus, quos vero adulatores vel imperita multitudo elargitur, sunt aspernandi. Cum acceperit esse quaedam bona per seipsa idque cum exemplis cum definitione monstraverit, ideas excludit ut supervacaneas et prorsum inutiles. Verba eius haec sunt:

Actiones quare ponat et non habitus.

> *An vero propter ideam nullum aliud ponit esse bonum? Itaque vana species erit et inanis.* [49*] 1096b 19–20

Ideas iam sic revellit, quod in illis viderentur Platonici quaerere bonum per se, verum per se atque hominem per se, et ita de singulis. Frustra inquit Aristoteles id fieri, quoniam hic bona per se habemus, quae videantur et sentiantur, quamobrem illa non debemus persequi avulsa ac separata. Et certe ratione superiori ostendit ideas ideo vanas et inutiles, quod easdem haberent definitiones cum singulis rebus et prop-

Bonum per se non est quaerendum in ideis.

Z. 2 diligerentur] diligerenter Z_2 11 habitus] habitibus Z_1 25 revellit] refellit Z_2

[49*] *AG* ἢ οὐδ' ἄλλο οὐδὲν πλὴν τῆς ἰδέας; ὥστε μάταιον ἔσται τὸ εἶδος· – *AL* Vel non aliud aliquid preter ydeam. Quare inanis erit ydea.

[848] *Diese Unterscheidung von drei Arten von Gütern war Bestandteil der stoischen Moralphilosophie, vgl. Diog. Laert. vit. 7,96 (Hicks II 202):* Ἔτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν εἶναι τελικά, τὰ δὲ ποιητικά, τὰ δὲ τελικὰ καὶ ποιητικά.

terea redundarent, idem nunc monstrat, cum inquit bona per se apud nos reperiri, quae sunt evidentia. Quamobrem illa debemus relinquere, quae ignota sunt et ab iis confinguntur. Si non haberemus hic per se bona, fortassis necessaria esset idea. Verum cum ea hic habeamus, absque ideis habere possumus, quod isti aiunt se querere. Occurrit huic Aristotelicae rationi Eustratius et ait: »Quae commemorata sunt esse bona, ut videre, sapere, voluptates quaedam et honores, per se quidem bona esse fatebimur, quod expetantur natura sua, et si absque commodo alio nobis offerrentur; non tamen ita sunt per se bona, quasi sint ex seipsis, neque pendeant ab aliis, neque in aliis inhaereant, neque ab aliis producantur, nec etiam talia confiteremur, ut aliorum sint exemplaria quae omnia dicimus de ideis.«[849] Ita ut putet Eustratius, Aristotelem admittere paralogismum homonymias, quod aliter acceperit per se quam | Plato, cum loquitur de ideis.[850] Verum in¦stantia haec dissolvitur ex eo, quod ille modus per se, quem tribuunt ideis, sit absurdus, nempe ut non sint in alio, verum cohaereant et constent in seipsis. Nam id proprium est tantum singulis rebus, quas primas substantias appellant.[851]

An Aristoteles per se bona accipiat aliter quam Plato.

166 Z_1
149 Z_2

1096b 21–26 *Si autem et ista inter ea, quae sunt, per se ponuntur, oportebit eandem rationem boni in his omnibus declarari, quemadmodum in nive et cerusa eadem ratio candoris, honoris autem, prudentiae et voluptatis, aliae atque differentes sunt rationes quatenus bona. Quamobrem bonum non erit quippiam universum secundum unam ideam.* [50*]

Z. 5 querere] quaerere $\tilde{Z}_2$

[50*] *AG* εἰ δὲ καὶ ταῦτ' ἐστὶ τῶν καθ' αὑτά, τὸν τἀγαθοῦ λόγον ἐν ἅπασιν αὐτοῖς τὸν αὐτὸν ἐμφαίνεσθαι δεήσει, καθάπερ ἐν χιόνι καὶ ψιμυθίῳ τὸν τῆς λευκότητος· τιμῆς δὲ καὶ φρονήσεως καὶ ἡδονῆς ἕτεροι καὶ διαφέροντες οἱ λόγοι ταύτῃ ᾗ ἀγαθά· οὐκ ἔστιν ἄρα τὸ ἀγαθὸν κοινόν τι κατὰ μίαν ἰδέαν· – *AL* Si autem et hec sunt eorum que secundum se ipsa, boni racionem in omnibus ipsis eandem apparere oportebit, quemadmodum in nive et cerusa, eam que albedinis. Honoris autem et prudencie et voluptatis, alie et differentes sunt raciones, ita secundum quod bona. Non igitur est bonum commune quid secundum unam ydeam.

[849] *Eustr. graec. (Heylbut 53,25–32); Eustr. lat. (Mercken 90,95–2).*

[850] *Eustr. graec. (Heylbut 53,32–34):* ὥστε περιττόν σοι καὶ τοῦτο τὸ σόφισμα ἐξ ὁμωνύμου τάχα παρεισαγόμενον διὰ τὸ πλεοναχῶς τὸ καθ' αὑτὸ λέγεσθαι. *Eustr. lat. (Mercken 90,2–4):* Quare superfluum est tibi et hoc sophisma ex aequivocis forte inductum eo quod multipliciter secundum se ipsum dicitur.

[851] *Vgl. Arist. cat. 5, 2a 11–14 (Cook 18):* Οὐσία δέ ἐστιν ἡ κυριώτατά τε καὶ πρώτως καὶ μάλιστα λεγομένη, ἣ μήτε καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται μήτε ἐν ὑποκειμένῳ τινί ἐστιν, οἷον ὁ τὶς ἄνθρωπος ἢ ὁ τὶς ἵππος.

Ostendit prius Aristoteles ideam boni redundare, cum hic habeamus inter nos per se bona. Nunc vero, quoniam ei dici posset: haec, quae tu affirmas nos hic habere per se bona, nihil obstat, quin ad unam aliquam ideam pertineant, quam omnia participent, et propter quam dicantur et sint per se bona; hoc in praesentia negat fieri posse. Nam illa, quae sub una idea comprehenduntur, oportet, ut in quadam communi definitione consentiant. Ideoque, si statuerint multa haec per se bona, quae cernimus et negari nequeunt, ad unam eandemque ideam pertinere omnia ea oportebit, una propria et communi definitione comprehendi, at hoc fieri non potest. Nam ista, quae recensuimus ut bona per seipsa, nequeunt ad unam eandem rationem revocari. Ad probandum autem assumptum, nimirum debere consentire definitione communi, quae sunt unius ideae, simile profert nivis et cerusae, quae cum specie seu qualitate candoris inter se communicent, eius etiam definitionis sunt participes. Qua eadem ratione sapere, videre, certi honores et aliquae voluptates, quae diximus esse per se bona, necesse foret eandem habere definitionem, quod tamen haudquaquam potest dari. Nam prudentia perficit mentem et est in eius potestate cuius est prudentia, honores autem illum non perficiunt, cui exhibentur, neque reddunt propterea meliorem ac omnino sunt in alterius potestate, illius nimirum, qui exhibet. Artificium vero Aristotelis ex eo demonstratur, quod ratione | priori declaravit, redundare ideam si ponatur, cum hic habeamus per se bona. Sed nunc demonstravit etiam fieri non posse, ut haec ad unam contrahantur ideam, cum nequeant definitionem eandem participare.

Per se bona non possunt ad unam aliquam ideam referri.

Quae sunt unius ideae eandem definitionem habent.

167 Z_1

¦ At Eustratius inquit argumenti huius dissolutionem ex verbis eiusdem Aristotelis facile haberi, quandoquidem ipsemet definitionem prius attulit bonorum per se et ea esse pronunciavit, quae persequimur et amamus, quamvis fuerint sola.[852] Haec, inquit, definitio ea est, quam omnia per se bona participant, nec exigitur, ut prudentia, honores et voluptates eandem habeant definitionem, nisi qua bona sunt et ad haec illa, quae in una ratione consentiunt, fit saepenumero, ut non eodem modo illam participent, quemadmodum alba non omnia pari gradu ac perfectione albescunt.[853] Sic, inquit, bonum unum est per se,

150 Z_2

Obiectio Eustrathii bona per se habere eandem definitionem.

Z. 24 ideam] idem Z_1

[852] *Eustr. graec. (Heylbut 54,15f.):* […] κατ' αὐτὸν ἐκεῖνά ἐστι καθ' αὑτὰ ἀγαθά, ὅσα καὶ μονούμενα διώκεται. *Eustr. lat. (Mercken 91,24–26):* […] secundum ipsum illa sunt secundum se ipsa bona, quaecumque et solitaria persequuntur.

[853] *Eustr. graec. (Heylbut 54,18–23):* οὐ γὰρ ᾗ τιμὴ καὶ φρόνησις καὶ ἡδονή, ζητεῖται,

quod bona singula non eodem modo percipiunt, sed magis aut minus, prout sunt eius capacia, et aliter illud in seipso est, et aliter in illis habetur.[854] Habent sane responsiones huius viri speciem aliquam. Nihilominus, cum penitius considerantur, minime satisfaciunt, quoniam ista, quae memoravimus, per se bona, eandem rationem, qua bona sunt, minime habere possunt. Quod ut intelligatur, simile quod adducit Aristoteles, cerusam et nivem alba esse fatemur, et cum rationem quaesiveris, quare sint alba, non poteris aliam afferre, nisi quia disgregant et dispergunt visum. At si causam sis dicturus, cur prudentia, voluptates et honores per se bona sint, non unam rationem, sed longe diversas adduces. Et de prudentia respondebis, quia virtus est; de honore, quod sit testis aut praemium virtutis; de voluptate, quia commotionem suavitatis iucundam habeat. Hae planae sunt rationes et quidem variae, cur ista bona per se ipsa licet sola expetantur. Proinde recte dixit Aristoteles ea non habere communem unam rationem et quamvis definitio, quam attulit, una videatur, non vere una est, sed multiplex.[855] Et quod sit genus multiplicis, multa enim sunt eiusmodi, statim explicabitur.

1096b 26–27 *Sed quomodo dicuntur, non enim quemadmodum illa, quae homonyma sunt fortuito.* [51*]

Z. 4 penitius] penitus ζ_2

[51*] *AG* ἀλλὰ πῶς δὴ λέγεται; οὐ γὰρ ἔοικε τοῖς γε ἀπὸ τύχης ὁμωνύμοις· – *AL* Set qualiter utique dicuntur? Non enim assimulantur a casu equivocis.

εἰ εἷς ὁ λόγος αὐτῶν, ἀλλ' ᾗ ἀγαθά ἐστιν· […] ἔπειτα εἰ ἕκαστον τούτων οὐκ ἰσομέτρως λέγεται ἀγαθὸν ὡς οὐδὲ λευκὰ τὰ λευκά. *Eustr. lat. (Mercken 91,28–34):* Non enim secundum quod honor et prudentia et voluptas quaeritur si una ratio ipsorum, sed secundum quod bona sunt. […] Deinde si unumquodque in his, non aequaliter dicunt bona, sicut neque alba alba.

[854] *Eustr. graec. (Heylbut 54,25–30):* […] μία ἰδέα τῶν ἀγαθῶν, ἧς πάντα μετέσχηκε τὰ καθ' αὐτὰ ἀγαθά, ὡς εἶναι τὸν μὲν λόγον αὐτοῖς τὸν αὐτὸν ὡς τοῦ αὐτοῦ μετέχουσιν εἴδους, εἶναι δ' ἄλλο τὸ μετεχόμενον καὶ ἄλλο τὸ καθ' αὐτὸ θεωρούμενον καὶ ἐν ἀμεθέκτῳ ὑπάρξει ὑφεστηκὸς καὶ νοούμενον, πρὸς ὃ τὰ πολλὰ καὶ ἀλλήλων διάφορα ὡς ὁμοιώματα ἀναφέρεται. *Eustr. lat. (Mercken 92,41–44):* […] una idea bonorum, qua omnia participant secundum se ipsa bona, ut sit quidem ratio ipsis eadem velut eadem participantibus specie, esse autem aliud quod participatur et aliud quod secundum se ipsum speculatum est et in impartecipabili existentia subsistens et intellectum, ad quod multa et ad invicem differentia ut similitudines referunttur.

[855] *Vgl. Streb. eth. 25r:* Hoc mihi videtur Aristoteles dicitur, si quaeras, cur nix sit alba et cur cerussa sit alba, unam rationem afferri posse, nempe quod diducit aspectum. Si roges autem, cur prudentia sit bonum? Quia praemium virtutis. Cur voluptas bonum? Quia habet suavem commotionem iucunditatis. Rationes istae diversae non indicant esse commune quiddam, quo referri debeant bona tam diversa.

Cum nomen habeant commune, videndum est, quomodo illud de eis dicatur. Neque sunt haec statuenda ex illorum censu esse, quae nomen tantum commune habeant neque definitione ulla inter sese congruunt,
168 Z_1 (~~148~~) alioquin | essent prorsum homonyma, quae vulgo appellant aequivoca, Homonyma quare dicantur fortuita.
et nunc ab Aristotele dicuntur ex fortuna seu fortuita et sic dicta sunt, quia non est consilium aut ratio, propter quam nomen commune habeant,[856] ut cum in Aegypto puer nascitur illique nomen inditur Alexander, idem si Romae tunc eveniat, ut pater filium suum Alexandrum
151 Z_2 appellet, erunt quidem pueri cognomines, sed ¦ ratio aut consilium afferri non poterit istius communionis, quoniam illi et parentes eorum nec quidem se noverunt invicem.[857] Certum quidem est bona, non tantum nomine consentire, verum etiam communem aliquo modo rationem habere. Merito igitur Aristoteles abiectis homonymis, quae sunt a fortuna, alios profert modos, quibus definitio potest esse communis. Licet non absolute seu perfecte, quemadmodum in synonymis esse debet.[858]

Sed nunquid eo, quod ab uno sunt? An quod ad unum omnia conferunt? An magis secundum proportionem? Quemadmodum in corpore visus, ita in animo mens et aliud in alio. [52*] 1096b 27–29

Tres istae formae sunt analogae, prima tum habetur, cum multa, quae Tres formae homonymiae.
sunt eiusdem nominis, participant etiam eandem rationem, at non simpliciter ac natura sua, verum quo ab uno aliquo communi principio proficiscuntur ut pharmaca, chirurgorum instrumenta, libri et consimilia, quae omnia possunt dici medica non alia sane causa, nisi quia inventa sunt et orta et composita ab arte seu facultate medicinae.[859] Altera forma est, quando plura cum ad unam eandemque finem ten-

Z. 10 poterit] porit Z_1

[52*] *AG* ἀλλ᾽ ἆρά γε τῷ ἀφ᾽ ἑνὸς εἶναι ἢ πρὸς ἓν ἅπαντα συντελεῖν, ἢ μᾶλλον κατ᾽ ἀναλογίαν; ὡς γὰρ ἐν σώματι ὄψις, ἐν ψυχῇ νοῦς, καὶ ἄλλο δὴ ἐν ἄλλῳ· – *AL* Set certe ei quod est ab uno esse, vel ad unum omnia contendere, vel magis secundum analogiam; sicut enim in corpore visus in anima intellectus et aliud utique in alio.

[856] *Äquivozität entsteht laut Vermigli immer aus Zufall. Traditionell wurde aber zwischen* aequivoca casu *und* aequivoca consilio *unterschieden, vgl. Boeth. categ. 1 (PL LXIV 166B):* Aequivocorum alia sunt casu, alia consilio.

[857] *Ein ähnliches Beispiel verwendet Boeth. categ. 1 (PL LXIV 166B):* [Aequivoca] casu, ut Alexander Priami filius et Alexander Magnus. Casus enim id egit, ut idem utrique nomen poneretur.

[858] *Vgl. Arist. cat. 1, 1a 6f. (Cook 12):* συνώνυμα δὲ λέγεται ὧν τό τε ὄνομα κοινὸν καὶ ὁ κατὰ τοὔνομα λόγος τῆς οὐσίας ὁ αὐτός.

dant, inde sibi nomen et rationem vendicant, ut exercitia, missio sanguinis, diaeta, et alia huius generis dicuntur sana, cum omnia simul eo spectent, ut sanitas vel acquiratur vel conservetur.[860] Et possent fortassis hae duae rationes coniungi, ut cum res ab uno principio seu causa prodeunt, et ad eundem finem tendunt, primam speciem seu formam huius homonymiae constituant, et sic videtur interpretari Eustratius.[861] Sed tamen Aristoteles haec ut disiuncta non tanquam eadem protulit.[862] Tertia forma est analogia, quae satis perspicua est exemplo in textu allato de mente atque oculo, ubi primum de analogia seu proportione constituendum est, ut sicut se habet oculus ad corpus, ita mens ad animum.[863] Deinde videndum, an unum sit bonum eius, in quo est, et | cuiusmodi bonum an propter se an propter aliud, ut 169 Z_1
dicamus: quod oculus corpori, est animo mens; at oculus est corpori bonum; igitur et mens tale erit animi bonum. Ista igitur demonstrantur hoc modo non solum convenire nomine, sed ratione, sed tantum ex analogia. Quod vero habetur in verbis Aristotelis (*et aliud in alio*) ita censeo intelligendum, ut, si quid aliud in alio sit eodem modo ut oculus in corpore vel mens in animo, de illo utique idem pronuntiabitur.

1096b 30–32 ¦ *Sed hic forte in praesentia sunt omittenda. De illis enim exquisite tractare alii philosophiae magis proprium, similiter autem et de idea.*[53*] 152 Z_2

[53*] *AG* ἀλλ' ἴσως ταῦτα μὲν ἀφετέον τὸ νῦν· ἐξακριβοῦν γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἄλλης ἂν εἴη φιλοσοφίας οἰκειότερον· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ἰδέας· – *AL* Set forte hoc quidem relinquendum est nunc. Certificare enim de ipsis alterius utique philosophie erit magis proprium. Similiter autem et de ydea.

[859] *Vgl. Streb. eth. 25v:* Quaedam [homonyma dicta] simili principio, ut medicum ferrum, medica δόσις a medicina dicuntur. *Thom. Aqu. eth. 1,7,13 (STO IV 148):* Unum nomen dicitur de multis secundum rationes diversas non totaliter, sed in aliquo uno convenientes. Quandoque quidem in hoc, quod referuntur ad unum principium.

[860] *Vgl. Streb. eth. 25v:* Quaedam [homonyma dicta] simili fine, ut salubris gestatio, salubris exercitatio ad eundem finem referuntur. *Thom. Aqu. eth. 1,7,13 (STO IV 148):* Quandoque vero in hoc, quod referuntur ad unum finem.

[861] *Eustr. graec. (Heylbut 55,24–26):* δύο δὲ μόνους παρέλαβε, τόν τε ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἓν καὶ τὸν κατὰ ἀναλογίαν, ὡς καὶ πραγματικήν τινα κοινωνίαν ἔχοντας. *Eustr. lat. (Mercken 93,90–92):* Duos autem solos assumpsit, eum qui ab uno et ad unum et eum qui secundum analogiam, ut et realem quamdam communicationem habentes.

[862] *Vgl. auch Arist. met. 4,2, 1003b 5f.14f. (Jaeger 60).*

[863] *Vgl. Streb. eth. 25v:* Quaedam [homonyma dicta] analogia, ut qualis est aspectus in corpore, talis et mens in animo. *Thom. Aqu. eth. 1,7,13 (STO IV 148):* [Quandoque] secundum unam proportionem ad diversa subiecta. Eamdem enim habent proportionem visus ad corpus et intellectus ad animam.

Quarta pars huius capitis.

Haec est quarta et ultima pars huius capitis, ubi Aristoteles tractationem de ideis hinc semovet, ut quae huic loco minime sit propria. De ratione multiplici, quam modo ad bona accommodaverat, inquit alibi esse tractandum, nempe in Metaphysicis. Ibi enim lib[ro] 4. explicatur diligenter, quot modis aliquid multipliciter dicatur.[864] *Similiter autem et de idea.*] Iste etiam non est locus ubi subtiliter de ideis agatur, nam hoc quoque ad Metaphysicam pertinet. Et certe in 2., in 12. et 13. Metaphysicae de ideis plurima dicuntur, ubi eas Aristoteles identidem insectatur.[865] Atque si quaesiveris, cur haec duo ad illam facultatem pertinuerint, id respondemus ideo esse, quoniam metaphysici proprium est, et definitiones et formas rerum contemplari.

1096b 32–35

Etenim si bonum quiddam unum est quod communiter dicitur, aut separari potest per seipsum, manifestum est id non esse in rebus agendis, neque ab homine comparari posse. At nunc tale quiddam quaeritur. [54*]

Idearum notitia ad hanc tractationem non pertinet.

Propositum Aristotelis est demonstrare hoc loco supervacaneam fore inquisitionem boni per se. Nam sive fuerit conceptus universae naturae ac nomen, quod in multis dicatur, sive, ut Platonici voluerunt, forma separata, notitia eius ad hanc tractationem minime pertinet. Ratio est, quoniam talia non possunt actione vel industria humana | comparari et 170 Z_1 possideri. Nam si consideremus ideam ut genus et quiddam universum seu quasi speciem separatam, sunt potius haec contemplationis non actionis et alterum eorum ad dialecticam revocabitur, alterum vero ad metaphysicam. Nos vero in praesentia bonum illud quaerimus, quod nobis queamus agendo vendicare. Neque refert an ideae constituantur separatae, ita ut constent et cohaereant per seipsas, an in mente Dei collocentur, quoniam a nobis neutro modo possunt comparari. Aristotelis itaque ratio sic potest explicari:

> Notitia eius boni, quod ab homine acquiri ac possideri non potest, ad moralem philosophiam minime pertinet.

[54*] *AG* εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἕν τι τὸ κοινῇ κατηγορούμενον ἀγαθὸν ἢ χωριστὸν αὐτό τι καθ' αὑτό, δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη πρακτὸν οὐδὲ κτητὸν ἀνθρώπῳ· νῦν δὲ τοιοῦτόν τι ζητεῖται· – *AL* Si enim et est unum quidem communiter predicatum bonum vel separabiliter quidem ipsum secundum se ipsum, manifestum quod non utique erit operatum, neque possessum homini. Nunc autem tale aliquid queritur.

[864] *Arist. met. 4,2, 1003a 33–1004a 31 (Jaeger 59–62).*

[865] *Arist. met. 1[!],9, 990a 33–993a 10 (Jaeger 26–32); Arist. met. 12,3, 1070a 26–28 (Jaeger 246); Arist. met. 13,4f., 1078b 7–1080a 11 (Jaeger 269–273).*

¦ Idearum vero cognitio ita se habet. 153 Z_2
Quare ab hac philosophia explodenda est.[866]

Caeterum hic dubitarit quispiam, si acceperimus ideam ut conceptus est animi alicuius naturae universae, nonne fit et producitur a nostra intelligentia? Quod si est, ut experimur esse, cur negabitur ab homine fieri vel acquiri? Ad hoc respondetur fieri quidem in animis nostris huiusmodi species ac formas, cum singula incurrant in sensus, et fiunt natura, non autem electione, et ideo noticiam, quam appellant πρακτικήν, non constituunt, et de ea solum in praesentia tractatur.

1096b 35–1097a 3 *Fortassis autem cuipiam videatur utilius esse noscere ipsum propter ea bona, quae aguntur et possidentur, nam ipsi habentes ceu exempla agnoscemus etiam nostra bona et ea si cognoverimus, assequemur.* [55*]

An notitia ideae utilis sit ad bona adipiscenda.

Sibiipsi opponit, et ait, ut ut idea vel bonum per se neque fieri neque possideri queat a nobis, eius tamen notitia utilis esse poterit ad nostra propria bona adipiscenda. Nam inde consequemur illorum notitiam, siquidem habentes commune illud bonum tanquam formam, conferendo ista cum illo, ea cognoscemus qualia sint, quemadmodum accidit de imaginibus, quas tum probe noscimus, cum illas ad archetypa sua referimus, qui fit, ut si bona haec, quae nobis propria sunt, agnoscantur, futura sint comparatu faciliora. Nam si quem lateant, is facile illa inquirendo aberrabit et in eam si fortasse inciderit, aliud se putabit | 171 Z_1
nactum, et vicissim alia consequutus id, quod quaerebat, existimabit acquisivisse. Nec videtur esse dubium, quin exemplari cognito facilius et commodius efficiamus, quae ab ipso pendent. Quemadmodum sagittantes se certius exercent cum propositum habuerint signum. Et istis Plato De repub[lica] 6. adiecit ideam secum afferre duplicem utilitatem, quarum una est, ut res per ipsam veritatem habeant, altera vero, per quam intelligentes vim habent cognoscendi.[867] Scio quidem haec

[55*] *AG* τάχα δέ τῳ δόξειεν ἂν βέλτιον εἶναι γνωρίζειν αὐτὸ πρὸς τὰ κτητὰ καὶ πρακτὰ τῶν ἀγαθῶν· οἷον γὰρ παράδειγμα τοῦτ᾽ ἔχοντες μᾶλλον εἰσόμεθα καὶ τὰ ἡμῖν ἀγαθά, κἂν εἰδῶμεν, ἐπιτευξόμεθα αὐτῶν· – *AL* Forte autem alicui videbitur utique melius esse cognoscere ipsum ad possessa et operata bonorum. Velud enim exemplum hoc habentes, magis sciemus et que nobis sunt bona, et si sciamus, adipiscemur ipsa.

[866] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Celarent.

[867] *Plat. resp. VI 508e (Burnet IV ibid.):* Τοῦτο τοίνυν τὸ τὴν ἀλήθειαν παρέχον τοῖς γιγνωσκομένοις καὶ τῷ γιγνώσκοντι τὴν δύναμιν ἀποδιδὸν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέαν φάθι εἶναι· αἰτίαν δ᾽ ἐπιστήμης οὖσαν καὶ ἀληθείας.

ab eo dicta, sed non probata. Sentiunt alioquin Peripatetici res ipsas, qua sunt, veras esse. Atque nos absque opera ideae in animis nostris naturae beneficio vim facultatemque cognoscendi habere nec non lumen, quo cognita discernamus. Et iuvari homines in inquirendo praecedenti notitia quaesitorum fatebimur, sed species et formas eius generis in animis nostris constituimus, non quae ¦ constent et cohaereant 154 Z_2
per sese aut in mente divina resideant. Nam utrisque his, etiamsi fuerint in nostris actionibus, non iuvamur. Unde cum Cicero De oratore ideam proposuit et quidem perfectissimam rhetoris, non quidem eius, qui aliquando fuerit vel talis sit futurus, non lusit operam, quia exemplum finxit, in quod nostri conatus debeant quam maxime intendere.[868] Sed talem notitiam non ille quaesivit ex mente divina, neque a separatis formis, sed a singulis perfectionibus, quas observavit in oratoribus nobilioribus. Vidit eas dispersas, quia nunquam unus fuit omnibus praeditus, illas industria sua collegit, et ex ipsis unam formam perfecti oratoris in animo suo conflavit. Sed ut redeamus ad rem, adversariorum instantia sic explicabitur: Analysis.

Ea notitia pertinet ad moralem philosophiam, quae ad id conducit, ut bona, quae nobis propria sunt, agnoscantur.
Talis est idearum notitia.
Proinde ab hac philosophia non est aliena.[869]

Huius obiectionis Aristoteles minorem propositionem inficiatur ratione, quae statim subiicitur:

Probabilitatem igitur quandam ratio habet, videtur autem dissentire a scientiis. Omnes enim aliquod bonum expetunt et quod sibi opus est inquirunt. Huius vero boni praetermittunt notitiam, cum tamen verisimile non sit omnes artifices | tantum adiumentum ignorare nec inquirere. [56*] 1097a 3–8
172 Z_1

[56*] *AG* πιθανότητα μὲν οὖν τινα ἔχει ὁ λόγος, ἔοικε δὲ ταῖς ἐπιστήμαις διαφωνεῖν· πᾶσαι γὰρ ἀγαθοῦ τινὸς ἐφιέμεναι καὶ τὸ ἐνδεὲς ἐπιζητοῦσαι παραλείπουσι τὴν γνῶσιν αὐτοῦ· καίτοι βοήθημα τηλικοῦτον τοὺς τεχνίτας ἅπαντας ἀγνοεῖν καὶ μηδ' ἐπιζητεῖν οὐκ εὔλογον· – *AL* Probabilitatem quidem igitur quandam habet sermo. Videtur autem scienciis desiderare. Onmnes enim bonum quoddam appetentes et quo indigent inquirentes, derelinquunt cognicionem ipsius, quamvis auxilium tale omnes artifices ignorare et neque inquirere non est bene racionabile.

[868] *Cic. orat. 7 (Hubbell 310):* Atque ego in summo oratore fingendo talem informabo qualis fortasse nemo fuit. Non enim quaero quis fuerit, sed quid sit illud quo nihil esse possit praestantius, quod in perpetuitate dicendi non saepe atque haud scio an nunquam in aliqua autem parte eluceat aliquando, idem apud alios densius, apud alios rarius.

[869] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

Primis illico verbis debilitat adversariorum argumentum non veritatem, sed probabilitatem ei tribuendo. Nemo autem ignorat multa probabilia esse falsa, quemadmodum vicissim permulta reperiri vera, quae tamen verisimilia non sunt. Deinde, ut magis adhuc debilitet, quod obiiciunt, probabilitatem ei non simpliciter et absolute attribuit, sed quandam, hoc est aliqua ex parte, non modis omnibus. Confutat praeterea, quod aiunt, *a scientiis et artibus*. Et observandum est ipsum hoc loco voce illa, *scientiis*, intelligere artes, quod ex eo confirmatur, quia e vestigio subiicit non esse consentaneum omnes artifices praetermissuros tantum commodum. Rationis autem eius robur in eo situm est, quod artes proprium suum bonum querunt. Unde notitiam illam non praeterirent, si eam experirentur sibi commo¦dam. Deinde illa curant 155 Z_2
et student consequi, quibus indigent, propterea non contemnerent idearum notitiam, si ea opus haberent ad bonum proprium acquirendum. Ratio Aristotelis ita constat:

> Notitia ea, quam artes propemodum omnes praetereunt, utilis non est ad agnoscenda bona, quae homines possunt sibi vendicare.
> Notitiam idearum praetermittunt omnes artifices.
> Quare non est utilis ad nostra bona dignoscenda.[870]

1097a 8–14 *Ac dubium est, quid adiuvandi sint textor aut faber in arte sua, si ipsum noverint bonum, aut quomodo peritior medicus aut praestantior dux militaris sit futurus is, qui ideam ipsam fuerit contemplatus. Non enim sic valetudinem medicus videtur spectare, sed hominis ac potius fortassis unius alicuius, etenim singulis medetur. Sed his de rebus hactenus.* [57*]

Duas haec Aristotelis verba rationes comprehendunt, quarum prima ex eo deducitur, quod artifices si noscerent ideam, nihilo essent meli-

Z. 11 querunt] quaerunt Z_2

[57*] *AG* ἄπορον δὲ καὶ τί ὠφεληθήσεται ὑφάντης ἢ τέκτων πρὸς τὴν αὑτοῦ τέχνην εἰδὼς τὸ αὐτὸ τοῦτο ἀγαθόν, ἢ πῶς ἰατρικώτερος ἢ στρατηγικώτερος ἔσται ὁ τὴν ἰδέαν αὐτὴν τεθεαμένος· φαίνεται μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν ὑγίειαν οὕτως ἐπισκοπεῖν ὁ ἰατρός, ἀλλὰ τὴν ἀνθρώπου, μᾶλλον δ' ἴσως τὴν τοῦδε· καθ' ἕκαστον γὰρ ἰατρεύει· καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω· – *AL* Inutile autem et quid iuvabitur textor vel faber ad suam artem sciens ipsum bonum, vel qualiter magis medicus vel magis miles erit qui ydeam ipsam contemplatus est? Videtur quidem enim neque sanitatem ita intendere medicus, set eam que hominis, magis autem forte eam que huius; secundum unumquemque enim medicatur. Et de hiis quidem igitur in tantum dictum sit.

[870] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Felapton.

ores neque iuvarentur, quo ad suas artes ea contemplatione. Argumentum ita potest contexi: Analysis.

173 Z_1 | Notitia eius rei, qua nihil iuvantur artifices, aliena est a nostro proposito.
Eiusmodi est ideae cognitio.
Quamobrem ad hanc philosophiae tractationem haud spectat.[871]

Altera deinde ratio sumpta est a materia subiectisque artium nec non ab actionibus, quae inde oriuntur, etenim medicus nequaquam contemplatur sanitatem communem, sed hominis. Et cum ad sanandum se confert, eius certi hominis, quem curat, valetudinem tractat et promovet. Etenim eius actiones circa individuum et singulum hominem versantur neque solicitus est de idea, nil etenim circa illam est acturus. Caute nihilominus loquitur Aristoteles, nam inquit ἴσως καὶ μᾶλλον. Quia revera medicus non in universum abstinet a communium rerum consideratione. Artem quippe suam addiscens et mente concipiens, rationes quasdam et canones habet communes quique late pateant; at cum ad agendum se confert et curationes vult exercere, circa singula totus versatur. Et hac distinctione conciliare possumus, quae in Aris-
156 Z_2 totele videntur pugnantia. Nam alibi scribit scien¦tiam esse universalium.[872] Et in Rhetoricis ponit ac scribit in hunc modum: Οὐδεμία δὲ τέχνη σκοπεῖ τὸ καθ' ἕκαστον, οἷον ἰατρικὴ τὸ ὑγιεινὸν τῷ Σωκράτει ἢ Καλλίᾳ.[873] Quoniam in his locis de facultatibus his loquitur, ut mente comprehenduntur, hic vero de actionibus artificum et materiis, circa quas actiones illae exercentur. Atque si dixeris, hoc id est, quod Platonici quaerebant scientias et artes non haberi neque ab animis nostris percipi, nisi mente ad universa ipsa respiciamus, hoc illi nequeunt obiicere nobis, quia ideas extra nostrum animum esse confinxerunt et illae profecto sunt, quas Aristoteles affirmat nihil artificibus prodesse. Addam praeterea ex patribus nostrae religionis, qui iudicarunt ideas concedendas, ut fecit Augustinus, illas non induxisse, ut artifices ad ipsas conversi docerentur, quomodo sua opificia essent facturi, sed ad quas Deus ipse respiciens condiderit rerum diversarum naturas.[874] Posterior vero haec ratio Aristotelis sic ordinabitur:

Quomodo scientiae sint universalium, et tamen artifices tantum singula contemplentur.

[871] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.
[872] *Vgl. Arist. anim. 2,5, 417b 22f. (Ross 40):* ἡ δ' ἐπιστήμη τῶν καθόλου.
[873] *Arist. rhet. 1,2, 1356b 30f. (Ross 8).*
[874] *Aug. divers. quaest. 46 (CCSL XLIVA 72f.,51f.61):* […] restat ut omnia ratione sint condita, nec eadem ratione homo qua equus; […] atque has rationes rerum principales appellat ideas Plato.

Bonum illud, circa quod artifices non versantur et quod actionibus eorum non subiicitur, alienum a nostro est instituto.
Idea licet esset et bonum esset, neque materia illorum artificum neque subiectum artificiosarum actionum statui potest.
Igitur praetereunda est eius notitia in ista philosophiae parte.[875]

| Caput VII

174 Z_1

1097a 15–18 *Rursus ad id, quod inquiritur, bonum revertamur et quid nam sit videamus. Aliud quidem in alia actione et arte videtur, aliud enim in arte medica, aliud in re militari et item in reliquis.* [58*] ‹I,3›

Partitio huius capitis. Tres habet istud caput partes potiores. Prima enim traduntur felicitatis quaedam praecipuae proprietates, utpote quod una sit et summa; deinde quod perfectissima; et postremo loco demonstratur sibiipsis sufficiens. Atque haec via est investigandi definitiones, ut prius rei communes proprietates inquirantur. Secunda vero parte capitis explicatur propria felicitatis definitio, nempe quod sita sit in actione praestantissima hominis, quae ab optima illius virtute proficiscatur. Tertia vero et ultima pars multa continet de genere ac forma notitiae, qua definitionem hanc felicitatis possimus habere perspectam.

Methodus primae partis 7. capitis. ¦ Sed iam eam partem interpretandam sumamus, quae primo loco nobis occurrit. Primum in ea videbimus Aristotelem connectere, quae nunc sunt dicenda, his, quae hactenus tradidit, et, cum disputationem de ideis et prolixam et molestam interposuerit, ait se velle redire ad investigationem definitionis boni, quam coeperat investigare, quod ut faciat commodius et apertiore methodo, quibusdam utitur hypothesibus, quae nihil aliud sunt quam repetitiones strictae ac summae illorum, quae ab initio dixerat. Et ante omnia proponit in omni actione atque arte non idem imo diversum reperiri bonum. Quod, inquit, testatur ars medica et actio militaris, et in aliis identidem ostendi possit, 157 Z_2

Z. 2 alienum] alenum Z_1

[58*] *AG* Πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν, τί ποτ' ἂν εἴη· φαίνεται μὲν γὰρ ἄλλο ἐν ἄλλῃ πράξει καὶ τέχνῃ· ἄλλο γὰρ ἐν ἰατρικῇ καὶ στρατηγικῇ καὶ ταῖς λοιπαῖς ὁμοίως· – *AL* Rursus autem redeamus ad quesitum bonum, quid utique sit. Videtur quidem enim aliud in alia operacione et arte; aliud enim in medicinali et militari et reliquis similiter.

[875] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

quibus verbis innuit suam hanc hypothesim posse inductione probari.[876] Quae hic dicuntur cum ab initio libri huius explicata satis fuerint, modo non oportet repetere ac res ipsa tam perspicua est, ut Aristoteles eam non iudicaverit accuratiore confirmatione opus habere.

Quod igitur cuiusque bonum est? An id, cuius gratia caetera aguntur? Hoc autem in medicina valetudo, in arte militari victoria, in architectura domus et in alio aliud. [59*] 1097a 18–20

175 z$_1$ | Secundam hic habemus hypothesin, qua statuit bonum cuiusque artis ac actionis illud esse, cuius causa omnia ea fiunt, quae prius aguntur, quod idem circa initia huius libri fuerat expositum.[877] Et tamen id nobis inductione quadam confirmat ostendens in medicina, in arte militari nec non in architectura et in aliis hoc facile deprehendi. Atque nos haec eadem superius interpretando hanc finis descriptionem diligenter examinavimus, quare nunc ipsa duntaxat assumptione Aristotelis acquiescimus. Quare ad tertiam veniendum est hypothesin, ea vero sic habet: Bonum id est, cuius causa caetera fiunt.

In omni autem actione ac delectu finis, huius enim gratia reliqua omnia agunt omnes. [60*] 1097a 20–22

Cum iam sumpserit aliud atque aliud esse bonum in aliis actionibus et artibus, et illud esse, cuius causa fuit alia, propius ad rem accedit et praetermissis artibus de actione ipsa et delectu ait haec quoque suum habere bonum, nempe finem, atque hoc ita probat, quoniam propter illud bonum reliqua omnes faciunt.

[59*] *AG* τί οὖν ἑκάστης τἀγαθόν; ἢ οὗ χάριν τὰ λοιπὰ πράττεται; τοῦτο δ' ἐν ἰατρικῇ μὲν ὑγίεια, ἐν στρατηγικῇ δὲ νίκη, ἐν οἰκοδομικῇ δ' οἰκία, ἐν ἄλλῳ δ' ἄλλο· – *AL* Quid igitur unicuique bonum? Aut gracia cuius reliqua operata sunt. Hoc autem in medicinali quidem sanitas, In militaria vero victoria. In edificativa autem domus. In alio vero aliud.

[60*] *AG* ἐν ἀπάσῃ δὲ πράξει καὶ προαιρέσει τὸ τέλος· τούτου γὰρ ἕνεκα τὰ λοιπὰ πράττουσι πάντες· – *AL* In omni autem operacione et eleccione finis; huius enim gracia reliqua operantur omnes.

[876] *Vgl. Streb. eth. 26r:* Proponit actionum et artium varios esse fines. Id probat exemplis ab arte medica militarique sumptis atque definit artis extremum id, propter quod aguntur caetera, ut his positis ab inductione similium ducit argumentum.

[877] *Arist. eth. Nic. 1,1, 1094a 1–3 (Bywater 1):* Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι δοκεῖ.

1097a 22–25 ¦ *Itaque, si quis est omnium rerum agendarum finis, hic erit bonum ipsum agendum. Sin autem plures, hiipsi. Et oratio digrediens eodem pervenit. Hoc autem ut magis explicetur, danda est opera.* [61*] 158 Z_2

Actionum humanarum finis. Ex assumptis vel hypothesibus iam allatis concludit actionum humanarum vel unum esse finem, qui erit bonum πρακτόν, vel si plures erunt fines, ut revera sunt, hi ipsi fines erunt bona plura πρακτά. Connexio firma est, quia finem oportet esse bonum. Ista enim, licet (ut diximus[878]) non reciprocentur, quia bonum latius patet ac manat quam finis, attamen finium multitudo plura quoque bona esse demonstrat.

Methodus. Proinde si multa bona erunt, in quae nostrae actiones ac delectus ferantur, quod nam illorum statuetur esse felicitas? Hic Aristoteles inquit iam suam orationem eodem rediisse, unde antea fuerat digressa. Nam superius cap[ite] 2. proposuerat inter multas fines humanarum actionum unam concedendam esse summam, ne appetitiones in immensum abirent.[879] Et ostendit bonum huiusmodi non posse ad aliam facultatem pertinere, quam ad civilem, quae suprema est omnium, quando quidem optimus finis assignandus est omnino facultati praestantissi|mae.[880] Atque hic digressio interposita fuit, qua examinatae sunt variae hominum sententiae, qui bonum hoc aut in voluptate, aut in divitiis, aut in honoribus, aut in virtute collocarunt et denique Platonis opinio de idea boni est confutata.[881] Modo vero per hypotheses, quas declaravimus, eo ventum est, ut si multi sint fines multaque bona delectus et actionum nostrarum, ut quaeratur, quis nam istorum finium quodve horum bonorum caeteris sit praeponendum et ita praeponendum, ut summum habeatur. Atque hoc est, quod inquit orationem suam aliquandiu vagatam eodem rediisse. Quoniam ut istam quaestionem expediret, multorum et memoravit et confutavit opini- 176 Z_1

[61*] *AG* ὥστ' εἴ τι τῶν πρακτῶν ἁπάντων ἐστὶ τέλος, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πρακτὸν ἀγαθόν, εἰ δὲ πλείω, ταῦτα· μεταβαίνων δὴ ὁ λόγος εἰς ταὐτὸν ἀφῖκται· τοῦτο δ' ἔτι μᾶλλον διασαφῆσαι πειρατέον· – *AL* Quare si quis operatorum omnium est finis, hic utique erit operatum bonum. Si vero plura hec, transcendens utique sermo ad hoc ipsum pervenit. Hoc autem adhuc magis explanare temptandum.

[878] *Vgl. oben S. 70f.*

[879] *Arist. eth. Nic. 1,2, 1094a 18–22 (Bywater 2):* Εἰ δή τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν ὃ δι' αὐτὸ βουλόμεθα, τἆλλα δὲ διὰ τοῦτο, καὶ μὴ πάντα δι' ἕτερον αἱρούμεθα (πρόεισι γὰρ οὕτω γ' εἰς ἄπειρον, ὥστ' εἶναι κενὴν καὶ ματαίαν τὴν ὄρεξιν), δῆλον ὡς τοῦτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν καὶ τὸ ἄριστον.

[880] *Arist. eth. Nic. 1,2, 1094a 26–28 (Bywater 2):* δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς· τοιαύτη δ' ἡ πολιτικὴ φαίνεται.

[881] *Arist. eth. Nic. 1,5f., 1095b 14–1097a 14 (Bywater 5–8).*

ones, quod cum fecerit, id iam restat, ut ipse suum exponat sensum quo ad ordinem horum finium et bonorum, ut denique videamus, quod nam eorum sit caeteris omnibus praeferendum.

Quoniam vero plures videntur esse fines et eorum quosdam propter alios 1097a 25–30
expetimus ut divitias, tibias et omne genus instrumenti, perspicuum est non
159 Z_2 *omnes esse perfectos. Qui autem optimus est,* ¦ *quiddam perfectum videtur. Si quis igitur unus ac solus perfectus est, is fuerit id, quod quaerimus. Sin vero plures, eorum perfectissimus.* [62*]

In extremo fine investigando nunc docet, qui fines ab eis natura sint amovendi, nimirum imperfectiores. Ii vero sunt, qui propter alios expetuntur. Et ratio sic explicatur:

Nullus finis imperfectus debet poni summus.
Atqui multi reperiuntur huius generis.
Quare illi omnes extremi esse nequeunt.[882]

Minor propositio declaratur exemplis earum rerum, quae propter aliud expetuntur. Etenim instrumenta omnia propter aliud expetuntur, nam eo spectant, ut per illa comparemus nobis aliquod aliud bonum, quod magis optemus. Divitiae tales perhibentur, quas nemo deligit, nisi ut per illas commoda vitae, dignitates aut voluptates consequatur. Ti- Analysis.
177 Z_1 biarum quoque natura eadem est, musicis quippe inserviunt, ut illis | canant, quemadmodum libuerit. Maior autem propositio potest ex eo confirmari, quod quaecunque propter aliud petuntur, ea inde perfectionem trahunt, quam si haberent ex seipsis, in ea minime tenderent, ad quae diriguntur. Utque hoc ostendat Aristoteles, dixit optimam illam finem, quam investigamus perfectam esse oportere. Quo sic posito distinctionem subiecit. Finis perfectus aut unus est aut plures, quod si unus fuerit, non alius erit quaerendus, cum is bonum illud sit, quod

Z. 18 deligit] diligit Z_2 23 trahunt] trahant Z_2

[62*] *AG* ἐπεὶ δὲ πλείω φαίνεται τὰ τέλη, τούτων δ' αἱρούμεθά τινα δι' ἕτερον, οἷον πλοῦτον αὐλοὺς καὶ ὅλως τὰ ὄργανα, δῆλον ὡς οὐκ ἔστι πάντα τέλεια· τὸ δ' ἄριστον τέλειόν τι φαίνεται· ὥστ' εἰ μέν ἐστιν ἕν τι μόνον τέλειον, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ ζητούμενον, εἰ δὲ πλείω, τὸ τελειότατον τούτων· – *AL* Quoniam autem plures videntur fines, horum autem eligimus quosdam propter alterum, utputa divicias, fistulas et omnino organa, manifestum igitur quoniam non sunt omnes perfecti; optimus autem perfectus quis videtur. Quapropter si quidem est unum alioquid solum perfectum, hoc utique erit quod queritur. Si vero plura, perfectissimum horum.

[882] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Ferio.

pervestigamus; sin vero plures fuerint perfecti fines, inter hos ut summum eum deligemus, qui fuerit omnium perfectissimus.

1097a 30–34 *Perfectiorem vero dicimus eum, qui propter seipsum, quam qui propter alium persequendus est, quique nunquam propter alium deligitur his, qui et propter seipsos et propter hunc expetuntur. Et omnino perfectus est, qui per seipsum deligitur et nunquam propter alium.* [63*]

Quomodo internosci possit finis praestantissimus.

Docemur his verbis, qua regula uti debeamus ad praestantissimum finem internoscendum, cum sint plures perfecti et qui propter seipsos optentur. Et ait esse inter hos fines perfectos non paucos, qui licet expetantur per seipsos, attamen etiam propter alios deliguntur. Hi sane perfecti sunt, sed praecipuo loco ¦ haberi non debent, quandoquidem illis praestabilior est ille finis, qui tantum propter seipsum est persequendus et nunquam in alium potest dirigi. 160 Z_2

1097a 34–1097b 1 *Eiusmodi sane felicitas maxime videtur. Etenim illam deligimus propter seipsam perpetuo nec unquam propter aliud.* [64*]

Felicitas summum bonum.

Hic iam concludit perducitque ad exitum, quod instituerat, nempe illud bonum summumque esse felicitatem. Quod ista ratione confecit, quoniam perfectissima est, cum propter seipsam tantum desideretur.

Felicitatem an propter se, an gratia sui ipsius expetant homines.

Quod tamen quibusdam non videtur ita esse. Nemo enim felicitatem persequitur, nisi suiipsius gratia, nimirum ut per illam sit felix et quam commodissime habeat. Verum his respondemus ea distinctione finium, qua superius usi sumus, dum quaereremus finis quilibet an sit praestantior efficienti. Et diximus finem illum, qui ab Aristotele 2. lib[ro] De anima dicitur | οὗ, non esse praestantiorem, sed illum quem ipse 178 Z_1

Z. 2 deligemus] diligimus Z_2 4 deligitur] diligitur Z_2 6 deligitur] diligitur Z_2 10 deliguntur] diliguntur Z_2 14 deligimus] diligimus Z_2

[63*] *AG* τελειότερον δὲ λέγομεν τὸ καθ' αὑτὸ διωκτὸν τοῦ δι' ἕτερον καὶ τὸ μηδέποτε δι' ἄλλο αἱρετὸν τῶν ‹καὶ› καθ' αὑτὰ καὶ δι' αὐτὸ αἱρετῶν, καὶ ἁπλῶς δὴ τέλειον τὸ καθ' αὑτὸ αἱρετὸν ἀεὶ καὶ μηδέποτε δι' ἄλλο· – *AL* Perfeccius autem dicimus quod secundum se ipsum est persequibile eo quod propter alterum et quod numquam propter aliud eligibile hiis que secundum se ipsa et propter hec eligibilibus. Et simpliciter utique perfectum: Quod secundum se ipsum eligibile semper et numquam propter aliud.

[64*] *AG* τοιοῦτον δ' ἡ εὐδαιμονία μάλιστ' εἶναι δοκεῖ· ταύτην γὰρ αἱρούμεθα ἀεὶ δι' αὐτὴν καὶ οὐδέποτε δι' ἄλλο· – *AL* Tale itaque felicitas maxime esse videtur. Hanc enim eligimus semper propter se ipsam et numquam propter aliud.

appellat ᾧ.[883] Nam si recta pergatur linea in finibus persequendis, extremus ille, qui datur, est, quem Aristoteles affirmat, ipsa felicitas. At si postea flectamus animum ad id, cui finem ipsum volumus, semper is praestabilior erit efficiente causa. Aristoteles itaque nunc de priori genere finis agit, non de posteriori. Quapropter in hoc ordine finium beatitudo postrema collocatur. Instantia vero, quae affertur, ad alterum genus vel ordinem finium pertinet, de quo si loqueremur, fatendum esset, felicitatem non extremam esse. Atque per hoc dissolvitur, quod itidem posset obiici de Deo, cui si pie velimus agere, omnia nostra bona et felicitatem ipsam debemus velle, hoc est ad nominis eius gloriam et laudem, quod tamen Aristoteles nunquam diserte scripsit, quod si potuisset, secum non pugnaret, quoniam (ut dixi) de eo genere finis hoc loco non tractat.[884] Et quod modo utatur hoc verbo *videtur*, non id facit, quasi ambiguum sit vel parum certum, quod tradit, sed quia hoc vult esse sumptum a communi hominum sensu. Etenim omnes ita iudicant, ut ipse docuit.

Honorem autem et voluptatem et mentem omnemque virtutem et propter seipsa deligimus (quia eorum unumquodque peteremus, quamvis inde nihil aliud sequeretur). Sed etiam deligimus propter felicitatem et quia opinamur, propter illa feliciter ¦ nos acturos. Felicitatem vero nullus expetit horum causa neque omnino propter aliud. [65*] 1097b 2–6

161 Z_2

Quod statuerat, confirmat ex collatione felicitatis cum his bonis, quae modo recenset et ait honorem quidem, voluptatem universamque vir- Felicitatis collatio cum aliis bonis.

Z. 8 felicitatem] faelicitatem Z_2 18 deligimus] diligimus Z_2 19 sequeretur] sequerentur Z_1 19 deligimus] diligimus Z_2

[65*] *AG* τιμὴν δὲ καὶ ἡδονὴν καὶ νοῦν καὶ πᾶσαν ἀρετὴν αἱρούμεθα μὲν καὶ δι' αὐτά (μηθενὸς γὰρ ἀποβαίνοντος ἐλοίμεθ' ἂν ἕκαστον αὐτῶν), αἱρούμεθα δὲ καὶ τῆς εὐδαιμονίας χάριν, διὰ τούτων ὑπολαμβάνοντες εὐδαιμονήσειν· τὴν δ' εὐδαιμονίαν οὐδεὶς αἱρεῖται τούτων χάριν, οὐδ' ὅλως δι' ἄλλο· – *AL* Honorem vero et voluptatem et intellectum et omnem virtutem eligimus quidem et propter ipsam. Nullo enim adveniente eligeremus unumquodque ipsorum. Eligimus autem et felicitatis gracia, per hec suspicantes felices fore. Felicitatem autem nullus eligit horum gracia nec omnino propter aliud.

[883] *Vgl. Arist. anim. 2,4, 415b 2f. (Ross 34):* τὸ δ' οὗ ἕνεκα διττόν, τὸ μὲν οὗ, τὸ δὲ ᾧ.

[884] *Vgl. Streb. eth. 28v:* De diis et beatitudine post mortem hoc in loco non agitur. Dic igitur perfectum simpliciter in rebus humanis. At huiusce vitae foelicitas propter aliud petitur a nobis. Propter quid? Propter eam, quam speramus aeternam beatitudinem. Quid tum? Quid? Hoc falsum: nunquam propter aliud appeti foelicitatem. Non est, si quiescas, ubi philosophus te quiescere vult sique te limitibus tuis contineas.

tutem eius esse naturae, ut per sese amabilia sint, sed ita ut nihilominus illa etiam persequamur felicitatis causa. Per se profecto expetenda sunt, nam etsi sola et nil haberent adiunctum aliud bonum alliciunt homines, ut se cupiant, sed tamen adhuc in ipsam felicitatem diriguntur. At e diverso nunquam fit, ut propter haec ipsa optetur felicitas. Ex ista itaque collatione perspicuum evadit felicitatem his omnibus esse praestabiliorem, quod nunquam propter aliud expetatur. Quod vero hic memorat de mente, non est accipiendum quasi animi substantiam vel eius naturalem | vim intelligat, quoniam de his bonis loquitur, quae 179 Z_1
nostro delectu et optione acquirimus, id vero neque animae substantiae neque naturali facultati cognoscendi tribui potest, quare per mentem accipiemus virtutes, quas nobis vendicamus intelligendo, quemadmodum sunt prudentia et sapientia et ita rem habere demonstrat, quod statim subiiciuntur caeterae virtutes.

1097b 6–8 *Atque idem videtur evenire, propterea quod sufficiat, perfectum etenim bonum sufficere videtur.* [66*]

Felicitas est sufficiens et sibi ipsi satis.

Alia quoque ratione probat felicitatem esse bonum perfectissimum quod quaerimus, quod sit sufficiens et sibiipsi satis, quod in aliis bonis dici non potest. Nam iis omnibus, cum seorsim accipiuntur, aliquid deest, sed felicitas satis habet et seipsa est contenta, quare illam oportet esse bonum perfectissimum. Non tamen praetereundum est, id quod perfectissime sufficit, et satis habet, tantummodo esse Deum nec posse quicquam aliud inveniri cui aliud non desit. Verum de illo Aristoteles non agit, sed bono, quod a nobis parari et possideri queat, in quo genere vel ordine tantummodo felicitas est, quae sufficiat.[885]

Z. 12 intelligendo] intelligo Z_1

[66*] *AG* φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς αὐταρκείας τὸ αὐτὸ συμβαίνειν· τὸ γὰρ τέλειον ἀγαθὸν αὔταρκες εἶναι δοκεῖ· – *AL* Videtur autem et ex per se sufficiencia idem accidere; perfectum enim bonum per se sufficiens esse videtur.

[885] *Vgl. Streb. eth. 28v:* Quum beatitudinem dicit habere satis ac sufficere, censetne foelicitati foelicive nihil omnino deesse? Nequaquam. Nam cui nihil omnino deest, nisi Deo optimo maximo? […] Sed ita iudicat foelicitati foelicive nihil deesse ad bene beateque vivendum in civili societate.

Dicimus autem, quod sufficit non soli ipsi, qui vitam solitariam exigat, sed et parentibus et liberis, uxori atque omnino amicis et civibus, quoniam homo natura sit ad societatem factus. [67*] 1097b 8–11

Quod sufficit, posset bifariam intelligi. Vel quoad ipsum tantum, quem
162 Z_2 feli¦cem appellamus, vel ut respiciatur ipsamet felicitas, quod ea sibi-
ipsi sit satis nec aliunde quippiam expectet. Posterior hic sensus quadrat, non autem prior. Non enim ea, inquit Aristoteles, est beatitudo, quae uni tantum habenti eam suppeditet, quantum est satis, quando vitam solitariam degit, sed eam oportet sufficere illis etiam, qui cum
ipso coniuncti fuerint, ut sunt parentes, liberi etc. Et ratio attingitur ex propria hominis natura, quod sit civilis et ad societatem factus. Quique huiusmodi est, actione communicat cum his, quos habet coniunctos. Quamobrem ut actio eius perfecta sit, opus habet multiplicibus et variis bonis, quibus recte valeat cum illis communicare, quia si nequeat
id facere, non poterit non dolere atque ita felicitas eius vitiabitur. Hinc fit, ut ad felicitatem pertineant animi bona, quibus alios doceat eisque consulat ac regat prudenter. Bona etiam corporis habenda sunt, nam sine viribus ac robore tueri patriam non possumus et publica obire munera. Externa etiam bona, quae fortunae vocant, adhibenda sunt,
180 Z_1 nam | citra illa relevare, fovere, ac iuvare necessarios minime possumus.[886]

Felicitas sufficit etiam illis, qui cum felice coniuncti fuerint.

Eustratius hoc loco expendens rationem Aristotelis, qua dixit: »Hoc ideo fieri, quod homo sit natura civilis«, hoc, inquit, ideo ponitur, quod quidam sint non civiles, sed qui tantum contemplationi vacent, atque ii
segregant a se curas domesticas et civiles, turbam et societatem fugiunt, quin et a sua ipsorum carne seiungi quam maxime student, qui fit, ut tanta bonorum varietate non opus habeant. Tantum satis est animum ad intelligendum et contemplandum accommodare.[887] Atque horum,

De contemplantibus, qui a se omnem curam caeterorum hominum segregant.

Z. 2 uxori] et uxori Z_2 16 eisque] eique Z_1 27 varietate] variete Z_2

[67*] *AG* τὸ δ᾽ αὔταρκες λέγομεν οὐκ αὐτῷ μόνῳ, τῷ ζῶντι βίον μονώτην, ἀλλὰ καὶ γονεῦσι καὶ τέκνοις καὶ γυναικὶ καὶ ὅλως τοῖς φίλοις καὶ πολίταις, ἐπειδὴ φύσει πολιτικὸν ὁ ἄνθρωπος· – *AL* Per se sufficiens autem dicimus, non ipsi soli viventi vitam solitariam, set et parentibus et filiis et uxori et universaliter amicis et civibus, quia natura civile homo.

[886] *Vgl. Streb. eth. 29r:* Ut sit igitur honestus, bonus et idoneus civis, necesse est, ut habeat opes, non quibus omnes propinquos, amicos, cives alat, […] sed quibus eos nutriat, quos debet, amicos excipiat, civitatem, cuius est pars, adiuvat.

[887] *Eustr. graec. (Heylbut 63,19–25):* ὁ δὲ καθαρτικὸς καὶ θεωρητικὸς τοῦ κατ᾽ ἄνθρωπον παντὸς ἀποσχόμενος καὶ τῶν ἐν μέσῳ θορύβων ἔξω γενόμενος καὶ ὄχλων καὶ

ut inquit, difficillima est felicitas, quia cum natura quodammodo bellum gerunt, non quidem corpus aut carnem quaerentes extinguere, sed illud provident, ne ipsorum contemplationi sint impedimento. Proinde, cum sit haec vita simplicior, non ita multis indiget.[888] Sed Aristotelem ait de his modo non loqui hominibus, quod testatur, cum inquit natura hominem esse civilem quique sunt huiusmodi, nisi suis maioribus ac parentibus, quae necessaria fuerint, sufficiant nec non posteris, uxori, amicis et civibus, claudam et mancam habent felicitatem, licet multis bonis instructi fuerint. Et diminutio felicitatis eorum et maior et minor est, ut magis vel minus bona, quae commemoravimus, defuerint. Incumbit itaque felici, omnium eorum, quos memoravimus, curam gerere, quod si facere commode queat, satis habet ac poterit esse contentus, sin minus, felix non reputabitur.[889] Haec e doctrina Eustratii

Z. 5 cum] quum z_2

πόλεως καὶ οἰκείων αὐτῶν καὶ τὴν συνανθρώπισιν ἀρνησάμενος καὶ τῆς οἰκείας σαρκὸς ἀποχωρήσας τῇ σχέσει καὶ ἀποκλίνας πρὸς τὸ νοερώτερον καὶ θειότερον ἱκανὴν ἔχει πρὸς μακαριότητα τὴν ἐξ ἀπαθείας ἐγγινομένην κατὰ νοῦν ἐνέργειαν, καὶ ἔτι τὴν ὑπὲρ νόησιν ἕνωσιν. *Eustr. lat. (Mercken 105f.,29–36):* Purgativa autem et contemplativa, recedens ab omni quod secundum hominem, et a perturbationibus quae sunt in medio extra factus et populorum et civitatis et familiarium ipsorum et communicationem cum hominibus abnegans et a propriae carnis recedens affectione et declinans ad intellectualius et divinius, sufficientem habet ad beatitudinem eam quae ex impassibilitate fit secundum intellectum operationem, et adhuc super intelligentiam unitionem.

[888] *Eustr. graec. (Heylbut 63,25–30):* διὰ τοῦτο καὶ πολυπονωτάτη τούτῳ ὁδὸς ἡ πρὸς τὴν ἀνήκουσαν εὐδαιμονίαν ἀνάγουσα, ἅτε καὶ πρὸς αὐτὸν τὸν δεσμὸν μαχομένῳ τῆς φύσεως καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ εἶναι ἐνισταμένῳ κατὰ προαίρεσιν, οὐχ ἵνα λύσῃ τὸ φύσει σύνθετον, ἀλλ' ἵν' ἀσχέτως ἔξῃ τὸ δεδεμένον πρὸς τὸν δεσμὸν τὸν ἐκ φύσεως· ἡ δὲ κατορθουμένη μακαριότης ἁπλῆ καὶ ἀποίκιλος καὶ ἀνενδεὴς τῶν πολλῶν, ὡς ἐν μονότητι τὴν κατόρθωσιν ἔχουσα. *Eustr. lat. (Mercken 106,36–42):* Propter hoc et laboriosissima est huic via quae ad congruam felicitatem ducit, ceu et ad ipsum vinculum naturae repugnanti et ad ipsum esse contrastanti secundum electionem, non ut dissolvat quod natura compositum est, sed ut sine affectione habeat quod colligatum est a vinculis ex natura. Directa autem beatitudo simplex et sine varietate et sine diligentia multorum, ut in solitudine directionem habens.

[889] *Eustr. graec. (Heylbut 63,40–64,5):* αὐτάρκης τοίνυν ὁ πολιτικός, οὐ καθ' αὐτὸν μόνον, ὡς βίον μονώτην ζῶν, ὅταν καὶ τὰ τῆς ψυχῆς αὐτῷ προσῇ καὶ τὰ τοῦ σώματος ἀγαθά […], ἀλλ' ἐπεὶ καὶ γονεῦσι καὶ τέκνοις καὶ γυναικὶ καὶ ὅλως φίλοις καὶ πολίταις συνεῖναι τὸν πολιτικὸν ἐνδέχεται, διὰ τὸ φύσει συναγελαστικὸν καὶ κοινωνικὸν τῆς ἀνθρώπου φύσεως δεῖ τοῦτον κατὰ πάντα ταῦτα ἔχειν τὸ εὖ· εἰ δ' ἐπί τινος τούτων λείποι τι αὐτῷ, χωλεύει κατ' ἐκεῖνο αὐτῷ τὸ μακάριον, μᾶλλον ἢ ἧττον κατὰ ἀναλογίαν τῆς πρὸς αὐτὸν τοῦ λείποντος οἰκειότητος. *Eustr. lat. (Mercken 106f.,52–60):* Per se sufficiens igitur politicus, non secundum se ipsum solum, ut vitam solitariam vivens, quando et animae ipsi assunt et corporis bona […], sed quia et parentibus et filiis et uxori et omnino amicis et civibus coesse politicum contingit eo quod natura socialis et communicativus est hominis naturae, oportet hunc secundum omnia habere bene. Si

libuit referre, cuius equidem sententiae minime subscribo. Quod enim aliquis ita velit solus agere, ut uni contemplationi vacet, abdicando se a caeterorum hominum consuetudine, atque officia charitatis ac caete-
163 Z_2 rarum virtutum erga illos deserendo, tam philosophiae quam divi¦nis literis adversatur. Philosophi quippe vulgo clamitant homines minime sibiipsis natos et eam praedicant esse eius naturam, ut alios iuvet atque ab aliis vicissim adiuvetur. Deinde literarum divinarum testimonia non desunt, a quibus tale genus vitae damnatur. Dicebat Paulus nullos debere quaerere sua, verum omnia facienda esse ad proximorum aedificationem.[890] Et Deus lege sanxit honorandos parentes, quod sane praeceptum sustentationem illorum iubet; et parentibus mandatur, ut liberos diligenter et accurate instituant.[891] Neque leges desunt de coniugio, de amicis et egenis conservandis atque tuendis.[892] Quin et Paulus ad Timoth[eum] aiebat: »Qui suorum ac praesertim domesticorum abiecit curam, is porro abnegavit fidem atque infideli est deterior«[893].
181 Z_1 Quamobrem nemini fas est ita solitariam vitam sibi | deligere, ut a se caeterorum hominum curam segreget. Verum quidem est Aristotelem seorsim de vita et functione civili agere nec non de contemplante, sed non isto consilio, ut aliquis totum sese uni vitarum istarum addicat, sed ut sciat, quicunque ad felicitatem aspirat, se non posse illam obtinere, nisi utriusque huius vitae particeps egregie fiat. Duae quippe sunt nostrae naturae proprietates, nam et intelligentes et civiles natura ipsa nos fecit. Quamobrem utrique conditioni debemus nostris actionibus respondere, nimirum ut cum agendo occurrunt, quemadmodum oportet et ex virtute illa exequamur. Deinde ut cum se offert aliquid ocii vel aliquo casu impedimur a rebus agendis, ut in contemplatione divinarum et humanarum rerum magna cum voluptate occupemur, ita ut hae actiones, quae ita genere videntur diversae, mutuo sese iuvent.

Ad felicitatem requiritur civilis et contemplans vita.

Z. 14 Timoth[eum]] Timot[heum] Z_2 16 deligere] diligere Z_2 26 contemplatione] contemplationem Z_2

autem in aliquo horum deficiat a bene, claudicat secundum illud ipsi beatitudo magis vel minus secundum analogiam proprietatis eius quod deficit ad ipsum.

[890] *Vgl. Röm 15,1f.* Debemus autem nos firmiores inbecillitates infirmorum sustinere et non nobis placere. Unusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum ad aedificationem.

[891] *Eph 6,1–4* Filii, oboedite parentibus vestris in Domino: hoc enim est iustum. Honora patrem tuum et matrem (quod est mandatum primum in promissione), ut bene sit tibi et sis longevus super terram. Et patres, nolite ad iracundiam provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina et correptione Domini.

[892] *Vgl. Eph 5,22–33; Kol 3,18f.; Mt 19,3–12; Mk 10,2–12; Kol 3,12–15; Mt 25,31–46.*

[893] *1Tim 5,8.*

Nam si quis moralibus ac civilibus exerceatur virtutibus in familia et repub[lica] gubernanda, ut suis necessariis iuvandis ac fovendis animum habet paratiorem magisque sedatum, qui fit ut ad contemplationem reddatur aptior. Et vicissim, cum quis per oblatum ocium divina et humana fuerit attentius contemplatus, is deinde redditur ad agendum multo promptior. Hoc scimus inter ethnicos fecisse Tullium, Catonem[894], Pompeium[895], Lucullum[896] et horum similes summos viros. Et legimus in sacris literis Christum servatorem nostrum secessisse aliquando in montes et sylvas, ut oraret et divina meditaretur, sed mox redibat ad turbas et omnibus modis iuvabat humanum genus.[897] Istud idem praestitit Ioannes Baptista, Elias et caeteri prophetae.[898] Quin et idem Iesus Dominus noster apostolos prius in solitudine docuit, postea illos per Iudaeam ad praedicandum et sanandos aegrotos emisit.[899] Sunto itaque duo vitae genera, sed ita ut non uni eorum perpetuo aliquis addicatur.

1097b 11–14 ¦ *Sed horum certus terminus est constituendus. Nam extendenti hoc ad parentes, ad posteros et amicorum amicos in infinitum progreditur. Sed hoc alias considerandum.* [68*] 164 Z_2

Fines felicitatis. Quoniam posuerat felicitatem sufficere oportere non uni soli, sed eius omnibus necessariis, modo veritus ne progrediatur nimium et fundatur latius haec administratio, quam ferri possit, fine aliquo hanc rem | coercendam indicat. Nam revera non potest fieri, ut aliquis unus nimis multis sufficiat. Quare ne videatur felicitatem describere, quae haberi non possit, eam finibus quibusdam terminandam censuit. Sed qui nam 182 Z_1

Z. 5 redditur] creditur Z_2 22 indicat] iudicat Z_2

[68*] *AG* τούτων δὲ ληπτέος ὅρος τις· ἐπεκτείνοντι γὰρ ἐπὶ τοὺς γονεῖς καὶ τοὺς ἀπογόνους καὶ τῶν φίλων τοὺς φίλους εἰς ἄπειρον πρόεισιν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαῦθις ἐπισκεπτέον· – *AL* Horum autem assumendus terminus quis; extendenti enim ad parentes et propinquos et amicos amicorum in infinitum procedit. Set hoc quidem rursus perscrutandum.

[894] *Marcus Porcius Cato d.J. (95–46 v. Chr.), Gegenspieler Cäsars in der Endphase der römischen Republik. – NP X 158–161.*

[895] *Gnaeus Pompeius Magnus (106–48 v. Chr.), römischer Politiker und Feldherr, Gegner Cäsars. – NP X 99–107.*

[896] *Lucius Licinius Lucullus (117–57/56 v. Chr.), römischer Senator, Konsul und Feldherr, Oberbefehlshaber im 3. Mithridatischen Krieg gegen den pontischen König Mithridates VI. – NP VII 166–168.*

[897] *Vgl. Mt 14,23–25.*

[898] *Vgl. Mt 3,1; 1Kön 17,2–6.*

[899] *Vgl. Mt 10,5–8.*

sint illi fines, minime nunc prodit, sed alibi ait hoc esse tractandum, innuens Politicorum libros. Caeterum nos philosophis hoc relinquemus, quandoquidem christiana charitas nullos fines praescribi sibi patitur, sed erga omnes benigna est et proximus nobis, cui nimirum prodesse debemus, quando possumus, non est certo numero aut gradu comprehensus, imo christiana dilectio vel ad ipsos inimicos extenditur.[900] Quodque attinet ad facultates et opes, quantum illae patiuntur, sunt extendendae, modum tantummodo Paulus hunc adiecit ad Corinthios, id non requiri, ne per nos aliis bene sit et commode et ipsi versemur in angustia, sed quod facultatibus praestare non possumus, aliis charitatis officiis pro viribus debemus compensare atque id ad quoslibet, ut illos Deus nobis obtulerit, quamvis, ut idem apostolus docuit, qui sunt eiusdem fidei nobiscum, caeteris praeferri debeant.[901]

Christiana charitas nullis finibus circumscribitur.

Id vero sufficere statuimus, quod vel per se solum vitam facit expetendam et nullius indigam, cuius generis felicitatem esse arbitramur. [69*] 1097b 14–16

Paucis exponit, quid intelligat sufficiens esse, atque ait illud bonum hoc nomine dignum, quod seorsim ac per seipsum vitam reddit expetendam. Unde repetit, quod antea dixerat, felicitatem huiusmodi esse. Quod sane demonstrat alia ratione, dum inquit:

Quamvis non alio cum bono numeretur. Quod si numeretur, non est dubium, quin cum minimo bono iuncta magis sit expetenda. Nam quod additur, ¦ *accessio est bonorum, et quod maius fuerit bonum, magis est semper expetendum. Felicitas igitur videtur quid perfectum et sufficiens, ut quae sit omnium agendorum finis.* [70*] 1097b 16–21

165 z_2

[69*] *AG* τὸ δ' αὔταρκες τίθεμεν ὃ μονούμενον αἱρετὸν ποιεῖ τὸν βίον καὶ μηδενὸς ἐνδεᾶ· τοιοῦτον δὲ τὴν εὐδαιμονίαν οἰόμεθα εἶναι· – *AL* Per se sufficiens autem ponimus, quod solitarium sufficientem et eligibilem facit vitam et nullo indigentem. Tale autem felicitatem estimamus esse.

[70*] *AG* ἔτι δὲ πάντων αἱρετωτάτην μὴ συναριθμουμένην-συναριθμουμένην δὲ δῆλον ὡς αἱρετωτέραν μετὰ τοῦ ἐλαχίστου τῶν ἀγαθῶν· ὑπεροχὴ γὰρ ἀγαθῶν γίνεται τὸ προστιθέμενον, ἀγαθῶν δὲ τὸ μεῖζον αἱρετώτερον ἀεί· τέλειον δή τι φαίνεται καὶ αὔταρκες ἡ εὐδαιμονία, τῶν πρακτῶν οὖσα τέλος· – *AL* Amplius autem omnium maxime eligibilem non connumeratam. Connumerata autem manifestum quod eligibilior cum minimo bonorum. Superhabundancia enim bonorum fit quod appositum est, bonorum autem maius eligibilius semper. Perfectum itaque quid videtur et per se sufficiens felicitas, operatorum existens finis.

[900] *Mt 5,44* Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros.

[901] *Vgl. 1Kor 16,1.*

| Ratione quadam confirmat adhuc felicitatem sufficiens esse bonum, quia, et si sola esset, neque ei aliquid aliud adiungeretur, maxime foret deligenda. Attamen subiicit, si ei fortasse aliquid aliud adderetur, efficeretur adhuc magis expetenda. Quod ut magis perspicuum fiat, sciendum est felicitatis tres esse praecipuas partes, bona inquam animi, corporis et fortunae,[902] quamvis harum partium non sit omnium aequalis dignitas, etenim in bonis animi praecipua felicitatis ratio sita est. Deinde quodlibet horum bonorum aliquam saepius recipit accessionem atque hinc fit, quod Aristoteles dicit, ut ipsi felicitati si qua fiat additio, tunc reddatur expetibilior. Quod hac ratione probat: 183 Z_1

Quomodo felicitas additione aliqua reddatur expetibilior.

> Unumquodque bonum, quo maius est, eo magis expetitur.
> Sed felicitas, cum additio accesserit, maius bonum efficitur.
> Quare tum erit optabilior.[903]

Dixit autem id evenire, si quod numeretur cum aliquo minimo bono et minimum bonum intelligit, quod sane pertineat ad illa tria genera, quae iam recensuimus, sed ad nullum eorum maximum habeat momentum. Verum sit eiusmodi, ut felix eo carere possit, cum tamen, si accesserit, nonnihil habeat secum plus commodi vel ornamenti: multi enim possunt esse felices, quibus fortassis non contigerunt illustres et celebratae victoriae neque gesserunt amplissimos magistratus. Talia et horum similia non sunt ex praecipuis bonis, quibus constet felicitas, quamvis nonnihil ipsis augeatur.

An felicitas constet tribus bonorum generibus.

At duo se dubia nunc offerunt. Quorum unum est non videri felicitatem constare tribus illis bonorum generibus, cum definienda sit ab Aristotele ita, ut dicatur hominis actio perfectissima iuxta illius absolutissimam virtutem, in qua definitione (ut liquet) neque bonorum corporis neque fortunae ulla fit mentio. Verum ad hoc respondemus ita quidem felicitatem esse definiendam, sed in allata definitione licet de illis bonis nil memoretur expressis verbis, attamen ea sine illis non potest constare, ut suo loco declarabitur.[904] Nam perfectissima hominis

Z. 3 deligenda] diligenda Z_2

[902] *Arist. eth. Nic. 1,8, 1098b 12–14 (Bywater 12):* νενεμημένων δὴ τῶν ἀγαθῶν τριχῇ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων τῶν δὲ περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα.

[903] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

[904] *Arist. eth. Nic. 1,8, 1099a 31–1099b 3 (Bywater 14):* φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη, καθάπερ εἴπομεν· ἀδύνατον γὰρ ἢ οὐ ῥᾴδιον τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα· πολλὰ μὲν γὰρ πράττεται, καθάπερ δι' ὀργάνων, διὰ φίλων καὶ πλούτου καὶ πολιτικῆς δυνάμεως· ἐνίων δὲ τητώμενοι ῥυπαίνουσι τὸ μακάριον, οἷον εὐγενείας εὐτεκνίας κάλλους.

actio et perfectissima eiusdem virtus bonis corporis et fortunae pro instrumentis utitur, quibus cum penitus fuerit destituta, non potest
166 Z_2 consistere. Altera dubitatio est non videri consentaneum, ¦ ut felicitati aliqua possit fieri additio, cum sit summum bonum et summo nil maius dari queat. Ad hoc autem dicimus verum quidem esse alicui summo nil
184 Z_1 addi posse, quod sit extra suum genus, | et ita felicitas in hoc genere bonorum tenet eum locum, ut summa sit, quoniam ultra illam non est aliquod bonum propter quod expetatur. Sed in ipso genere felicitatis nil obstat quin una possit aliqua esse maior et maior ac minor felicitas in eadem substantia seu ratione consentiunt. Ut omnia alba in ratione candoris, quod tamen non impedit, quin alius candor sit alio purior et melior.[905]

An felicitati aliquid possit addi.

Itaque felicitas cum sit agendorum finis, videtur quid perfectum ac sufficiens.] Hic habemus conclusionem rationum iam inductarum, quibus probata sunt quaedam communia de felicitate, quae ut praeambula fuerunt investigationis propriae illius naturae ac substantiae. Ita enim consuevit Aristoteles et mos est peritorum artificum, ut ante propriam et veram definitionem communia quaedam ostendantur, de quibus omnes consentiant.

‹I,4› *At forsan si dixerimus felicitatem quid optimum esse, concessum id ab omnibus videtur desideraturque, ut exponamus evidentius, quid ea sit.*[71*] 1097b 22–24

Hac sententia ostendit in confesso esse omnibus, quae probata sunt, quae licet utcunque aperiant, quid sit felicitas, desideratur attamen, ut evidentius ac proprie definiatur. Atque hic initium capit altera pars huius capitis. Etenim Aristoteles iam se accingit ad explicandam propriam definitionem.

Secunda pars huius capitis.

[71*] *AG* Ἀλλ᾽ ἴσως τὴν μὲν εὐδαιμονίαν τὸ ἄριστον λέγειν ὁμολογούμενόν τι φαίνεται, ποθεῖται δ᾽ ἐναργέστερον τί ἐστιν ἔτι λεχθῆναι· – *AL* Set forte felicitatem quidem et optimum dicere confessum quid videtur. Desideratur autem manifestius quid est, adhuc dici.

[905] *Vgl. Streb. eth. 29v:* Dicet aliquis: Si foelicitas multis gradibus augeri potest, plures erunt summi supremique fines. Demus istuc, si omnes sint generis eiusdem. Unum est genere summum bonum, gradus autem diversi, ut hic sit foelix, ille foelicior, alius omnium foelicissimus; unus perfectus, alter perfectior, alius perfectissimus. Nec summum bonum dicitur, quod non possit augeri, sed quod ipso genere sit ultimum rerum appetendarum.

1097b 24–28 *Hoc vero fortassis fiat, si hominis opus deprehensum fuerit. Nam quemadmodum tibicini et statuario aliisque artificibus, et denique omnibus, quorum opus aliquod et actio est, in opere bonum ipsum et id quod bene videtur consistere, ita homini quoque, si modo eius aliquod opus est, videretur.* [72*]

Opus hominis esse genus felicitatis.

Primum, quod quaeritur, quando aliquid est definitione aperiendum, genus esse debet. Ideo Aristoteles inde iam initium capit.

Analysis.

| Propositio confirmanda est opus hominis, qua homo est, genus esse felicitatis. Et probatur similitudine atque argumentum sic exponitur: 185 Z$_1$

¦ Si tibicini, statuario et aliis artificibus bonum consistit in opere, quando rectum est, ita et hominis bonum in eius opere proprio reperietur. 167 Z$_2$

Sed tibicini, statuario et caeteris artificibus bonum consistit in opere eorum perfecto.

Igitur et hominis bonum in eius erit opere.[906]

Ab artibus ideo principium sumpsit Aristoteles, quoniam illarum effecta perspicua sunt ac evidentia passimque nobis occurrunt, et probationes (uti saepius est dictum[907]) a notioribus nobis oportet ut proficiscantur.[908]

Artium, quae ab homine pendent, et ipsius hominis alius finis.

Praeter argumenti explicationem illud notandum videtur, fatendum quidem esse ab homine pendere ac derivari omnes artes, quae, licet omnes sint hominis, alios tamen habent fines ac diversos a fine et operatione hominis, qua homo est. Multum enim differt, si dixeris hominem simpliciter aut grammaticum hominem aut tibicinem hominem. Utque ista differunt, opus etiam et bonum aliud habent. Nec frustra est adiectum ab Aristotele: *Et denique omnibus, quorum opus aliquod*

[72*] *AG* τάχα δὴ γένοιτ' ἂν τοῦτ', εἰ ληφθείη τὸ ἔργον τοῦ ἀνθρώπου· ὥσπερ γὰρ αὐλητῇ καὶ ἀγαλματοποιῷ καὶ παντὶ τεχνίτῃ, καὶ ὅλως ὧν ἔστιν ἔργον τι καὶ πρᾶξις, ἐν τῷ ἔργῳ δοκεῖ τἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸ εὖ, οὕτω δόξειεν ἂν καὶ ἀνθρώπῳ, εἴπερ ἔστι τι ἔργον αὐτοῦ· – *AL* Forte utique fiet hoc, si sumatur opus hominis. Quemadmodum autem tibicini et statuifici et omni artifici, et omnino quorum est opus aliquod et actus, in opere videtur bonum esse. Et bene ita videtur utique et homini, si quidem est opus aliquod ipsi.

[906] *Der vorliegende hypothetische Syllogismus entspricht nach Boeth. syll. hyp. 1 (PL LXIV 845B-C) dem 1. Modus der 1. Form, vgl. Prantl 1855, 705.*

[907] *Vgl. Arist. eth. Nic. 1,4, 1095b 2 (Bywater 4):* ἀρκτέον μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν γνωρίμων.

[908] *Vgl. Streb. eth. 29v:* Cur ad explicandum hominis opus et officium ducit ab artibus similitudinem, quum ratio prior sit artibus? Fines artium cadunt in sensum […]. Notiores igitur artium fines.

et actio existit. Nam potuit verbis his naturalia respicere vel, ut inquit Eustratius, additamenta, quibus artes perficiuntur.[909]

An igitur fabri et sutoris opera sunt aliqua et actiones, hominis vero opus est nullum, sed natura homo ociosus est?[73*] 1097b 28–30

Homini dandum esse proprium opus.

Quoniam ratio iam allata conclusit bonum hominis in opere ipsius proprio situm et quispiam fortassis ambigeret, an hominis dandum sit aliquod proprium opus, idcirco istud modo confirmat argumento duplici. Primum ab artibus hoc pacto: faber et sutor proprium habent opus, homo itaque illo non destituetur. Similitudini ratio innititur. Potuit etiam esse argumentum a minori: si faber et sutor proprium habent opus, nonne magis id homini concedetur, nempe cum sit artium author et inventor?[910]

186 Z_1 *An quemadmodum oculi, pedis, manus et | denique unius cuiusque membri opus quoddam extat, sic etiam hominis praeter omnia haec opus aliquod statuere aliquis posset?*[74*] 1097b 30–33

168 Z_2 ¦ Idem, quod antea concluserat, rursum probat a diversis hominis partibus. Manus enim, inquit, oculorum et pedum licet assignare proprium opus, licebit etiam ipsius hominis, qua homo est. Et firma erit ratio

[73*] *AG* πότερον οὖν τέκτονος μὲν καὶ σκυτέως ἔστιν ἔργα τινὰ καὶ πράξεις, ἀνθρώπου δ' οὐδέν ἐστιν, ἀλλ' ἀργὸν πέφυκεν; – *AL* Utrum igitur tectoris quidem et coriarii sunt opera quedam et actus, hominis vero nullum est, set ociosum naturaliter est.

[74*] *AG* ἢ καθάπερ ὀφθαλμοῦ καὶ χειρὸς καὶ ποδὸς καὶ ὅλως ἑκάστου τῶν μορίων φαίνεταί τι ἔργον, οὕτω καὶ ἀνθρώπου παρὰ πάντα ταῦτα θείη τις ἂν ἔργον τι; – *AL* Vel quemadmodum oculi et manus et pedis et omnino uniuscuiusque particularum videtur aliquod opus, ita et hominis preter hec omnia ponet aliquis utique opus aliquod.

[909] *Eustr. graec. (Heylbut 66,27–32):* τὸ δὲ ὅλως ὧν ἔστιν ἔργον τι καὶ πρᾶξις προσέθηκεν ἴσως διὰ τὸ τὸν χρόνον εὑρετὴν γίνεσθαι πολλῶν παρὰ τὰ εἰθισμένα ταῖς τέχναις καὶ τοῖς τεχνίταις καὶ ἔργα τινὰ καὶ πράξεις τινὰς ἐν αὐτῷ ἀναφαίνεσθαι, ἐπεὶ καὶ αἱ τέχναι οὕτω συνέστησαν, ἀεὶ καινοτέρων εὑρισκομένων ἐφ' ἑκάστης, ἔστ' ἂν ἡ πᾶσα τετέλεσται. *Eustr. lat. (Mercken 111,80–85):* Quod autem dicit omnino quorum est opus aliquod et actus apposuit forte eo quod tempus adinvenit multa praeter consueta artibus et artficibus et opera quaedam et actus quidam in ipso manifestantur, quia et artes ita constitutae sunt, semper novioribus inventis ab unaquaque, usque quo tota perfecta est.

[910] *Das* argumentum a minori *wird in Petr. Hisp. tract. 5,32 (De Rijk 73,16–20) folgendermaßen erklärt:* Locus a minori est habitudo minoris ad maius. […] Si id quod minus videtur inesse inest, et id quod maius.

duobus modis, vel a simili, ut dictum est, vel a minori. Et notandum, quod prius dixerat Aristoteles, hominem fore ociosum et vanum, si hoc ei non contigisset, ut proprium opus haberet. Quid vero dici posset absurdius, ut ipse vanus et ociosus esset, cum partes ipsius et artes, quas invenit, non videamus ociosas, sed earum unamquamque suis ornatam operibus?

1097b 33–1098a 4 *Quid nam igitur hoc erit? Nam vivere commune etiam cum plantis videtur, quod autem modo queritur proprium est, unde nutriendi augendique vita omnis separanda. Sequitur sentiendi vita. Sed ea quoque cum equo et bove et omnibus demum animalibus communis videtur. Reliqua est igitur vita quaedam agens eius, quod praeditum sit ratione.* [75*]

Vita actionum fundamentum multiplex in homine habetur.

Quia omnium actionum, quae ab homine utcunque fiunt, initium et fundamentum et vita et ea, ut evidens est, in homine habetur multiplex, ideo videre oportet, iuxta quam vitam homo discernatur a caeteris viventibus. Et ea erit, cuius opus homini proprie adscribetur. Primo loco vita se offert nutriens et augens corpus, at illam communem habemus cum plantis, nam et illae suis radicibus trahunt alimentum a terra, ex quo alantur et crescant. Seponetur itaque hoc vitae genus, nam cum non sit homini proprium, sed commune multorum, non valet esse initium proprii operis hominis qua homo est. Secundum gradum habet ea vita, qua sentimus et progredimur, incedendo quo visum fuerit. Sed haec quoque communis habetur nobiscum cum brutis, | nam equi, boves et caetera, quae rationis sunt expertia, sentiunt et moventur. Proinde removenda est etiam haec vita, quod ab ea non possit oriri proprium hominis opus. Quamobrem restat ea sola vita, quae agit cum ratione: ea discernitur homo a reliquis omnibus. Idcirco poterit inde nasci proprium nostrum opus. Habet sane homo comprehensas has vitas in seipso, ast illarum una tantum est ipsi propria. Nec tamen propterea dicimus, illum habere tres animos, unus est satis.

187 Z_1

Z. 8 queritur] quaeritur $\mathcal{Z}_2$

[75*] *AG* τί οὖν δὴ τοῦτ' ἂν εἴη ποτέ; τὸ μὲν γὰρ ζῆν κοινὸν εἶναι φαίνεται καὶ τοῖς φυτοῖς, ζητεῖται δὲ τὸ ἴδιον· ἀφοριστέον ἄρα τήν τε θρεπτικὴν καὶ τὴν αὐξητικὴν ζωήν· ἑπομένη δὲ αἰσθητική τις ἂν εἴη, φαίνεται δὲ καὶ αὐτὴ κοινὴ καὶ ἵππῳ καὶ βοῒ καὶ παντὶ ζῴῳ· λείπεται δὴ πρακτική τις τοῦ λόγον ἔχοντος· – *AL* Quid igitur hoc utique erit inquam? Vivere quidem enim commune videtur et plantis. Queritur autem proprium. Separandum ergo nutritivam et augmentativam vitam. Sequens autem sensitiva quedam utique erit. Videtur ergo et hec communis et equo et bovi et omni animali. Relinquitur utique operativa quedam racionem habentis.

Nam haec est eius natura, ut quo praestantior fuerit, vires comprehendat ignobiliorum.[911] Sed hoc ad praesentem locum non facit.

169 Z_2 ¦ Argumentum adductum partitione constat. Cum enim opus hominis sit eius vita et ea triplex habeatur, duabus remotis partibus necessario tertia retinetur. Ad haec meminisse debemus, quae hic traduntur ab Aristotele de triplici vita quaeque dicentur mox de duabus animi partibus, huc transferri ex libro De anima secundo, ubi omnia ista luculenter explicantur et confirmantur.[912] Neque absurdum est artificem quempiam ab altero sumere scientiae suae principia. Et est Aristoteles diligentissimus in hac definiendi methodo, etenim opportunas distinctiones minime praeterit, quae res unica mirifice ad perspicuitatem conducit. Nam quae fuerint involuta seu confusa, nunquam dilucide cognosci possunt, nisi quis prius accurate illa partiatur. Analysis.

Huius autem hoc quidem tanquam obsequens rationi, hoc vero ut illam habens atque intelligens.[76*] 1098a 4–5

Quandoquidem iam statuerat opus hominis esse vitam iuxta rationem, quia hoc bifariam contingere potest, ideo subiicitur haec distinctio: rationem tribui quidem animi parti, quod ei pareat et obsequatur, quemadmodum videmus in facultate irascenti vel cupienti. Haec sane non habent cognoscendi vim, sed tamen regi possunt ratione, at praestabilior animi portio ipsa rationem habet et intelligit. Utrinque igitur oriri potest humanum opus, nam quandoque rationis erit propriae ac verae, interdum vero ipsam participabit.[913] Et quod affertur de hominis
188 Z_1 opere, intelligendum est de felicitate, ¦ nam ea, licet in ipso rationis opere praecipue conservetur, communicatur attamen illis quoque actionibus, quae rationi obsequuntur. Vivere iuxta rationem bifariam dicitur.

[76*] *AG* τούτου δὲ τὸ μὲν ὡς ἐπιπειθὲς λόγῳ, τὸ δ' ὡς ἔχον καὶ διανοούμενον· – *AL* Hec autem hoc quidem ut bene persuasibile racione, hoc vero ut habens et intelligens.

[911] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 76 a. 3 co. (STO II 293):* Dicendum quod eadem numero est anima in homine sensitiva et intellectiva et nutritiva. […] Sic igitur anima intellectiva continet in sua virtute quidquid habet anima sensitiva brutorum, et nutritiva plantarum. *Die Auffassung, dass der Mensch mehrere Seelen in sich vereinige, vertrat im Mittelalter etwa der jüdische Philosoph Salomon Ibn Gabirol (1021–1058), vgl. Avic. fons 3,46 (Baeumker 181f.).*

[912] *Arist. anim. 2,3, 414a 30–415a 10 (Ross 34).*

[913] *Vgl. Arist. eth. Nic. 1,13, 1102b 29–31 (Bywater 22):* τὸ μὲν γὰρ φυτικὸν οὐδαμῶς κοινωνεῖ λόγου, τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν μετέχει πως, ᾗ κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ καὶ πειθαρχικόν.

1098a 5–7 *Cum vero et haec dicatur dupliciter, ponenda est ea, quae sit actu, haec enim magis proprie dici videtur.* [77*]

Vitae secundum rationem alia distinctio.

Distinctio haec vulgata est in physicis, nimirum per actum et potentiam.[914] Ne igitur erremus in vita secundum rationem, seu dicatur per se sive per participationem, rursus eam distinguit, quod quaedam sit potentia et quaedam actu. Atque potentia reiecta decernit ad rem praesentem actum facere, quod is magis proprie ad vitam attineat et perfectiorem illius conditionem exprimat, idque maxime requirit felicitatis ratio, quae (ut ostensum est) perfectionem sibi vendicat. Et cum perventum est ad felicitatem, non debemus ulterius progredi, at si quod est in potentia sumeretur, adhuc expectaretur actus.

1098a 7–8 ¦ *Si autem ita sit opus hominis, actio erit animae iuxta rationem vel non sine ratione.* [78*] 170 Z_2

Hac sententia concludit Aristoteles, quid sit genus definitionis explicandae, nimirum actionem animae iuxta rationem vel non sine ratione. Hoc duplici membro est usus, quia (ut exposuimus) opus hominis tam ab inferiori parte quam a superiori potest proficisci. Et quidem verum est facultatem irascentem atque concupiscentem in brutis etiam reperiri, ita ut actio inde orta possit existimari non propria hominis. Sed ad hoc respondemus inferiorem hanc vim animi, quae in homine rationi potest obsequi, quo ad istam conditionem sic esse nobis propriam, ut in brutis locum non habeat.

Opus facultatis irascentis et concupiscentis an sit proprium hominis.

[77*] *AG* διττῶς δὲ καὶ ταύτης λεγομένης τὴν κατ' ἐνέργειαν θετέον· κυριώτερον γὰρ αὕτη δοκεῖ λέγεσθαι· – *AL* Dupliciter autem et hac dicta, eam que secundum racionem ponendum; principalius enim hec videtu dici.

[78*] *AG* εἰ δ' ἐστὶν ἔργον ἀνθρώπου ψυχῆς ἐνέργεια κατὰ λόγον ἢ μὴ ἄνευ λόγου· – *AL* Si autem est opus hominis anime operacio secundum racionem vel non sine racione.

[914] *Vgl. Arist. phys. 3,1, 201a 10–19 (Ross ibid.).*

Idem autem dicimus opus huius et huius perfecti veluti citharoedi et boni citharoedi. Quemadmodum enim simpliciter in omnibus, si quod exuperat virtutis ad opus additur. Citharoedi enim est pulsare cithara, boni vero praeclare. [79*] 1098a 8–12

189 z_1 | Genere sic exposito, ad differentias indicandas pergit. Eae sunt autem duae. Prima sane est, ut operi hominis, quod est iuxta rationem, addatur virtus, ut nimirum sit ex virtute ac illa quidem praestantissima. Differentia vero altera est, ut duret huiusmodi actio neque sit momentanea, nam oportet vitae absolutionem adiungere. Priorem autem differentiam ita venatur, quia communis sortis hominis opus et studiosi atque perfecti genere conveniunt. Quod ut facilius intelligatur, exemplo declarat. Ut enim studiosus ac perfectus et homo quivis genere sunt idem, sic opus perfectum et non ita perfectum genere conveniunt. Exemplo aperitur, opus citharoedi et boni citharoedi non differunt genere, sed tantum quod bonus citharoedus praeclare pulsat, alter quoque licet pulset, id tamen utcunque facit. Quid vero id sit, quo bene aut praeclare accedat operi, demonstrat, cum inquit excessum vel excellentiam virtutis adiectam, id semper et in omnibus efficere, ut reddantur meliora et perfectiora, quae fiunt. Citharam in summa quoquo modo pulsare ac bene pulsare idem sunt genere. Differentiae adduntur, quae speciem complent, utcunque pulsare et praeclare, pulsationem vero praeclaram facit virtutis seu artis adiecta excellentia. Definitionis felicitatis differentiae.

171 z_2 ¦ *Quod cum ita sit, statuimus opus hominis vitam quandam hancque animi actum et cum ratione actionem. Est autem boni viri haec recte atque praeclare.* [80*] 1098a 12–15

Collegit his verbis Aristoteles genus cum sua priori differentia et quae dicuntur, adeo clara sunt, ut interpretatione haud indigeant. Sed Eu- An sit actio iuxta rationem in qua est error.

[79*] *AG* τὸ δ' αὐτό φαμεν ἔργον εἶναι τῷ γένει τοῦδε καὶ τοῦδε σπουδαίου, ὥσπερ κιθαριστοῦ καὶ σπουδαίου κιθαριστοῦ, καὶ ἁπλῶς δὴ τοῦτ' ἐπὶ πάντων, προστιθεμένης τῆς κατὰ τὴν ἀρετὴν ὑπεροχῆς πρὸς τὸ ἔργον· κιθαριστοῦ μὲν γὰρ κιθαρίζειν, σπουδαίου δὲ τὸ εὖ· – *AL* Idem autem dicimus opus esse genere huius et huius studiosi, quemadmodum cithariste et studiosi cithariste, et simpliciter utique hoc in omnibus, apposita secundum virtutem habundancia ad opus. Cithariste quidem enim cithariste, studiosi autem bene.

[80*] *AG* εἰ δ' οὕτως, [ἀνθρώπου δὲ τίθεμεν ἔργον ζωήν τινα, ταύτην δὲ ψυχῆς ἐνέργειαν καὶ πράξεις μετὰ λόγου, σπουδαίου δ' ἀνδρὸς εὖ ταῦτα καὶ καλῶς· – *AL* Si autem sic, hominis autem ponimus opus, vitam quandam; hanc autem anime operacionem et actum cum racione, studiosi autem viri bene hec et optime.

strathius dubitat, an possit opus vel actio esse hominis iuxta rationem, quae non recte agatur, vel in qua reperiatur error. Quod prima fronte inquit non videri, quicquid enim iuxta rationem agitur, videtur absque errore fieri. At si hoc esset, nunquam homines peccarent, cum nihil faciant animo decernente ac deliberante, quin ratio interveniat, quae sane non solum errare potest, sed non parum saepe errat, quod sensus et cupiditates habeat secum coniunctas. Non deficere, inquit, hominum non est, sed tantum mentium illarum, quae mole carnis et pondere corporis sunt liberae.[915] Haec ille. Quibus ego addo ne mentes quidem a materia corporea avulsas natura sua esse absque ullo | errore, 190 Z_1 quod autem modo non peccent, id illis vi gratiae ac favoris divini concedi, iam vero inde ab initio peccasse, ut divinae literae tradunt,[916] nunc vero non sua, sed Dei vi stare atque servari.[917]

1098a 15–18 *Unum quodque autem a propria virtute recte perficitur. Quod cum ita sit, humanum bonum est animi actio cum virtute. Quod si fuerint plures virtutes, iuxta optimam et perfectissimam.* [81*]

Analysis. Ratio ista sic explicatur: quicquid perficitur, iuxta propriam virtutem perficitur; opus hominis perficitur; quare id habebit ex propriae vir-

[81*] *AG* ἕκαστον δ' εὖ κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἀποτελεῖται· εἰ δ' οὕτω,] τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια γύνεται κατ' ἀρετήν, εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταί, κατὰ τὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην· – *AL* Unumquodque autem bene secundum propriam virtutem perficitur. Si autem hoc, humanum bonum anime operacio fit secundum virtutem. Si autem plures virtutes, secundum perfectissimam et optimam.

[915] *Eustr. graec. (Heylbut 70,10–19):* ἴσως δ' ἄν τις ζητήσαι, εἰ ἐνδέχεται μετὰ λόγου ἐνεργοῦντά τινα μὴ εὖ ἐνεργεῖν, ἄλλο δὲ τὸ εὖ μετὰ λόγου· δόξειε γὰρ ἂν ἴσως πᾶσαν ἔχειν τὸ εὖ τὴν μετὰ λόγου ἐνέργειαν· ἀλλ' εἰ τοῦτο ἦν, οὐκ ἄν ποτε ὁ λόγος ἡμάρτανε τοῦ προσήκοντος, ἀλλ' ἐπεὶ τὸ μὴ ἁμαρτάνειν τῶν ἔξω σώματος πάντῃ καὶ γενέσεως, ὁ δὲ λόγος ὁ ἀνθρώπινος μετὰ τούτων ἐστίν, ἔστ' ἂν ἡ ψυχὴ τῷ σαρκίῳ συνδέδεται, καὶ πολλὰ ἐκ τούτου αὐτῇ τὰ ἐμπόδια, πολλῆς δεῖ γυμνασίας καὶ πείρας καὶ χρόνου μακροῦ καὶ πόνου ἐνδελεχοῦς, ὥστε ἐν ἕξει τινὰ γενέσθαι τοῦ εὖ ἐνεργεῖν ἐν ἅπασι καὶ κατορθωτικὸν τῶν δεόντων ἐν τοῖς ἔργοις φαίνεσθαι. *Eustr. lat. (Mercken 117,34–43):* Forte autem utique aliquis quaeret si contingit cum ratione operantem aliquem non bene operari, aliud autem quod bene cum ratione. Videbitur enim utique forte omnem habere quod bene cum ratione operationem. Sed si hoc erit, neque aliquando ratio peccavit vel erravit a conveniente. Sed quia non peccare extra corpora omnino et generationem, ratio autem humana cum his est, usque quo anima cum carne colligatur, et multa ex hoc ipsi sunt impedimenta, multa indiget exercitatione et experientia et tempore longo et labore continuo, ut in habitu quaedam fiant bene operandi in omnibus et directiva eorum quibus opus est in operibus appareant.

[916] *Vgl. Jes 14,12f.*

[917] *Vgl. Petr. Lomb. sent. II,7,1 (Grottaferrata I 359,5f.):* Angeli qui perstiterunt, per gratiam confirmati sunt; et qui ceciderunt, a gratia deserti sunt.

tute.[918] Maior propositio cum sit universalis, ex multis singulis vera potest iudicari. Si oratio perficienda sit, a propria virtute seu facultate perficitur ut a rhetorica, ita disputatio a propria facultate, nimirum dialectica, sic cantus a musica, et ita de omnibus constitui potest. Quare ut dicebatur, quicquid est perficiendum, a propria virtute perficitur. Per virtutem optimam et perfectissimam hoc loco intelligit prudentiam, quae prima est inter omnes agentes facultates.[919]

172 Z_2 ¦ *Et adhuc in vita perfecta. Una enim hirundo non facit ver neque una dies, ita beatum et felicem non facit una dies nec breve tempus.* [82*] 1098a 18–20

Haec est altera differentia, quae a circumstantia temporis accipitur, quia oportet felicitatem diuturnam esse. Probat is simili conferendo felicitatem cum verno tempore, cuius nuntius est hirundo. Sed una minime sufficit ad illud indicandum nec una dies, quae fuerit clementior. In hyeme profecto sunt alcionii dies,[920] nonnihil tepidi et benigni, qui tamen haud possunt fidem facere ver adesse. Neque ista cum illis pugnant, quae superius dixit candorem unius diei non minus esse candorem diuturno, quoniam illa tum ad definitionem referebat, utrique enim candores definitionem candoris participant. Sed non propterea negasset Aristoteles alterum eorum maiorem et meliorem altero quo ad gradum candoris et quo ad perfectionem. At istud non potest modo dici de beatitudine, quoniam in eius definitione compre|henditur perfectio, quam temporis brevitas imminuit. Felicitatem oportet diuturnam esse.

191 Z_1 (~~177~~)

Ambiguum quomodo sit accipienda vitae perfectio. Si enim intelligamus per totam vitam, nemini mortalium eveniet, cum omnia sunt exposita infortuniis. Satis est, ut diu sic degatur, quo virtutes optimae ac praestantissimae actiones queant se prodere. Aut si per ante actam vitam non licuit, saltem ad extremum obtineatur felicitas. Certum est Vitae perfectio quomodo sit accipienda.

[82*] *AG* ἔτι δ' ἐν βίῳ τελείῳ· μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ μία ἡμέρα· οὕτω δὲ οὐδὲ μακάριον καὶ εὐδαίμονα μία ἡμέρα οὐδ' ὀλίγος χρόνος· – *AL* Amplius autem in vita perfecta. Una enim yrundo ver non facit nec una dies. Ita utique nec beatum et felicem una dies neque paucum tempus.

[918] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

[919] *Vgl. Streb. eth. 30v:* Quam dicit optimam perfectissimamque [virtutem]? Prudentiam, quae in veri cognitione consistit et maxime naturam attingit humanam.

[920] *Vgl. Arist. hist. an. 5,8, 542b 4–6 (Peck/Balme II 118):* Ἡ δ' ἀλκυὼν τίκτει περὶ τροπὰς τὰς χειμερινάς· διὸ καὶ καλοῦνται, ὅταν εὐδιειναὶ γένωνται αἱ τροπαί, ἀλκυονίδες ἡμέραι. *Vgl. auch Erasm. adag. 1552 (ASD II/4 58):* Halcedonia sunt apud forum […]. Significatur hac voce tranquillitas et silentium. […] Ab aue quadam marina ductum adagium, quae Graecis halcyon dicitur, Latinis alcedo.

naturam hanc esse felicitatis, ut matura sit et diuturna. Cic[ero] De finibus lib[ro] 2. statuit: beatam vitam, inquit, in perpetuitate duci solere. Si enim vicissitudines fuerint, ut quis miser ex beato fieri possit, nunquam erit quisquam felix, metuet enim semper, ne suam amittat felicitatem.[921] At sapientia semel parta, et optimae virtutes acquisitae calamitatibus intereunt? Non quidem. Retinentur, sed ibi non est tota felicitas, licet ibi maior et melior pars eius comprehendatur. Sed possunt accidere adversi casus et infortunia, per quae felicitas obscuretur et ita, ut desinat esse felicitas, non tamen illi propterea erunt miseri, sed felices dici non poterunt. Non est iuxta sententiam Aristotelis expectanda mors, ut quis dicatur felix, quoniam satis est, ut quis aliquamdiu degat agendo ex optima virtute ac bonis externis mediocriter instructus, neque timor calamitatum in eo erit tantus, ut felicitatem impediat.[922] Vita vero perfecta dicitur, cum virtus, qua diligenter agit, perfecta est nec aliqua grandi calamitate impeditur.[923] Sed virtutem aiunt in adversis maxime illustrari. Fateor, magis redditur splendida et magis laudatur. Sed neminem ista ducit beatum, qui graviori ¦ laboret 173 Z_2
fortuna. Nos ita non sentimus, quia post hanc vitam omnia speramus tranquillissima et suavissima, quod philosophi ignorarunt. In infortuniis itaque virtus quidem est illustrior, sed non reddit felicem.[924]

Tempus quomodo tribuatur felicitati.

Tempus felicitati attribuitur multiplici ratione. Primum non potest actio humana perfici et absolvi absque tempore. Deinde, quo magis crescit numerus bonarum actionum, felicitas etiam extenditur et latior magis est expetenda. Postremo ad felicitatem quoque bona exiguntur externa interque ea solet prolixa vita enumerari. Quo ad exemplum de hirundinibus, quae ver nuntiant, putat Eustrathius illas per hyemem iacere quodammodo in obscuris locis mortuas prae nimio frigore, meliori vero flante aura excitari,[925] cum alii credant mare transmisso illas

Z. 19 ignorarunt] ignorant Z_2 19 In] *om.* Z_2

[921] *Cic. fin. 2,87 (Rackham 178):* Neque enim in aliqua parte sed in perpetuitate temporis vita beata dici solet […]; qui enim existimabit posse se miserum esse, beatus non erit.

[922] *Vgl. Streb. eth. 30v–31r:* De sententia philosophi esse dicendum non esse expectandum vitae finem, sed ante mortem beatum dici posse, qui agit virtute perfecta, bonis externis satis instructus.

[923] *Vgl. Streb. eth. 31r:* Vitae genus perfectum dico, quum virtus est perfecta atque diligenter agit nulla repugnante graviore fortuna.

[924] *Vgl. Streb. eth. 31r:* Dicet aliquis: Si virtus in rebus adversis et infirmis est perfectior, cur additur illud de fortuna? Laudabilior est sane et praemio dignior, sed philosophus videt neminem hac in vita beatum vocari, qui graviore fortuna laborat nec habet rationem vitae sempiternae, sed mortalis huius et caducae, in qua fortuna multum potest.

192 Z_1 ad nos redire.[926] | Dies una vel altera item non facit ver, quia etiam per hyemem sunt aliquot dies placidiores, nempe alcionii, qui cum sint pauci, non sunt fideles nuntii veris.

Ita igitur circumscriptum esto bonum. Oportet enim fortassis ipsum prius delineare, postea vero pingere.[83*] 1098a 20–22

Haec est tertia pars capitis. Primo quippe descripta est felicitas per communia, deinde propius accessit definiendo, nunc accedit ad partes explicandas. Primum dixerat illam esse optimam expetendam per sese atque perfectam. Genus ostendit, opus quippe humanum cum ratione vel non sine ratione, ac hominis vitam intelligi voluit actu et cum virtute adiecta diuturnitate aliqua. Tota haec definitio ut magis fiat dilucida, est per partes excutienda, quia totum sine partium notitia est obscurum. Tria continet haec pars. Primo metaphoram inducit a pictura, ubi prius res delineatur, postea pingitur; ita prius rem oportuit describere, postea dissolvi et per partes excuti. Secundo quaerit, utrum sit operosius describere, an partes declarare, et in priori maiorem ostendit sitam difficultatem. Tertio monstrat, quid maxime iuvet ad illud difficilius praestandum, nimirum tempus, quo ita profecerint et auctae sint artes. Metaphora optime convenit. Ut enim quando figurae describuntur, aliqui constituuntur termini, quibus quantitas claudatur et ab aliis separetur, ita genus et differentia termini sunt, quibus res finitur et ab aliis prorsus discernitur. »Figura est, quae uno vel pluribus terminis clauditur.«[927] Dixit recte circumscriptum, hoc est definitum. Visus est sua definitione quasi circulo quodam humanum bonum claudere. Hanc vocat hypothesim, hoc est informationem quandam et 174 Z_2 summariam descriptionem.[928] ¦ Agit igitur de felicitatis definitione,

Tertia pars capitis 7.

Tertiae partis divisio.

Z. 6 *Marg.* 7.] *om.* Z_2 8 optimam expetendam] optima expetenda Z_1

[83*] *AG* Περιγεγράφθω μὲν οὖν τἀγαθὸν ταύτῃ· δεῖ γὰρ ἴσως ὑποτυπῶσαι πρῶτον, εἶθ' ὕστερον ἀναγράψαι· – *AL* Circumscribatur quidem igitur bonum ita. Oportet enim forte figuraliter dicere primum, deinde posterius rescribere.

[925] *Eustr. graec. (Heylbut 71,25f.):* […] εὔκρατον, αἴτιον γινόμενον ἀναζωώσεως τῷ τοιούτῳ ζώῳ παντὶ ἐν παραβύστῳ ὑποκειμένῳ νεκρῷ διὰ τὸ χειμέριον ψῦχος. *Eustr. lat. (Mercken 118,92f.):* […] temperantiam, causam effectam revivificationis tali animali omni in abscondito iacenti mortuo propter hibernum frigus.

[926] *Vgl. Isid. orig. 12,7,70 (Lindsay II 80):* [Erundo] maria transvolat, ibique hieme commoratur.

[927] *Eucl. elem. 1, def. 14 (Stamatis I 2,8):* Σχῆμά ἐστι τὸ ὑπό τινος ἢ τινων ὅρων περιεχόμενον.

[928] *Vgl. Streb. eth. 32r:* ὑποτυπῶσαι, primis lineamentis informare.

Ratio methodi qua hic utitur philosophus.

quasi sit quaedam statua eius et imago. Colores apertius exprimunt delineata et effigiata per partes. Definitio si habuerit suas partes notas, non opus habet ampliori explicatione, at si partium fuerit obscurarum, tum fit resolutio et singula exponuntur. Ita fecit Galenus in Μικροτέχνῃ. Definivit statim ab initio medicinam quod esset sanorum, aegrorum et neutrorum.[929] Deinde adiecit corpora, signa et causas.[930] Et quoniam omnes hae partes fuerunt obscurae, illas singillatim exposuit, ita ut ad septuaginta distinctiones pervenerit.[931] Item factum est | in Physicis, ubi natura primum est definita, quod sit principium motus 193 Z_1
et quietis;[932] mox de causis egit, quid sit per se, quid per accidens;[933] definivit motum deinceps et tempus et locum, dissolvendo primam definitionem a se positam.[934] Hic similiter facit: definivit felicitatem, dissolvit ad duo principia, nempe ad actiones humanas et ad virtutes, et de his per totum hunc librum disputat. Unde liber Ethicorum nil aliud comprehendit quam huius definitionis expositionem. Est itaque doctrina haec per definitionem et dissolutionem.

1098a 22–26

Videtur autem cuiusvis esse producere ac articulatim distinguere, quae recte fuerint descripta, et tempus talium inventor aut adiutor idoneus esse. Unde et artium facta sunt incrementa. Cuiusvis enim est, id quod deest, addere. [84*]

Difficilius est definire, quam definitionem explicare.

Nunc utrunque modum inter se confert et ait esse difficilius ab initio bene recteque definire, quam per membra definitionem examinare. Nam qui definit, nil habet prius adiumenti, nisi quantum sensu et

[84*] *AG* δόξειε δ' ἂν παντὸς εἶναι προαγαγεῖν καὶ διαρθρῶσαι τὰ καλῶς ἔχοντα τῇ περιγραφῇ, καὶ ὁ χρόνος τῶν τοιούτων εὑρετὴς ἢ συνεργὸς ἀγαθὸς εἶναι· ὅθεν καὶ τῶν τεχνῶν γεγόνασιν αἱ ἐπιδόσεις· παντὸς γὰρ προσθεῖναι τὸ ἐλλεῖπον· – *AL* Videbitur autem utique hominis esse perducere et particulatim disponere que bene habencia et circumscripcionem, et tempus talium inventor vel cooperator bonus esse. Unde et arcium facta sunt additamenta; omnis enim est apponere quod deficit.

[929] *Gal. ars 1 (GO I 307):* Ἰατρική ἐστιν ἐπιστήμη ὑγιεινῶν, καὶ νοσωδῶν, καὶ οὐδετέρων.

[930] *Gal. ars 1 (GO I 307):* τὸ δὲ ὑγιεινὸν, καὶ τὸ νοσῶδες, καὶ τὸ οὐδέτερον, τριχῶς ἕκαστον λέγεται· τὸ μὲν ὡς σῶμα, τὸ δὲ ὡς αἴτιον, τὸ δὲ ὡς σημεῖον.

[931] *Gal. ars 2–34 (GO I 309–400).*

[932] *Arist. phys. 2,1, 192b 21f. (Ross ibid.):* […] οὔσης τῆς φύσεως ἀρχῆς τινὸς καὶ αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν.

[933] *Arist. phys. 2,5, 196b 27f. (Ross ibid.):* τὸ μὲν οὖν καθ' αὑτὸ αἴτιον ὡρισμένον, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἀόριστον.

[934] *Arist. phys. 3,1, 200b 20–25 (Ross ibid.):* πρὸς δὲ τούτοις ἄνευ τόπου καὶ κενοῦ καὶ χρόνου κίνησιν ἀδύνατον εἶναι· δῆλον οὖν ὡς διά τε ταῦτα, καὶ διὰ τὸ πάντων εἶναι κοινὰ καὶ καθόλου ταῦτα, σκεπτέον προχειρισαμένοις περὶ ἑκάστου τούτων (ὑστέρα γὰρ ἡ περὶ τῶν ἰδίων θεωρία τῆς περὶ τῶν κοινῶν ἐστιν).

cogitatione potest rem definitam comprehendere. At qui resolvit, habet definitionem iam allatam ceu radicem et fundamentum suae contemplationis. Quamobrem doctissimorum est hominum definire, ut inquit Aristoteles in 2. Posteriorum analyticorum.[935] Et in imagine pictorum longe difficilior est imitatio quam partium cultus et examinatio. Esse hoc inquit videri cuiuslibet hominis, quod accipiendum est non prorsus ignari, qui enim omnino rudis est, non posset definitionem dissolvere, sed ex collatione multo plures dissolvere possunt definita, quam definire. Dissolventi et addenti positis definitionibus est satis, ut definitionem positam bene cognoscat, videat consequentia et inducat consentanea.

Tempus est inventor et adiutor.] Non quidem natura sua, quia tempus nil agit, sed propter illa, quae in tempore fiunt. Complura enim eveniunt
175 Z_2 (~~157~~) ¦ aliquo spacio temporis, quae occasionem praebent res exquisitius et plenius cognoscendi.

Unde et artium facta sunt incrementa.] Qui primi artes invenerunt, parva quaedam et brevia tradiderunt, ad quae adiicere non usque adeo fuit difficile, praesertim successu temporis, cum sit cuiusvis propemodum
194 Z_1 addere inventis, non cuiusvis absolute, sed longe indoctioris. | Ut parva et brevia fuerint artium principia, quis facile viderit ex Hippocrate. Facta postea sunt tot incrementa, ut Galenus magnam ediderit librorum congeriem.

Eorum autem, quae dicta sunt, meminisse oportet et absolutum ac perfectum non similiter in omnibus quaerere, sed in quaque re pro subiecta materia et quo ad patitur cuiusque doctrinae proprietas. Etenim faber et geometres angulum rectum dissimiliter exquirunt, ille quidem ut ad opus est utilis, hic autem quid et cuiusmodi sit, nam spectator est veritatis. [85*] 1098a 26–32

Z. 4 Aristoteles] Arist[oteles] Z_2

[85*] *AG* μεμνῆσθαι δὲ καὶ τῶν προειρημένων χρή, καὶ τὴν ἀκρίβειαν μὴ ὁμοίως ἐν ἅπασιν ἐπιζητεῖν, ἀλλ' ἐν ἑκάστοις κατὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐφ' ὅσον οἰκεῖον τῇ μεθόδῳ· καὶ γὰρ τέκτων καὶ γεωμέτρης διαφερόντως ἐπιζητοῦσι τὴν ὀρθήν· ὁ μὲν γὰρ ἐφ' ὅσον χρησίμη πρὸς τὸ ἔργον, ὁ δὲ τί ἐστιν ἢ ποῖόν τι· θεατὴς γὰρ τἀληθοῦς· – *AL* Meminisse autem et predictorum oportet, et certitudinem non in omnibus similiter exquirere. Set in singulis secundum subiectam materiam et in tantum, in quantum proprium est doctrine. Et enim tector et geometra differenter quidem inquirunt rectam. Hic quidem enim in quantum utilis est ad opus, hic autem quid est vel quale quid. Speculator enim est veri.

[935] *Vgl. Arist. an. post. 2,3, 90b 23f. (Ross ibid.):* ὁ γὰρ τὸν ὁρισμὸν ἔχων […] ἐπιστήσεται.

Tria sunt, quae hic aguntur. Primo proponit modum excussionis ac examinis partium huius definitionis, nempe iuxta subiectam materiam et doctrinae genus. Secundo non esse in principiorum pervestigatione causas inquirendas. Tertio rationes varias indicat, quibus principia, si fuerint ignota, possint cognosci. Solent saepius definitiones ab aliis adduci, quas deinde alii excutiunt, dilatant et pingunt, at modo Aristoteles idem suam definitionem per partes vult applicare. Ideo affert, quae de modo iudicat nos esse praemonendos ac inprimis iubet, ut eorum simus memores, quae dicta sunt, nempe ab initio, cum de modo ac forma huius doctrinae in prooemio egit.[936] Subtilitas, perfectio et exquisita tractatio diversa est pro materia vel pro methodo seu doctrina. De materia subiecto satis liquet, quoniam moralis, physicus et mathematicus circa diversam versantur materiam, ideo non eadem subtilitate in suis tractandis rationibus utuntur. At quandoque fit, ut idem sit subiectum ac materia, quia tum non eadem est forma et ratio doctrinae seu methodus, ideo perfectio et exquisita tractatio non eadem requiritur. Saepe quippe contingit, ut res eadem consideretur a variis artificibus, at non eodem fine atque consilio. Geometra, inquit, et faber angulum rectum spectant, sed longe diverso animo. Faber, ut opus faciat, nempe ut ligna iungat aptius; architectus, ut columnam erigat, quae situm habeat rectum; aedificator, ut paries non sit obli¦quus. At geometra, ut sciat, nempe veritatis est contemplator.[937] 176 Z_2
Rectus est angulus, inquit Euclides[938], quem rectae lineae continent vel efficiunt.[939] Et idem aequalis est, | quando recta linea super rectam 195 Z_1
cadit et quidem ad perpendiculum, tum angulus utrinque rectus est et adhaec aequalis.[940] Ad rerum scientiam spectant non solum rei, quae tractatur, naturam cognoscere, sed etiam, quae in ea sunt quaeque illam consequuntur, ideo geometrae dicit esse non tantum nosse, quid sit angulus, sed qualis. Nam definitione illius habita videt, an sit acutus

Modus examinandi hanc definitionem.

Subtilitas diversa pro materia vel methodo.

[936] *Vgl. Arist. eth. Nic. 1,3, 1094 11–14 (Bywater 2).*

[937] *Vgl. Streb. eth. 30r-v:* Hunc [angulum rectum] geometres, quia spectator est veritatis et artes mathematicas procul a rebus exercet, intuetur, non ut opus conficiat ut domum, sed ut sciat, quid et cuiusmodi sit. Faber aut architectus, ut quae recta vult esse ad angulum rectum dirigat, intuetur.

[938] *Euklid (um 300 v. Chr.) fasste in seinem Hauptwerk »Elemente« das mathematische Wissen seiner Zeit zusammen und überführte es in eine systematische Ordnung. – NP IV 238–243; DPhA III 252–272.*

[939] *Eucl. elem. 1, def. 9 (Stamatis I 1,13f.):* Ὅταν δὲ αἱ περιέχουσαι τὴν γωνίαν γραμμαὶ εὐθεῖαι ὦσιν, εὐθύγραμμος καλεῖται ἡ γωνία.

[940] *Eucl. elem. 1, def. 10 (Stamatis I 2,1–4):* Ὅταν δὲ εὐθεῖα ἐπ᾽ εὐθεῖαν σταθεῖσα τὰς ἐφεξῆς γωνίας ἴσας ἀλλήλαις ποιῇ, ὀρθὴ ἑκατέρα τῶν ἴσων γωνιῶν ἐστι, καὶ ἡ ἐφεστηκυῖα εὐθεῖα κάθετος καλεῖται, ἐφ᾽ ἣν ἐφέστηκεν.

vel obliquus, aequalis vel inaequalis. Quod item in grammatica novimus evenire, ibi enim non solum consideramus, quae sint partes orationis, nimirum an verba an nomina an adverbia, sed quae consequantur proprietates, an activa an passiva, propria vel appellativa etc. Quamobrem tam faber quam geometra suum habent modum rem eandem considerandi neque est utrobique perfectio et subtilitas eadem tractationis. Quin omnes artes suum habent modum, ut a materia vel magis vel minus dividunt et separant, quae ab ipsis tractantur. Physicus, moralis et medicus hominis naturam spectant, sed longe diversis modis eam contemplantur. Nam physicus, ut materia sensibili constat et forma, quae sit ei principium motus et quietis; medicus, qua est vel sanus vel aeger vel neuter; moralis, ut felicitatis vel miseriae conspicitur capax.

Eodem autem modo et in aliis faciundum, ut ne quae sunt praeter institutum plura fiant ipsis operibus. [86*] 1098a 32–33

Ut sui moris est ab hypothesi ascendit ad thesim et quod in uno monstravit exemplo, dicit in caeteris, quae consimilia sint, faciundum. Quae vero particula adiicitur, *Ne plura sint* πάρεργα *ipsis operibus*, duos potest habere sensus. Primus, ut excuset, quare tantum uno exemplo sit usus, ne scilicet praeter institutum nimium vagetur. Vel ne, si eandem subtilitatem et exquisitam tractationem sequatur faber et geometer, prolixiorem quam oporteat sumat operam et circa plura versetur, quam eius requirat facultas. Poetarum illud est, ut longe minus dicatur de hypothesi, quam de ornamentis exterius accersitis. Vergilius[941] et Homerus breves ceperunt theses, verum tot accesserunt ornamenta, ut prolixa scripserint poemata.

Neque causa in omnibus eodem modo est exigenda, sed satis est in quibusdam, si aperte ostensum fuerit ea esse, ceu de principiis primum atque initium est, quod sint, ostendisse. [87*] 1098a 33–1098b 3

[86*] *AG* τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ποιητέον, ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίνηται· – *AL* Secundum eundem itaque modum et in aliis est faciendum, ut non que extra opera operibus plura fiant.

[87*] *AG* οὐκ ἀπαιτητέον δ' οὐδὲ τὴν αἰτίαν ἐν ἅπασιν ὁμοίως, ἀλλ' ἱκανὸν ἔν τισι τὸ ὅτι δειχθῆναι καλῶς, οἷον καὶ περὶ τὰς ἀρχάς· τὸ δ' ὅτι πρῶτον καὶ ἀρχή· – *AL* Non expectandum autem neque causam in omnibus similiter, set sufficiens in quibusdam hoc quoniam demonstrari bene, utputa circa principia. Hoc autem quia, primum et principium.

[941] *Vergil (70–19 v. Chr.), römischer Dichter, Verfasser der »Aeneis«, »Bucolica« und »Georgica«. – NP XII/2 42–60; GRL II 31–96.*

In principiorum pervestigatione causae non sunt inquirendae.

196 Z_1 177 Z_2 (~~178~~)

¦¦ Nunc secundo loco haec annectit, quoniam definiendo felicitatem non demonstravit, quare vel cur illae particulae definitionis in ea insint, neque etiam, quare ad eam constituendam definitionem sint adhibitae, quod forsitan vel diligens vel curiosus lector potuisset desiderare. Illa tantum tradiderunt verisimili persuasione, ut scilicet vel multis vel sapientibus videbatur. Atque hoc non est propter quid et causam demonstrare, sed tantum ostendere illa esse. Verum dixerit quispiam propositiones rationum semper oportet causas continere, alioquin minime posset quippiam concludi. Fateor, sed retinendum est propositiones causas semper esse conclusionis, at non semper eius rei, quae demonstratur et de qua tunc agitur. Quod, si propositiones rationis non continent causas rei, quae tractatur, habent in se nonnunquam effecta, quae fiunt causae conclusionis, quoniam per illa conficimus et concludimus, quod quaeritur. Exemplis haec monstrantur. Si ex diverso aspectu lunaris luminis lunam demonstrarim sphaericam habere figuram, ab effectu ad causam progredior. Sin vero ex figura sphaerica lunae ostendero illius luminis varios aspectus, tum ex causa concludo.[942] Si ex igne fumus indicetur esse, causae argumentum est, sin e diverso per fumum ignis, ratio est ab effectis. Eclipsis lunae demonstratur quandoque per terrae interpositionem tanquam a causa, interdum ex defectu luminis, qui est effectus.[943] Huiusmodi progressu ab effectis ad causam utimur, inquit, circa principia, quandoquidem illorum causas non habemus. A geometra non quaeritur causa, quare punctum statuat indivisibile, vel cur linea tantum unam distantiam habeat, quae in eius facultate tanquam principia se habent. Non licet in omni materia et subiecto rerum habere causas et, quando ipsas habere non possumus, est satis adduxisse conclusionis causas.

Z. 14 monstrantur] demonstrantur Z_2 18 fumus] fumum Z_2 23 habemus] habeamus Z_2

[942] *Vgl. Arist. an. post. 1,13, 78b 4–7 (Ross ibid.):* πάλιν ὡς τὴν σελήνην δεικνύουσιν ὅτι σφαιροειδής, διὰ τῶν αὐξήσεων – εἰ γὰρ τὸ αὐξανόμενον οὕτω σφαιροειδές, αὐξάνει δ' ἡ σελήνη, φανερὸν ὅτι σφαιροειδής. *Arist. cael. 2,11, 291b 17–21 (Guthrie 200):* Ἔτι δ' ὁμοίως μὲν ἅπαντα καὶ ἕν, ἡ δὲ σελήνη δείκνυται διὰ τῶν περὶ τὴν ὄψιν ὅτι σφαιροειδής· οὐ γὰρ ἂν ἐγίνετο αὐξανομένη καὶ φθίνουσα τὰ μὲν πλεῖστα μηνοειδὴς ἢ ἀμφίκυρτος, ἅπαξ δὲ διχότομος.

[943] *Vgl. Arist. an. post. 2,8, 93a 37–93b 7 (Ross ibid.):* σελήνη Γ, ἔκλειψις Α, τὸ πανσελήνου σκιὰν μὴ δύνασθαι ποιεῖν μηδενὸς ἡμῶν μεταξὺ ὄντος φανεροῦ, ἐφ' οὗ Β· εἰ τοίνυν τῷ Γ ὑπάρχει τὸ Β τὸ μὴ δύνασθαι ποιεῖν σκιὰν μηδενὸς μεταξὺ ἡμῶν ὄντος, τούτῳ δὲ τὸ Α τὸ ἐκλελοιπέναι, ὅτι μὲν ἐκλείπει δῆλον, διότι δ' οὔπω, καὶ ὅτι μὲν ἔστιν ἔκλειψις ἴσμεν, τί δ' ἐστὶν οὐκ ἴσμεν· δήλου δ' ὄντος ὅτι τὸ Α τῷ Γ ὑπάρχει, ἀλλὰ διὰ τί ὑπάρχει, τὸ ζητεῖν τὸ Β τί ἐστι, πότερον ἀντίφραξις ἢ στροφὴ τῆς σελήνης ἢ ἀπόσβεσις· τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ ἑτέρου ἄκρου, οἷον ἐν τούτοις τοῦ Α· ἔστι γὰρ ἡ ἔκλειψις ἀντίφραξις ὑπὸ γῆς.

Conferuntur inter se hi duo modi cognoscendi propter quid et quod aliquid sit, et quaeritur quis illorum sit prior, ac respondetur tempore antecedere notitiam, quod aliquid sit, quoniam principia sic noscuntur, et illa debent in qualibet facultate primum omnium sciri. Ratio vero distinctionis huius, accepta est ex ipsa rerum natura, quoniam aliqua sunt, quae causas habent, alia non habent. Quae habent causas, per illas utique sciri queunt, at cum non habent, demonstratione quod sint sciuntur. Caeterum quid erit statuendum de illis, quae causas et effecta habent? Utroque demonstrationis genere, quae sic sunt, doceri poterunt. Hoc tamen interea non est tacendum: omne, | quod est rei causa, esse quoque causam conclusionis, quod tamen non reciprocatur, quia non quicquid est conclusionis causa, est itidem causa rei. Principia non habere propter quid Aristoteles probat, quia ὅτι, id est quod sint, est primum ¦ et initium, quod sumimus de illis. Hoc autem verum est aut simpliciter, ut in summis et praecipuis scientiis, aut si sint ut vulgo appellant subalternatae, in ipsa inferiori facultate, cuius non est per causam suum probare principium, sed illud accipit a superiori scientia probatum, quod tamen in ipsa facultate inferiori probari non potest.[944] Si ὅτι, hoc est, quod sint ipsa principia, non acciperemus ut primum initium in qualibet facultate, sed vellemus semper quaerere causas et propter quid, esset in immensum progressus atque ita, ut inquit Eustratius, omnis periret scientia.[945] At si contingat interdum principia esse occultiora, quid fient, tribus inquit modis poterunt doceri, aut inductione, aut sensu, aut consuetudine, aut aliqua alia ratione. Verba haec sunt:

Demonstrationis propter quid, et quod sit collatio.

Principia non habent propter quid.

197 Z_1 178 Z_2

Principiorum vero alia inductione, alia sensu, alia consuetudine quadam, alia vero aliter cognoscuntur. [88*] 1098b 3–4

Z. 18 in] ab Z_2 23 fient] fiet Z_2

[88*] *AG* τῶν ἀρχῶν δ' αἱ μὲν ἐπαγωγῇ θεωροῦνται, αἱ δ' αἰσθήσει, αἱ δ' ἐθισμῷ τινί, καὶ ἄλλαι δ' ἄλλως· – *AL* Principiorum autem hec quidem induccione contemplata sunt, hec vero sensu, hec autem consuetudine quadam, et alia autem aliter.

[944] *Vgl. Thom. Aqu. an. post. 1,41,2 (STO IV 295):* Haec enim est dispositio scientiae subalternantis ad subalternatam […]: nam scientia subalternata separatim scit quia, nesciens propter quid.

[945] *Eustr. graec. (Heylbut 75,35–76,2):* ἐν τοῖς πρώτοις καὶ ταῖς ἀρχαῖς τὸ ὅτι ἐστὶ παραλαμβανόμενον τοῦ διότι χωρίς, ἵνα μὴ ἐπ' ἄπειρον ἀνίοντες τὸ εἶναι ἐπιστήμην ἀνέλωμεν. *Eustr. lat. (Mercken 126,79–81):* In primis et principiis hoc ipsum »quia« est assumptum sine »propter quid«, ut non in infinitum ascendentes esse scientiam destruamus.

Inductio. Inductio, si Ciceronem sequimur, est, cum ex multorum similium collatione pervenimus, quo volebamus;[946] vel, ut Aristoteles et dialectici aiunt, quando post multa collecta singula universum concludimus.[947] Hoc ideo, quia notitia semper est notioribus et singula magis, ut alias docuimus, habentur ab omnibus nota. Ponunt mathematici, quae sunt aequalia uni tertio, inter se quoque sunt aequalia. Et si aequalibus addas aequalia, ea quoque inter se erunt aequalia, et si ab eisdem aequalia demas, erunt aequalia. In numeris et magnitudinibus haec vera sunt et caeteris, quae metiri possumus, atque si non statim his credatur principiis, inductione aliqua possunt ostendi, ut si aliquibus aequalibus numeris totidem utrinque addantur unitates, aequalia efficient.[948]

Sensus. At primae elementorum qualitates usurpantur sensu, ut calidum, frigidum, humidum, siccum, nec non posteriores, ut molle, lene, asperum, colores.[949] Consuetudo. Consuetudine autem honesta et virtutes,[950] nam de his nullus recte iudicabit, qui sese in eis non diu ac diligenter assuefecerit, atque abstinendo a voluptatibus agnoscimus homines fieri temperan|tes et cupiditates vinci abstinendo. Experientia. Cum vero additur ab Aristotele in contextu, *et alia aliter*, hoc propter experientiam dictum nonnulli arbitrantur, qua medicinae ac aliarum artium principia comprehenduntur.[951]

198 Z_1

Z. 1 cum] quum Z_2 18 Cum] Quum Z_2

[946] *Cic. top. 42 (Hubbell 412):* Haec ex pluribus perveniens quo vult appellatur inductio.

[947] *Arist. top. 1,12, 105a 13f. (Ross 13f.):* ἐπαγωγὴ δὲ ἡ ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα ἐπὶ τὸ καθόλου ἔφοδος. *Vgl. Petr. Hisp. tract. 5,3 (De Rijk 56,12):* Inductio est progressus a particularibus ad universale.

[948] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 76,17–21):* ἐπαγωγῇ μὲν θεωροῦνται ὡς αὗται· τὰ τῷ αὐτῷ ἴσα καὶ ἀλλήλοις ἴσα, καὶ ἐὰν ἴσοις ἴσα προστεθῇ, τὰ ὅλα ἐστὶν ἴσα· εἰ γάρ τις περὶ τούτων ἀμφιβάλλει, ἀποδεῖξαι μὲν οὐκ ἔχομεν, παριστῶμεν δὲ ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς, ἀριθμοὺς καὶ μεγέθη προσλαμβάνοντες καὶ ἄλλα ὅσα μετρεῖσθαι δύνανται. *Eustr. lat. (Mercken 126,98–3):* Inductione quidem speculata ut haec: »Quae eidem aequalia, et si aequalibus aequalia apponantur, tota sunt aequalia.« Si enim aliquis de his dubitat, demonstrare quidem non habemus, manifestamus autem ex inductione, numeros et magnitudines assumentes et alia quaecumque mensurari possunt. *Streb. eth. 31v:* Inductione cognoscuntur principia, quae multis similibus collatis probantur, ut haec: si paribus paria demas, erunt paria, quae manebunt. Si paria paribus adiungas, paria manebunt.

[949] *Vgl. Streb. eth. 31v:* Sensu percipiuntur colores, figurae, soni, odores, sapores, frigida, calida, sicca, humida, levia, gravia.

[950] *Vgl. Streb. eth. 31v:* Consuetudine noscuntur artes, mores, utilia, inutilia.

[951] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 76,29–32):* ἐμπειρίᾳ δὲ γινώσκομεν τὰ ὠφέλιμα, ὃ ἐπὶ φαρμάκων καὶ τροφῶν γίνεται· ἐκ γὰρ τοῦ πολλάκις πεῖραν λαβεῖν τῆςδε τῆς τροφῆς ἢ

Est alius praeterea modus, cum sumuntur aliquae ipsorum princi- Principiorum descriptiones illustrantur ratione verisimili.
179 Z_2 piorum ¦ descriptiones, ut punctus est, cuius non est pars, et linea longitudo sine latitudine, atque horum similia.[952] Quae sane descriptio demonstrari non potest, licet eam nonnulli quadam verisimili ratione illustraverint, dicendo: quicquid finit seu terminat aliquam magnitudinem, una dimensione ab ea deficit. Quae propositio locum habet in superficie, qua corpus terminatur. Id vero cum habeat tres dimensiones, superficies duabus clauditur, nimirum longitudine ac latitudine. In linea hoc idem videmus, quae superficiem finit, et idcirco dimensionis unius est, nempe longitudinis, cum superficies duas habeat. Sed puncto linea terminatur, quare nullam habebit extensionem ac merito dicetur partibus carere.[953] Ratio haec probabilis quidem est, sed non probat efficaciter. Solent etiam interdum confirmari definitiones ex Definitiones confirmantur ex contrario.
contrario, ut si candor dissipat visum, nigror e diverso congregat et unit. Verum nec ista est demonstratio, sed argumentum verisimile.

Annitendum autem est singula principia tractare, ut apta fuerint, et studere oportet, ut recte definiantur, quod magnum habeant momentum ad illa, quae sequuntur. Videtur itaque principium esse plus quam totius dimidium. Et complura videntur ex his, quae inquirimus, manifesta evadere per ipsum. [89*] 1098b 4–8

Z. 5 finit] fit Z_2

[89*] *AG* μετιέναι δὲ πειρατέον ἑκάστας ᾗ πεφύκασιν, καὶ σπουδαστέον ὅπως διορισθῶσι καλῶς· μεγάλην γὰρ ἔχουσι ῥοπὴν πρὸς τὰ ἑπόμενα· δοκεῖ γὰρ πλεῖον ἢ ἥμισυ τοῦ παντὸς εἶναι ἡ ἀρχή, καὶ πολλὰ συμφανῆ γίνεσθαι δι' αὐτῆς τῶν ζητουμένων· – *AL* Pertransire autem temptandum singula secundum quod innata sunt, et studendum qualiter terminentur bene. Magnum enim habent auxilium ad sequencia. Videtur enim plus quam dimidium tocius esse principium et multa manifesta fieri per ipsum eorum que queruntur.

τοῦδε τοῦ φαρμάκου τὸ ὠφέλιμον αὐτὸ ἢ βλαβερὸν εἶναι πιστούμεθα. *Eustr. lat. (Mercken 127,12–15):* Experientia autem cognoscimus utilia, quod in medicinis et cibis fit. Ex multotiens enim experientiam sumere alicuius cibi vel alicuius medicinae utile ipsi vel nocivum esse credere facimus.

952 *Vgl. Eucl. elem. 1, def. 1f. (Stamatis I 1,1f.):* Σημεῖόν ἐστιν, οὗ μέρος οὐθέν· Γραμμὴ δὲ μῆκος ἀπλατές.

953 *Vgl. Boeth. arithm. 2,4 (PL LXIII 1120D–1121A):* Necesse est autem ut quidquid fuerit solidum corpus, hoc habeat longitudinem, latitudinemque et altitudinem, et quidquid haec tria in se continet, illud suo nomine solidum vocetur. […] Haec autem superficies uno tantum intervallo solidi corporis dimensione superatur, quae uno rursus intervallo lineam vincit, quae longitudinis naturam retinens, latitudinis expers est. Quae linea eo quod unius est intervalli sortita naturam, a superficie uno intervallo, a soliditate duobus spatiis vincitur. Punctum igitur alio rursus intervallo a linea vincitur, ipsa scilicet quae reliqua est longitudine.

Postquam recensuit nonnullas vias, quibus principia cognosci possunt, inter eas praecipit, ut habeatur delectus et illa deligatur, quae magis conveniat. Unumquodque ait principium sic adeundum est et tractandum, ut natura comparatum est, non enim omnia principia omnibus illis viis et modis comprehendi queunt. Ea itaque deligatur, ad quam principium, quod habetur prae manibus, natura potest ac|commodari. 199 Z_1
Et ne industria haec spernatur, curandum esse magno studio, inquit, ut principia ipsa recte constituantur ac definiantur, cum maximi sint momenti. Nam sunt ut radix et fundamentum eorum quae sequuntur. Neque ab re definiendi mentionem fecit, quia principiorum magna pars sunt definitiones. Ad cuius rei evidentiam notandum aliqua principia esse coniuncta et connexa, ut: de quavis re aut esse aut non esse dicitur, omne totum quavis parte sua est maius, et consimilia, quae in demonstrationibus non accipiuntur, sed sunt instar summorum capitum, ad quae omnes demonstrationes resolvun¦tur. Alia vero principia 180 Z_2 (~~181~~)
sunt simplicia ut definitiones, quae licet plures voces comprehendant, attamen propositiones minime sunt et loco simplicis termini habentur ponunturque in demonstrationibus ut medium.

Principiorum distinctio.

Principia vero magnum habere momentum ad sequentia ex vulgato proverbio confirmat, nempe quod principium sit plus dimidio totius. Ut in aliis rebus verum sit, quo ad rem nostram ita potest explicari. Totum, quod est demonstrandum, agnoscimus esse conclusionem, quae subiecto et praedicato constat. Definitio alterutrius harum partium non tantum comprehendit dimidium, hoc est vel subiectum vel praedicatum, sed etiam continet causam, cur affectio insit in subiecto. Quare plus complectitur quam dimidium totius. Atque hoc dictum sit de his principiis, quae sunt definitiones. Axiomata vero, idest connexa principia, ideo sunt plus quam dimidium, quoniam vi et efficacia sua omnia, quae vera sunt in aliqua scientia vel facultate, continent. Quamobrem recte dicit Aristoteles de principiis recte esse statuendum ac definiendum, cum tanti sint momenti.

Principium plus quam dimidium totius.

Atque ista videtur ea de causa interponere, quoniam posset quispiam mirari, cur tam multis agat de felicitatis definitione, quae primo aspectu videtur minima res et brevis. Hoc excusat, quod magna sit eius vis et efficacia, nam primum est facultatis huius principium. Atque in seminibus idem contemplamur, quae minima sunt corporis mole, sed maximarum virium et incredibilis efficaciae. Proverbium illud vulgo

Z. 14 demonstrationibus] demonctrationibus Z_2 29 continent] continet Z_1 37 incredibilis] incredilis Z_1

receptum, nempe initium plus esse dimidio totius refertur ad Pittacum
200 Z_1 Mytileneum teste Dio|gene Laertio,[954] ad quod utcunque allusit noster Horatius, dum inquit: »Dimidium facti, qui bene coepit, habet.«[955]

Caput VIII

Oportet autem de ipso considerare non solum ex conclusione et ex quibus est ratio, sed etiam ex his, quae dicuntur de eo.[90*] 1098b 9–11

Allatam a se definitionem dictis atque sententiis aliorum philosophorum vult confirmare atque ostendere illa, quae ab aliis dicuntur, ei probe convenire. In tres partes istud caput secabitur. Primum id pro- Partitio octavi capitis.
181 Z_2 (~~182~~) ponit ex aliorum sententiis ad¦ductam definitionem esse probandam. Deinde illorum, qui secum faciunt, dicta suae definitioni accommodat et eos, qui male senserunt, aut falsum dixisse ostendit aut, si quid veri attulerunt, id omnino secum facere.

Caeterum priusquam ad rem ipsam accedamus, operaepretium esse Definitio felicitatis quatenus cum sacris literis consentiat. arbitror, ut cognoscamus, quid cum sacris literis definitio haec Aristotelis aut consentiat aut dissentiat. Et primo cum in actu constituit humanum opus esse felicitatem, haud aliter statuit quam divinae literae, ubi ponitur: »Beati, qui ambulant in lege Domini«[956]; »Beatus vir, qui timet Dominum et qui in lege Domini meditatur die ac noctu«[957]. Sunt omnia haec actus et exercitationes pro hac vita honestissimae. Sed obiicitur: »Beati, quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum«[958], quae non pertinent ad opus hominum, sed ex mera liberalitate Dei fluunt. Ad hoc dicimus Aristotelem non intellexisse neque credidisse hanc iustificationem per Christum, quam divinae scripturae nobis re-

Z. 3 qui bene] bene Z_2

90* *AG* Σκεπτέον δὲ περὶ αὐτῆς οὐ μόνον ἐκ τοῦ συμπεράσματος καὶ ἐξ ὧν ὁ λόγος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν λεγομένων περὶ αὐτῆς· – *AL* Scrutandum ergo de ipso non solum ex conclusione et ex quibus sermo, set ex dictis de ipso.

954 *Diogenes Laertius erwähnt in der Beschreibung des Lebens von Pittacus diesen Spruch nicht (vgl. Diog. Laert. vit. 1,74–81 [Hicks I 74–84]). Zur Verwendung des Spruches bei anderen antiken Autoren vgl. Erasm. adag. 139 (ASD II/1 254).*

955 *Hor. epist. 1,2,40 (Klingner 245).*

956 *Ps 119,1 (Vulg. 118,1).*

957 *Vgl. Ps 1,1f.*

958 *Ps 32,1f. (Vulg. 31,1f.).*

velarunt, nec nos interea de ista felicitate loquimur, sed tantum de illa, quae istam primam consequitur et sita est, dum hic vivimus, in recte agendo et in alio seculo in contemplando et fruendo summi numinis aspectu. Et nihilominus, etiamsi spectare velimus beatitudinem iustificationis et nobis id ob oculos ponere, per quod nobis applicatur, fidei opus occurret, quia credendo iustificamur, licet merito eius actionis haud iustificemur neque propter eius dignitatem in gratiam recipiamur.[959] Verum, | uti dixi, de hac felicitate modo non agimus. Et ea, de 201 Z_1
qua loquimur, quamvis opus hominis est, non tamen ab eius viribus erumpit, sed vi Spiritus Dei ac coelestis numinis producitur. In futuro seculo perfecta erit haec felicitas, quae nunquam interpolabitur, sed erit actus unus atque continuus, cum haec Aristotelis beatitudo, ut ipsius indicat definitio, saepius intercidat. Vult ille hanc actionem, qua homo sit beatus, ex praestantissima virtute dimanare. Idem quoque nos existimamus, ut qui praedicamus actiones fidelium non esse rectas et Deo gratas, nisi fidei, spei atque charitatis sint germina, quas pro virtutibus praestantissimis habemus.[960] De temporis quoque diuturnitate convenimus, nam, dum hic vivitur, perseverantiam requirimus et in patria beatitudinis aeternitatem credimus. Tantum in postrema differentia est dissidium inter nos et Aristotelem, quoniam ille bona mundana requirit, at nos hic in terris non esse necessaria christiano, qui sit beatus, contendimus.

Caeterum his missis ad textum revertamur. Causa definitionis adductae multa de principiis interposuit, nunc vero a tractatione illa de principiis generali redit ad ipsius definitionis considerationem. Neque nunc sibi proponit ¦ confirmandam seu probandam definitionem, sed 182 Z_2
tantum antiquorum sententiam vult ad illam accommodare. Prima itaque parte huius capitis ait: *Oportet autem* περὶ αὐτῆς, nempe ἀρχῆς, de ipso principio. Illud pronomen demonstrativum non demonstrat felicitatem, quia non est proxime illius facta mentio, neque definiti-

Z. 24 tractatione] tractione Z_1 29 demonstrativum] demonstrative Z_1

[959] *Vgl. Bull. dec. 156v:* Nam cum fide nos iustificari asserimus vel fidem iustitiae caussam constituimus (id quod saepius repetendum adeoque et inculcandum videtur), non intelligimus fidem tanquam virtutem in nobis efficere et qualitate sua nobis adhaerente mereri iustitia apud Deum; sed quoties fidem nominamus, intelligimus gratiam Dei in Christo exhibitam, quae per fidem gratuito nobis applicatur velutique gratuitum donum Dei apprehenditur recipiturque.

[960] *Vgl. Hebr 11,6* Sine fide autem inpossibile placere Deo. *Verm. Rom. 542:* Sive editis, sive bibitis, sive aliud quippiam facitis, omnia ad gloriam Dei facite [1Kor 10,31]. Hoc autem certum est non posse fieri sine fide et charitate. Quibus quum homines nondum iustificati careant, necessario sequitur […] illorum opera esse peccata.

onem, quia Graece masculei est generis. Demonstratur igitur ἡ ἀρχή, quod nomen paulo ante positum ac scriptum legimus.[961] Hoc itaque principium, quod revera est definitio, inquit, non tantum expendi debet quo ad cognitionem, ut sciamus, quid sibi velit aut quid proprie significent voces, neque tantum ex ratione seu probatione, sed etiam quod modo faciemus, ex aliorum sententiis.

Vero enim omnia, quae sunt, consonant, a falso autem continuo dissentit verum. [91*] 1098b 11–12

Rationem subiicit, quare suam definitionem velit ad aliorum sententias examinare. Quoniam, inquit, ea, quae sunt, nempe ut perhibentur, statim consonant vero. Quare, si quod ego dico et asserui ita sit, vero 202 z_1 consonabit, quod veteres dixisse, omnes fatentur et affirmant, et | vicissim a mendacio verum statim dissentit; propterea si quod affirmavi sit verum, a dictis falsis quorundam statim dissentiat. Haec est verae doctrinae probatio, ut cum recte opinantibus consentiat et a falsis dogmatis continuo dissideat.[962] Sunt qui arbitrentur sensum esse res, quae existunt, vero scilicet sermoni continuo consonant, et verum a falso dissidet, quasi verum ipsas res habeat pro mensura.[963] Quod quidem per se verum est, sed non facile videtur, quomodo rationem assignet, cur Aristoteles velit suam definitionem ad aliorum sententias examinare. Nec desunt, qui sententiam his verbis contineri putent universalem: omne verum vero consonat etc., quod verba profecto non sig-

Verae doctrinae probatio.

Z. 14 dissentiat] dissentiet Z_2 15 consentiat] consentiet Z_2

[91*] *AG* τῷ μὲν γὰρ ἀληθεῖ πάντα συνᾴδει τὰ ὑπάρχοντα, τῷ δὲ ψευδεῖ ταχὺ διαφωνεῖ τἀληθές· – *AL* Vero quidem enim omnia consonant existencia, falso autem cito dissonat verum.

[961] *Vgl. Streb. eth. 33r:* Quia paulo ante loquebatur de principio, […] non retuli τὸ αὐτῆς ad foelicitatem, de qua multis iam versibus non erat facta mentio, sed ad τὴν ἀρχήν, quod erat verbum proximum.

[962] *Vgl. Streb. eth. 33v:* In referendis aliorum sententiis apparebit, quid verum quidque falsum sit. Aut enim quae dicunt de summo bono sunt in illo aut non insunt. Si sunt, omnia consonabunt, si non, discrepabunt.

[963] *Eustr. graec. (Heylbut 78,16–20):* ὃ γὰρ ἐν τῷ λόγῳ τὸ ἀληθές, τοῦτο ἡ ὕπαρξις ἐν τῷ πράγματι· ὅταν οὖν τὰ ὑπάρχοντα τῷ πράγματι συνᾴδῃ τοῖς περὶ αὐτοῦ λεγομένοις, δῆλον ἂν εἴη ὅτι ἀληθὴς ὁ λόγος ἐστίν, ὥσπερ καὶ ὅταν ψευδὴς ὁ λόγος ᾖ, ταχέως ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἐλέγχεται, τῶν πραγμάτων μὴ συμφωνούντων τοῖς λεγομένοις. *Eustr. lat. (Mercken 129f.,86–90):* Quod enim in sermone verum, hoc existentia in re. Quando igitur quae existunt rei consonant his quae de ipsa dicuntur, manifestum utique erit quoniam verus sermo est, quemadmodum et quando falsus sermo erit, velociter a veritate redarguitur, rebus non consonantibus his quae dicuntur.

nificant, licet sensus non sit multum alienus ab eo, quem assignavimus quemque simpliciorem et veriorem arbitror.[964]

1098b 12–18 *Cum igitur bona trifariam distribuantur et haec quidem dicta sint externa, haec vero circa animum et alia circa corpus, quae animi sunt, summa dicimus et maxime bona et animi actiones et facta in animo ponimus, ideo recte diceretur iuxta opinionem hanc vetustam et confessam a philosophis.*[92*]

Secunda pars capitis octavi. ¦ Iam secunda parte huius capitis eorum sapientum sententiae referuntur, qui cum Aristotelis opinione consentiunt, et primum de genere definitionis agitur ac explicatur, quomodo sit congrue positum. Actio quippe animi genus erat in definienda felicitate, quod pulchre congruit cum veteribus, qui bona tripartite diviserunt, et inter ea praecipuum summumque locum bonis animi assignarunt. Quare, cum felicitas sit summum bonum, recte constitutum est ad actiones animi pertinere. Distinctio bonorum. Distinctio illa bonorum ab Academicis est perfecta et prius a Socrate, ut lib[ro] 5. De legibus habetur,[965] quamvis postea secuti sunt Stoici, qui tantum unum genus bonorum fecerunt.[966] Verum de illis Aristoteles Animi bona. non loquitur, quoniam post eum floruerunt. Animi bona distinguuntur, quoniam vel ad intelligendum vel ad appetendum sunt comparata. Referuntur ad priorem partem acumen ingenii, sa|gacitas, celeritas comprehensionis, et memoria tenax, prudentia, sapientia, necnon scientiae ac rectae opiniones. Voluntatem vero et appetitum omnes virCorporis bona. tutes morales ornant.[967] Bona vero corporis distinguuntur, quoniam

183 Z_2

203 Z_1

[92*] *AG* νενεμημένων δὴ τῶν ἀγαθῶν τριχῇ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων τῶν δὲ περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, τὰ περὶ ψυχὴν κυριώτατα λέγομεν καὶ μάλιστα ἀγαθά, τὰς δὲ πράξεις καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς ψυχικὰς περὶ ψυχὴν τίθεμεν· ὥστε καλῶς ἂν λέγοιτο κατά γε ταύτην τὴν δόξαν παλαιὰν οὖσαν καὶ ὁμολογουμένην ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων· – *AL* Divisis itaque bonis tripliciter, et hiis quidem exterius dictis, hiis autem circa animam et corpora, circa animam principalissime dicimus et maxime bona. Actus autem et operaciones animales circa animam ponimus. Quare bene utique dicetur secundum hanc opinionem antiquam existentem et confessam a philosophis.

[964] *Vgl. Acc. eth. 16v:* Non ergo affert universalem sententiam hic, ut volunt nonnulli expositores.

[965] *Vgl. Plat. leg. V 743e (Burnet V ibid.):* ὄντων γὰρ τριῶν τῶν ἁπάντων περὶ ἃ πᾶς ἄνθρωπος σπουδάζει, τελευταῖον καὶ τρίτον ἐστὶν ἡ τῶν χρημάτων ὀρθῶς σπουδαζομένη σπουδή, σώματος δὲ πέρι μέση, πρώτη δὲ ἡ τῆς ψυχῆς. *Cic. ac. 1,19 (Rackham 428):* Constituebantque [Academici] extremum esse rerum expetandarum et finem bonorum adeptum esse omnia e natura et animo et corpore et vita.

[966] *Vgl. Cic. fin. 3,36 (Rackham 254):* Ceteris omnibus philosophis haec est tuenda sententia, maxime tamen his [Stoicis] qui nihil aliud in bonorum numero nisi honestum esse voluerunt.

[967] *Vgl. Cic. ac. 1,20 (Rackham 430):* Animi autem [bona] quae essent ad comprehen-

alia in universo eo sunt dispersa, ut valetudo vires et forma. Nam haec non in una quadam parte corporis, sed in universo resident. Alia vero quorundam membrorum sunt propria: pedum, inquam, celeritas cursus; manuum robur in apprehendendo, impellendo, trahendo ac deiiciendo; linguae volubilitas et sensuum omnium.[968] Externa bona distribuuntur in amicos, nobilitatem, honores, divitias et consimilia.[969] Cur autem animi bona primum locum habeant, multae sane possunt rationes adduci. Sed nunc satis erit dixisse melioris subiecti iure praestantiores esse proprietates. Argumentum vero Aristotelis ita potest colligi: praecipua bona sunt quae ad felicitatem attinent; animi bona sunt praecipua; merito igitur comprehenduntur in definitione beatitudinis. Quare cum actiones animi primum locum obtineant inter eius bona, iuste posita sunt ut genus felicitatis.

Externa bona.

Analysis.

Recte autem actiones quoque nonnullae ac facta dicuntur finis, ita enim ponitur in bonis animi, non in rebus externis.[93*] 1098b 18–20

Ad idem confirmandum proponit aliam rationem, nempe quod veteres recte dixerint actiones humanas esse finem, a qua opinione definiendo felicitatem Aristoteles non discessit accipiendo pro genere felicitatis, quae finis extrema est, actionem animi. Sed Aristoteles non sine ratione dixit *actiones quasdam*, contrahendo vocem ad certas aliquas: nam sunt nonnullae vitiatae ac corruptae, quae fines iure constitui nequeunt.

Actiones esse finem.

[93*] *AG* ὀρθῶς δὲ καὶ ὅτι πράξεις τινὲς λέγονται καὶ ἐνέργειαι τὸ τέλος· οὕτω γὰρ τῶν περὶ ψυχὴν ἀγαθῶν γίνεται καὶ οὐ τῶν ἐκτός· – *AL* Recte autem et quoniam actus quidam dicuntur et operaciones finis. Ita enim et eorum que circa animam sunt bonorum fit, et non eorum que exterius.

dam virtutem idonea, eaque ab eis in naturam et mores dividebantur: naturae celeritatem ad discendum et memoriam dabant, quorum utrumque mentis esset proprium et ingenii, morum autem putabant studia esse et quasi consuetudinem, quam partim adsiduitate exercitationis, partim ratione formabant, in quibus erat ipsa philosophia. In qua quod incohatum est neque absolutum progressio quaedam ad virtutem appellatur, quod autem absolutum, id est virtus, quasi perfectio naturae omniumque rerum quas in animis ponunt una res optima.

[968] *Vgl. Cic. ac. 1,19 (Rackham 430):* Corporis autem alia ponebant esse in toto, alia in partibus, valetudinem vires pulchritudinem in toto, in partibus autem sensus integros et praestantiam aliquam partium singularum, ut in pedibus celeritatem, vim in manibus, claritatem in voce, in lingua etiam explanatam vocum impressionem.

[969] *Vgl. Cic. ac. 1,21 (Rackham 432):* Cetera [bona] autem pertinere ad id putant aut adaugendum aut tuendum, ut divitias, ut opes, ut gloriam, ut gratiam. *Streb. eth. 34r:* Externa [bona] divitiae, amici, propinqui, affines, honor, gloria.

1098b 20–22 ¦ *Consonat etiam rationi felicem bene vivere ac bene agere, nam ferme bona quaedam vita et actio recta dicitur.* [94*] 184 Z_2 (~~185~~)

Bene vivere et bene agere.

Tertia ratione adhuc utitur, quae accepta est a vocibus εὖ πράττειν, εὖ ζῆν, quae verba notant actus. Et dixit *fere*, partim quia non omnes | philosophi, quod ad vocem attinet, dicunt felicitatem bonam vitam aut laudabilem actionem, sed alii nominarunt eam virtutem prudentiam, sapientiam et alia huiusmodi.[970] Aut ita loquutus est, quoniam nonnulli sunt iudicio perverso affecti, et felicitatem putant corruptam ac depravatam vitam.[971] Testatur autem Laertius Diogenes Pittacum Mytilenaeum interrogatum, quid esset optimum in praesentia, respondisse: benefacere.[972] Et epistolis Graecis praefigitur εὖ πράττειν vel εὖ ζῆν loco eius quod nos Latini scribimus: salutem dicere. Veteres quoque retulerunt inter deos Herculem et mirati sunt Scipiones[973], Catones, Curtios[974], quod multa praeclara gesserint.[975] Et Euripides[976] aiebat: Τοὺς ζῶντας εὖ δρᾶν.[977] Epictetus[978] adiecit: Τοῦ κακῶς ζῆν τὸ τεθνάναι κρεῖσσων.[979] 204 Z_1

[94*] *AG* συνᾴδει δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν τὸν εὐδαίμονα· σχεδὸν γὰρ εὐζωία τις εἴρηται καὶ εὐπραξία· – *AL* Consonat autem racioni et bene vivere et bene operari felicem. Fere enim bona vita quedam dicta est et bona operacio.

[970] *Eustr. graec. (Heylbut 79,17–19):* τὸ δὲ σχεδὸν τέθειται δι' εὐλάβειαν φιλόσοφον· ἐνδέχεται γὰρ εἶναί τινας μὴ εὐζωίαν καὶ εὐπραξίαν τὴν εὐδαιμονίαν λέγοντας ἀλλ' ἕτερόν τι τῶν ἐναργῶν, οἷον ἡδονὴν ἢ πλοῦτον ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον. *Eustr. lat. (Mercken 131,33–36):* Hoc autem scilicet fere apponitur propter reverentiam philosophicam. Contingit enim esse aliquos non bonam vitam et bonam operationem felicitatem dicentes sed alterum aliquid manifestorum, puta voluptatem vel divitias vel aliquid tale alterum.

[971] *Vgl. Streb. eth. 34v:* Excipit tamen Arist[oteles], quum dicit: fere. Sunt enim perditissimi nonnulli, qui vitia probant, virtutes improbant.

[972] *Diog. Laert. vit. 1,77 (Hicks I 78):* ἐρωτηθεὶς δέ ποτε τί ἄριστον, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν.

[973] *Publius Cornelius Scipio Africanus (236–183 v. Chr.), römischer Politiker, Feldherr im Zweiten Punischen Krieg, in dem er 202 Hannibal in der Schlacht von Zama besiegte. – NP III 182f.*

[974] *Marcus Curtius, legendärer römischer Soldat, der sich 362 v. Chr. für Rom geopfert haben soll. – NP III 247.*

[975] *Vgl. Streb. eth. 34r-v:* Cur veteres Herculem retulerunt in numerum divorum? Quod recte viveret recteque ageret. […] Quid fuit causae, cur in honore tanto essent Curii, Fabricii, Mummii, Catones? Erat eorum vita proba et actio laudabilis.

[976] *Euripides (485/480–406 v. Chr.), griechischer Tragödiendichter. – NP IV 280–288; GGL I/3 309–842.*

[977] *Eurip. fragm. 536,1 (Nauck 418)*

[978] *Epiktet (ca. 50–125 n. Chr.), stoischer Philosoph. Seine Vorlesungen in Nikopolis wurden von Lucius Flavius Arrianus aufgezeichnet und als Sammlung von »Lehrgesprächen« veröffentlicht. – NP III 1123–1125; DPhA III 106–151.*

[979] *Epict. fragm. 32 (Schenkl 473).*

Sed sciendum est bonam vitam ambiguam esse vocem. Etenim quandoque est secundis rebus frui, quod ad praesens negocium non spectat, quia beatitudo non collocatur in rebus externis; deinde significat honeste probe ac iuste agere et in hoc sensu nunc accipitur.[980] Nec praetereundum vitam multiplicem habere significatum. Quia interdum vivere, nil est aliud nisi esse; aliquando significat agere; tertio vita est modus et genus agendi, non enim omnes vivendo sequuntur idem institutum.[981] Unde Aristoteles non multo antea triplicem constituit vitam: pecuinam, hoc est voluptuariam, civilem et contemplantem. Recte itaque vivere tertio modo nunc sumitur. Et animadvertendum Eustratium interpretari εὐπραξίαν, πράξιν ἐπαινετήν.[982]

Bona vita.

Vitae multiplex significatio.

Videntur autem et in eo, quod diximus, omnia, quae de felicitate dicuntur, inesse. Quibusdam enim esse videtur virtus, aliis prudentia, aliis sapientia quaedam, nonnullis autem haec vel horum aliquid cum voluptate vel non absque voluptate.[95*]

1098b 22–25

Aggreditur modo tertiam partem et de his loquitur philosophis, qui vi¦dentur ei diversa scripsisse, et inquit τῷ λεχθέντι, hoc est definitioni

Tertia pars octavi capitis.

185 Z_2

Z. 2 negocium] negotium Z_2 16 *Marg.* Tertia ... capitis] *om.* Z_2

[95*] *AG* Φαίνεται δὲ καὶ τὰ ἐπιζητούμενα τὰ περὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἅπανθ' ὑπάρχειν τῷ λεχθέντι· τοῖς μὲν γὰρ ἀρετὴ τοῖς δὲ φρόνησις ἄλλοις δὲ σοφία τις εἶναι δοκεῖ, τοῖς δὲ ταῦτα ἢ τούτων τι μεθ' ἡδονῆς ἢ οὐκ ἄνευ ἡδονῆς· – *AL* Videntur autem et quesita circa felicitatem omnia existere dicto. Hiis quidem enim virtus, hiis vero prudencia, aliis autem sapiencia quedam esse videtur; hiis autem hec vel horum aliquod cum voluptate vel non sine voluptate.

[980] *Vgl. Streb. eth. 34v:* Bene vivere et bene agere non dicuntur uno modo. Bene vivit et qui facile et commode vivit non adversante fortuna, et qui iuste et probe vivit. Bene agit is, cui secunda fortuna est, et is, qui iuste, probe, sapienter agit. philosophus dixit hic bene vivere et bene agere pro eo, qiuod est iuste vivere et agere, quod oportet.

[981] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 18 a. 2 co. (STO II 214):* Est impositum hoc nomen [vitae] […] ad significandum substantiam cui convenit secundum suam naturam movere seipsam, vel agere se quocumque modo ad operationem. Et secundum hoc, vivere nihil aliud est quam esse in tali natura […]. Quandoque tamen vita sumitur minus proprie pro operationibus vitae. *Vgl. auch Arist. anim. 2,2, 413a 22–25 (Ross 28):* πλεοναχῶς δὲ τοῦ ζῆν λεγομένου, κἂν ἕν τι τούτων ἐνυπάρχῃ μόνον, ζῆν αὐτό φαμεν, οἷον νοῦς, αἴσθησις, κίνησις καὶ στάσις ἡ κατὰ τόπον, ἔτι κίνησις ἡ κατὰ τροφὴν καὶ φθίσις τε καὶ αὔξησις.

[982] *Eustr. graec. (Heylbut 79,20–22):* τέως δ' ἐπεὶ παρὰ τῶν πλείστων εὐζωία τις καὶ εὐπραξία εἴρηται, πειστέον ἂν εἴη τοῖς λέγουσι καὶ ῥητέον ζωὴν ἀγαθὴν καὶ πράξεις ἐπαινετὰς τὴν εὐδαιμονίαν ὑπάρχειν. *Eustr. lat. (Mercken 131,36–39):* Quia tamen a pluribus bona vita quaedam et bona operatio dicta est, oboediendum utique erit his quae dicuntur et dicendum vitam bonam et actus laudabiles felicitatem existere.

a me recitatae ac positae videntur inesse quaecunque a philosophis ea de re | sunt quaesita. Pronunciata illorum appellat ἐπιζητούμενα, quo- 205 Z_1
niam de illis non constabat inter omnes, nam variarunt neque cuncti eadem dixerunt. Per virtutem intelligit moralem atque omnia, quae commemorat, ad animum pertinent. Nam virtutes et quidem morales perficiunt crassiorem animi partem, prudentia vero intellectum practicum, sapientia contemplantem, atque conveniunt hae tres virtutes quo ad philosophos, quia sic ponuntur esse hominis beatitudo, ut externum additamentum non misceatur. Tantum in eo discrepat Aristoteles, quia felicitatem non habitum, sed actum posuit et ista substantiam felicitatis revera non attingunt, sed quae illam circumstant, ut inquit Eustrathius.[983] Virtus authorem habuit Socratem in Gorgia, prudentia Bionem et sapientia Biantem.[984] Voluptatis idcirco fit hoc loco mentio, quoniam virtutes natura consequitur ut corpus umbram.[985] Loquutio autem Aristotelis, qua dicit *vel cum voluptate vel non sine voluptate*, spectat eo, quia voluptatem aliqui ut felicitatis partem essentialem admiserunt, alii vero ut quid consequens et sine qua virtus exerceri non possit. Atque, ut hoc verum sit, accipi debet de voluptate honesta, quia si turpem respexerimus, id nullo pacto esset admittendum. Voluptatem autem cum honestate Dinomachus et Callipho copularunt de felicitate tractantes.[986]

[983] *Eustr. graec. (Heylbut 80,5–9):* εἰ δὲ καὶ περὶ τὴν εὐδαιμονίαν ζητούμενα καὶ οὐ περὶ τῆς εὐδαιμονίας, οὐδὲ τοῦτο ἀνέμφαντον, ἀλλ' ὡς τῶν ταῦτα λεγόντων τὴν μὲν οὐσίαν αὐτῆς μὴ δηλούντων, τὰ περὶ αὐτὴν δ' ἐμφαινόντων ἢ ἐν χρόνῳ ὡς εἰπεῖν ἁπτόμενα ἢ πρὸς αὐτὴν ἐπιπολαιότερον ἔχοντα. *Eustr. lat. (Mercken 132,63–67):* Si autem et circa felicitatem quaesita et non de felicitate, neque hoc inexpressum, sed ut haec dicentibus substantiam quidem ipsius non manifestantibus, quae autem circa ipsam exprimentibus vel in corpore, ut est dicere, copulata vel ad ipsam superficie tenus habentia.

[984] *Vgl. Streb. eth. 35r:* Videtur hic [Socrates] vitam beatam in una virtute ponere, in quo multos habuit imitatores. Bion autem prudentiam, Bias vero sapientiam summum bonum dixisse fertur. *Plat. Gorg. 470e (Burnet III ibid.):* τὸν μὲν γὰρ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ γυναῖκα εὐδαίμονα εἶναί φημι, τὸν δὲ ἄδικον καὶ πονηρὸν ἄθλιον. *Diog. Laert. vit. 4,51 (Hicks I 428):* [ἔλεγε ὁ Βίων] τοσοῦτον διαφέρειν τὴν φρόνησιν τῶν ἄλλων ἀρετῶν ὅσον τὴν ὅρασιν τῶν ἄλλων αἰσθήσεων. *Diog. Laert. vit. 1,88 (Hicks I 90):* [συνεβούλευέ τε ὁ Βίας ὧδε·] ἐφόδιον ἀπὸ νεότητος εἰς γῆρας ἀναλάμβανε σοφίαν· βεβαιότερον γὰρ τοῦτο τῶν ἄλλων κτημάτων. – *Bion von Borysthenes (um 335–245 v. Chr.) war ein vom Kynismus beeinflusster eklektischer Wanderphilosoph. Seine Schriften wurden u. a. von Teles, Horaz, Seneca und Epiktet rezipiert, vgl. NP II 689–691. – Bias von Priene (6. Jh. v. Chr.) wurde in der Antike zu den sog. »Sieben Weisen« gezählt, vgl. NP II 617.*

[985] *Sen. dial. 7,14,1 (Rosenbach II 34):* Virtus antecedat, comitetur voluptas et circa corpus ut umbra versetur.

[986] *Cic. tusc. 5,30,85 (King 512):* Voluptatem cum honestate Dinomachus et Callipho copulavit. *Vgl. Streb. eth. 35r. – Zu den sonst nicht weiter bekannten Philosophen Deinomachos und Kalliphon vgl. PRE¹ IV/2 2394 und X/2 1656.*

Alii vero aeternarum quoque rerum copiam una complectuntur. [96*] 1098b 26

Quae res ad naturam felicitatis duae accedunt, affluentia rerum bonorumque externorum et voluptas, hoc loco ab Aristotele commemorantur, et de altera sane illarum priori loco agit, postea de reliqua fusius tractaturus. Certe verbum συμπαραλαμβάνουσιν diligenter est attendendum, etenim illo facile intelligimus veteres non putasse, copiam bonorum externorum ad naturam felicitatis pertinere, sed eam tantum ut quippiam additum vocarunt in subsidium. Divitiae felicitatis naturam non constituunt, in eius definitione non ponuntur, in bonis animi, ubi felicitas maxime sita dicitur, non ducuntur. Quid ergo est? Primum quidem ideo accersuntur, quod ad multas actiones felicis hominis sint conducibiles: non enim liberalis aut magnanimus aut magnificus ex virtute sua possunt agere, si defuerint pecuniae, si copia rerum destituantur, si denique tenues et pauperes fuerint. ¦ Deinde sine opibus non solum felix aliis esse non posset adiumento, sed sibi quoque non vacaret, dum quotidianus victus labore parandus est, ad contemplandum. Quod aliqui libri habent εὐπορίαν, Eustrathius legit εὐετηρίαν, quae vox idem significat.[987]

Externa bona non pertinent ad naturam felicitatis.

206 Z_1
186 Z_2

Ex his partem dicunt multi ac veteres, partem vero pauci et illustres viri, quorum neutros verisimile est prorsus aberrare, sed quo ad aliquid, et quo ad multa recte dixisse. [97*] 1098b 27–29

Opiniones iam allatae suasores habuerunt aut multos aut veteres aut illustres viros. Vulgus et multitudo hominum sectati sunt voluptates, ut hodie nos experientia docet. Veteres divitias magni penderunt, quod Pindarus a principio suorum carminum testatur, ubi cum tribuisset multum aquae, multum igni, denique nimio plus dedit auro.[988] Et Menandri[989] celebris est sententia, qua sanxit beatum, cui mens esset et

Veteres divitias magni penderunt.

[96*] *AG* ἕτεροι δὲ καὶ τὴν ἐκτὸς εὐετηρίαν συμπαραλαμβάνουσιν· – *AL* Alii autem et eam que exterius est habundanciam comprehendunt.

[97*] *AG* τούτων δὲ τὰ μὲν πολλοὶ καὶ παλαιοὶ λέγουσιν, τὰ δὲ ὀλίγοι καὶ ἔνδοξοι ἄνδρες· οὐδετέρους δὲ τούτων εὔλογον διαμαρτάνειν τοῖς ὅλοις, ἀλλ' ἔν γέ τι ἢ καὶ τὰ πλεῖστα κατορθοῦν· – *AL* Horum autem hec quidem multi et veteres dicunt, hec autem pauci et gloriosi viri. Neutros autem horum racionabile peccare in universis, set unum aliquid vel plura dirigere.

[987] *Eustr. graec. (Heylbut 80,10).*

[988] *Pind. Olymp. 1,1 (Maehler 2):* Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ.

[989] *Menandros (342/41–291/90 v. Chr.), bedeutendster Dichter der Neuen Komödie in Athen. – NP VII 1215–1219; GGL II/1 38–46.*

Illustres viri virtuti primas tribuerunt.

Vulgi et veterum aut illustrium virorum dicta non esse aspernanda.

res copiosa,[990] neque paucis commemorari possent quae ab antiquis in laudem pecuniae ac divitiarum sunt conscripta. Illustres viri, qui prudenter et attente sunt philosophati, non voluptatibus aut divitiis primas dederunt, sed virtutis fulgorem prae bonis omnibus sunt admirati. Ab his personarum conditionibus aut circumstantiis conficit Aristoteles, horum sententias non esse modis omnibus contemnendas, quandoquidem ex illis argumenta, quae ducimus ab authoritate, verisimilitudinem suam habeant. Et sane, ut inde incipiam, consentaneum non est famam publicam, populi sermonem id, in quo universi propemodum consentiunt, omnibus partibus esse falsum. Veteribus praeterea multum tribuitur, propterea quod primis rerum exordiis admodum vicini fuerint, ideoque rerum causas commodius videre potuerint. Indicantur in hominum genere nescio quomodo posteriores degeneres habenturque perpetuo deteriores. Hinc est maiorum libros et dicta luculentiorem fere semper habere authoritatem. Quis denique studiosis ac praeclaris philosophis plurimum non deferat? Illi putantur non iniuria verum invenisse, qui eo inquirendo noctu diuque magno acrique studio laborarunt. Ex his condiscimus, ut libri et scripta hominum non temere reiicienda sint, sed eo potius consilio debent legi, ut ex illis nonnihil veri nobis comparemus, cum authores eorum non facile credendum sit omnibus modis errasse.[991] | Haec idcirco Aristoteles interpo¦nit, ne videatur inepte garrire, dum aliorum sententias tam diligenter commemorat. 207 Z_1 187 Z_2

Sed quo ad aliquid et quo ad multa recte dixisse.] Non toto coelo errasse credendi sunt harum opinionum authores, verum de aliquibus, imo de compluribus recte sensisse. Quod in aliquibus libris legit ἐπί τι καὶ τὰ πλεῖστα, Eustratius habet ἔν γέ τι ἢ πλεῖστα,[992] quod dixeris verum unum quippiam recte sensisse, idque cum pudendum videretur, ut philosophi et veteres unum aliquod aut certum quid tantum recte dixerint, per ἐπανόρθωσιν corrigit[993] vel plurima subiiciendo.

[990] *Men. fragm. 114 (Kock 34):* μακάριος ὅστις οὐσίαν καὶ νοῦν ἔχει.

[991] *Vgl. Streb. eth. 35r:* Qui foelicitatem in virtute ponunt, in prudentia, in sapientia, sunt pauci, sed illustres viri, propterea non aspernandi; qui voluptatem aut divitias adiungunt, ii multi et antiqui, quamobrem audiendi.

[992] *Eustr. graec. (Heylbut 80,20).*

[993] *Mel. rhet. (PMO XIII 489):* Correctio ἐπανόρθωσις tollit quod dictum est supponens aliud magis idoneum.

Porro qui affirmant omnem virtutem aut certam virtutem, ratio consonat, actio enim iuxta ipsam eius est.[98*] 1098b 30–31

Examinatur illustrium sententia qui virtuti felicitatem tribuerunt.

In allatis opinionibus examinandis, ab eo sermonem vel examen adhibendum orditur, quod philosophi et quidem illustres affirmarunt. Et dum felicitatem virtuti adscribunt, demonstrat omnibus modis non aberrasse. Quod actio illa, quae revera felicitas est, cum sit ex virtute deducta, eius esse videatur, sed quia eo discrepant ab Aristotele, quod absolute virtutem felicitatem esse pronuntiant, ipse quod illi dixerunt imprudenter, prudenter admodum corrigit. Quod recte dixerunt collaudat, quantum vero ab eo, quod est, discesserint, ostendit.

Distat autem fortasse non parum in possessione an in usu, in habitu an in actu optimum ponere.[99*] 1098b 31–33

Possessio, usus, habitus et actio.

Tametsi videntur hi nobiscum sentire, non tamen idem dicunt, quia tam distant, quae ipsi afferunt, a nostra sententia quam possessio et usus, habitus et actio. Quatuor ab Aristotele commemorata, hunc ordinem inter sese habent, ut possessio ad usum, ita habitus ad actionem refertur. Possessio et usus res externas complectuntur, nam possidemus agros, pecunias, suppellectilia, artium instrumenta. Sed habitus et actiones insunt in nobis ipsis interdum quo ad animum, ut scientiae, virtutes et artes; nonnunquam vero quo ad corpus et ita in nobis insunt, ut ex eis non mediocriter perficiamur. Quare, ut possessio absque usu vana est, ut declarant avari, qui suis pecuniis non utuntur, opulenti homines, qui multa suppellectilia domi possident ociosa, et nonnulli
208 Z_1 indocti, ad quos nonnunquam | perveniunt et multi et boni libri, quorum usum minime callent, ita quoque habitus, cum illis actiones ade-
188 Z_2 meris, nullam ¦ commoditatem afferunt.[994] Omnia sane actionum causa sunt et propterea Deus res produxit ac eas incitat et movet assidue, ut agant. Quare ocium rerum naturae atque ordini vehementer adversatur.

[98*] *AG* τοῖς μὲν οὖν λέγουσι τὴν ἀρετὴν ἢ ἀρετήν τινα συνῳδός ἐστιν ὁ λόγος· ταύτης γάρ ἐστιν ἡ κατ' αὐτὴν ἐνέργεια· – *AL* Dicentibus quidem igitur omnem virtutem vel virtutem quandam concors est racio nostra; huius enim est secundum ipsam operacio.

[99*] *AG* διαφέρει δὲ ἴσως οὐ μικρὸν ἐν κτήσει ἢ χρήσει τὸ ἄριστον ὑπολαμβάνειν, καὶ ἐν ἕξει ἢ ἐνεργείᾳ· – *AL* Differt autem forte non parum in possessione vel usu optimum existere, et in habitu vel operacione.

[994] *Eustr. graec. (Heylbut 80,28–81,7). Eustr. lat. (Mercken 133,91–1).*

1098b 33–1099a 3 *Habitum enim usu venit, dum est, nil boni efficere, ut dormienti vel quoquo alio modo cessanti, quod fieri non potest de actione, quia necessario efficiet et bene efficiet.* [100*]

Actionem ab habitu distare non probaverat, cum id iam posuerit, propterea id nunc aperta ratione confirmat. Habitu, ait, potest accidere, ut dormientibus usu venire scimus et ob aliquam causam cessantibus, ut quicquam boni non efficiat, quod in actionibus nequeas ostendere. Id autem cum ita sit, porro sequitur habitum ab actione multum differre atque ita differre, ut actio sit omnino perfectior habitu. Neminem vero latet felicitatem in re optima collocandam, quamobrem actio, si recte iudicemus, non habitus fuerit. Hoc probe novi Stoicos dicere consuevisse, cum virtutem felicitatem esse praedicant, se non id accipere de ociosa et stertenti, verum de actuosa.[995] Hi tamen pingant rem et fingant ut volunt, actionem inficiari non poterunt habitu esse longe meliorem. Syllogismus ita extruitur:

Habitum ab actione distare.

Actio praestat habitui.

Quod non est optimum, felicitatis rationem habere non potest.
Habitus non est res optima, praesertim cum ad actionem confertur.
Quare felicitas non in eo, sed actione iure collocabitur.[996]

Nec praetereundum minus proprie Aristotelem esse loquutum, cum actionem inquit *agere ex necessitate ac bene agere*, quia revera ipsa actio non agit, sed id est, quo homines agunt. Sed quia modo hoc discrimen ad id, quod agitur, momentum non habet, ideo licuit Aristoteli sic loqui.

[100*] *AG* τὴν μὲν γὰρ ἕξιν ἐνδέχεται μηδὲν ἀγαθὸν ἀποτελεῖν ὑπάρχουσαν, οἷον τῷ καθεύδοντι ἢ καὶ ἄλλως πως ἐξηργηκότι, τὴν δ' ἐνέργειαν οὐχ οἷόν τε· πράξει γὰρ ἐξ ἀνάγκης, καὶ εὖ πράξει· – *AL* Habitum quidem enim contingit nullum bonum perficere existentem, utputa dormienti aut et aliter qualiter ocioso. Operacionem autem non possibile est; operabitu enim ex necessitate, et bene operabitur.

[995] *Vgl. Streb. eth. 35r-v:* Aristotelis oratio, qui dicit in actione virtutis foelicitatem esse ponendam, non videtur cohaerere cum eorum sententia, qui virtutem dicunt esse beatitudinem, sed eius rati cohaeret. Nam si virtutis actio non aliud est quam virtus actuosa et virtus in actione maxime laudatur, eadem erit huius et illorum sententia.

[996] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Celarent.

Quemadmodum in Olympiis non pulcherrimi et robustissimi coronantur, sed certantes, quoniam ex his aliqui vincunt, ita bona et honesta humanae vitae, qui recte agunt, assequuntur. [101*] 1099a 3–7

209 Z_1 (~~297~~) | Primas non habitibus, sed actionibus deberi, ut ratione prius confirmaverat, ita nunc eleganti similitudine ostendit. In honorem deorum Ludi deorum.
189 Z_2 veteres cele¦brabant statos ludos Olympios, Nemeos et Pythios, inter quos illustriores et solenniores Olympii semper sunt habiti.[997] Fiebat ad fluvium Alphaeum inter Hebem, Pisas et Olympiam urbes. Ibi homines quadrigis et bigis currebant nec non pedites, certabant disco, cestu luctabantur in honorem Iovis Olympii; atque victores oleastri corona donabantur.[998] Ex his intelligimus, ut ille hominum status fuerit deplorandus, qui magis his Deum coli sint arbitrati. Ad id sunt antiquitus dies festi adinventi, ut populus de rebus divinis instrueretur, precibus numen fatigaret sacrisque ceremoniis fidem suam et pietatem testaretur, quae omnia illi praeteribant et ludicra haec duntaxat exercebant. Hoc unicum est diaboli studium, ut solidum cultum Dei ad ridicula inventa hominum transferat. Et hoc papistae faciunt, qui puram religionem Christi iam totam, ad histrionicam missam contraxerunt, ubi nihil ab eis omissum est, quod non faciat plurimum ad solidum cultum Dei corrumpendum. Sed haec obiter. Haec similitudo adeo elegans Actionum praestantia similitudine declaratur. est, ut bis Paulus ea sit usus, ad Corinth[ios] priore, cap[ite] 9. et ad Timoth[eum] posteriore, cap[ite] 2.[999] Ad rem praesentem sic est accommodanda, ut speciosi et robusti respondeant habitibus; certantes, actionibus. Ut robusti et formosi non coronantur, sed certantes, ita non obtinent praeclara et honesta vitae humanae habitus, verum actiones.

Z. 6 celebrabant] celebrant Z_1 19 non faciat] faciat Z_2

[101*] *AG* ὥσπερ δ' Ὀλυμπίασιν οὐχ οἱ κάλλιστοι καὶ ἰσχυρότατοι στεφανοῦνται ἀλλ' οἱ ἀγωνιζόμενοι (τούτων γάρ τινες νικῶσιν), οὕτω καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ καλῶν κἀγαθῶν οἱ πράττοντες ὀρθῶς ἐπήβολοι γίνονται· – *AL* Quemadmodum autem in Olympiadibus non optimi et fortissimi coronartur, set agonizantes, horum enim quidam vincunt, ita et eorum qui in vita bonorum et optimorum operantes recte illustres fiunt.

[997] *Zu den Olympischen, Nemeischen und Pythischen Spielen vgl. NP VIII 1183f., 815f. bzw. X 665f.*

[998] *Vgl. Streb. eth. 35v:* Alii currebant quadrigis, alii bigis, alii singulis equis, alii pedibus, alii saltu contendebant, alii caestu, alii disco. Victores oleastro coronabuntur. […] Commitebatur id certamen anno quoque quinto in Iovis honorem ad Alphaeum fluvium iuxta urbes Elin, Pisam, Olympiam.

[999] *1Kor 9,24* Nescitis, quod ii, qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium? Sic currite, ut comprehendatis. *2Tim 2,5* Nam et qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certaverit.

Etenim qui recte agunt, compotes fiunt verae voluptatis, utilitatis et honestatis, quae praeclarissima sunt bona, quibus hominum vita potest affici. Licet attamen pronuntiare, ut a veteribus, qui de virtute sic loquuti sunt, prorsus non discedamus, earum habitu felices homines reddi, non quidem actu, sed potentia, quandoquidem perfecta et absoluta beatitudo actionem omnino exigit.

Quomodo haec cum sacris literis conveniant.

Habet haec sententia non tantum ex Aristotele authoritatem, sed ex divinis quoque literis confirmatur, quae non semel urgent pios, ut suam fidem operibus declarent. Et eam fidem ut bonam et cum primis Deo gratam commendant, quae per dilectionem agit,[1000] suumque Timotheum Paulus sedulo monebat, ut excitaret gratiam et Dei praeclara dona, quae in se habebat ex impositione manuum presbyterii.[1001] Et inter servos Domini gravissime is castigatur, qui ocio corruptus et ignavia talentum suae fidei concreditum potius in terram defodit, quam ipso uti ad quae|stum agendum voluerit.[1002] Itaque habitu instructos 210 Z_1 non pronunciari beatos videmus, sed qui ex illis recte atque sedulo egerint.

1099a 7–11 *Est quoque vita ipsorum per seipsam suavis. Etenim voluptate affici ex earum genere rerum est, quae ¦ ad animum pertinent. Et cuique id est iucundum, ad quod refertur et cuius nominatur cupidus, ut equus equorum studioso, spectaculum ei, qui spectaculorum est cupidus; eodemque modo iusta ei, qui iusta diligit, et ad summam quae sunt virtutis, amatori virtutum.* [102*] 190 Z_2

Voluptatem non esse a felicitate alienam.

Sermonem transfert ad voluptatem, quae post virtutem inter sapientum dogmata prius commemorata est, atque illam probat non habendam a felicitate alienam, quod et ipsa sit ex eorum bonorum genere,

Z. 10 commendant] commendat Z_1 11 excitaret] exercitaret Z_2

[102*] *AG* ἔστι δὲ καὶ ὁ βίος αὐτῶν καθ' αὑτὸν ἡδύς· τὸ μὲν γὰρ ἥδεσθαι τῶν ψυχικῶν, ἑκάστῳ δ' ἐστὶν ἡδὺ πρὸς ὃ λέγεται φιλοτοιοῦτος, οἷον ἵππος μὲν τῷ φιλίππῳ, θέαμα δὲ τῷ φιλοθεώρῳ· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὰ δίκαια τῷ φιλοδικαίῳ καὶ ὅλως τὰ κατ' ἀρετὴν τῷ φιλαρέτῳ· – *AL* Est autem et vita ipsorum secundum se ipsam delectabilis. Delectari quidem enim animalium est; unicuique autem delectabile, ad quod dicitur amicus talium, utputa equus quidem amanti equum, spectaculum enim amanti spectaculum. Eodem autem modo et iusta, amanti iustum; et omnino que secundum virtutem, amanti virtutem.

[1000] *Gal 5,6* Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque praeputium, sed fides, quae per caritatem operatur.

[1001] *1Tim 4,14* Noli neglegere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum inpositione manuum presbyterii.

[1002] *Mt 25,24–30.*

quae ad animum attinent, nisi dicere velimus lapides aut truncos aut metallum gaudere ac laetari. Neque clausula haec, ut iudico, aliam ob causam interponitur, nisi quia felicitas, ut expositum est, in bonis animi collocatur.

In hac ratione connectenda, quia orditur a generali sententia, ea explicanda imprimis est: cuique id est iucundum, ad quod dicitur et cuius nominatur cupidus. Innuit his Aristoteles voluptatem ex eorum genere videri, quae mutuo inter se conferuntur. Nec mirum: quae enim suavia sunt alicui, iucunda ut sint necesse est. Quis vero sit is, ad quem refertur voluptas, explicat ex affectione, dum inquit: equus, spectaculum, iusta et virtutes hos voluptate afficiunt, qui equorum, spectaculorum, iusti et virtutis cupidi fuerint. Omnium syllogismorum est, ut causa prius in universum proferatur, deinde accommodari solet ad eam rem, de qua dicitur.[1003] Ita nunc agitur. Causa communis proponitur, propter quam quicquam dulce alicui est ac suave, nimirum quia eius est amans. Contrahitur causa haec ad felicem, qui amans est honestarum atque pulcherrimarum actionum, ex quo necesse est, ut conficiatur illum eis vehementer delectari. Ad confirmandam illam communem causam variis multiplicibusque utitur exemplis. Primumque affert equestrem voluptatem, qua ut nonnulli aliquando stulte ac vehementer moveantur, Strepsiades ado|lescens apud Aristophanem[1004] testatur.[1005] Producit quoque spectaculorum cupidos, ad quos philosophiae, vini atque pecuniae studiosos licet adiicere, quos omnes affici mirifice videmus, cum optatis aliquando tandem potiuntur. His iam exemplis forma rationis, quam dialectici vocant inductionem, maior propositio, quae causam communem comprehendebat, est luculenter confirmata et demonstrata.[1006] Quae statim ad rem praesentem accommodatur, cum inquit itidem ut illorum esse rationem iusti et bonarum actionum et ad viros probos et felices, ea nimirum ab il¦lis amari et illis

Analysis.

211 Z_1

191 Z_2

Z. 10 affectione] affectioue Z_1 25 dialectici] dialecti Z_1

[1003] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 82,8f.):* ἵνα δὲ συστήσηται τὴν ἀπόδειξιν, ἄρχεται ἀπὸ τοῦ καθολικωτέρου καὶ κοινοτέρου καὶ καταφέρει τὸν λόγον εἰς τὸ προκείμενον. *Eustr. lat. (Mercken 135,45–47):* Ut autem constituat demonstrationem, incipit ab universaliori et communiori et confert rationem ad propositum.

[1004] *Aristophanes (um 450–380 v. Chr.), bedeutendster griechischer Komödiendichter. – NP I 1122–1130; GGL I/4 174–441.*

[1005] *In Aristophanes' Komödie »Die Wolken« klagt der Großbauer Strepsiades über die übertriebene Leidenschaft für Pferde seines Sohnes Pheidippides, vgl. Aristoph. nub. 73f. (Coulon I 167):* ἀλλ' οὐκ ἐπείθετο τοῖς ἐμοῖς οὐδὲν λόγοις, ἀλλ' ἵππερόν μου κατέχεεν τῶν χρημάτων.

[1006] *Vgl. Arist. an. pr. 2,23, 68b 15–17 (Ross ibid.):* Ἐπαγωγὴ μὲν οὖν ἐστι καὶ ὁ ἐξ ἐπαγωγῆς συλλογισμὸς τὸ διὰ τοῦ ἑτέρου θάτερον ἄκρον τῷ μέσῳ συλλογίσασθαι.

haud mediocriter gaudere. Qui plane fit, ut beati probique viri, si quos aut viderint aut audiverint praeclare honesteque agere, inde magnam voluptatem capiant, at proculdubio multo maiorem, dum ipsi actionibus iustis, probis et honestis sese exercent. Ex his iam intelligimus felicium vitam a voluptate non seiungendam videmusque non prorsus aberrasse, qui eam ad felicitatem adiunxerunt.

Quomodo haec sacris literis consentiant.

Quae modo ex Aristotele collegimus, a sacris item literis discimus. Pios homines ut felices hortabatur Paulus ad veram solidamque laeticiam, cum scriberet: »Gaudete in Domino semper atque iterum dico, gaudete«[1007]. Proverbiorum quoque cap[ite] 21. habetur: »Gaudium est iusto facere iudicium«[1008]. Nec semel ad laeticiam et exultationem David iustos et pios excitat.[1009] Atque adeo vera est haec sententia, ut etiam illae probae actiones felices voluptate perfundant, quae naturae sensu et vulgi iudicio repellendae videntur. Idcirco legimus discessisse hilares et gaudentes a conspectu concilii apostolos, quod habiti essent digni contumeliis pro Christi nomine.[1010] Neque tantum scimus permultos christianos laeto animo propter fidei testimonium oppetiisse mortem, sed etiam nonnullos ethnicos magno gaudio atque alacritate vitam ob patriam liberandam posuisse.

De voluptatis causa, quare eam non ostenderit philosophus.

At dubium hic se offert dissolvendum, quod Aristoteles causam voluptatis propriam et veram non videatur demonstrasse. Quoniam ob id aliqua dicuntur et sunt cuipiam iucunda, quod illius naturae apta sint, commoda et idonea, ut arescenti potus, exhausto cibus, ignaro doctrina etc. Quin ex ista commoditate, consensu aut proportione animantium substantiae ac naturae cum aliquibus rebus, amor seu cupiditas earum nascitur. Prima itaque voluptatis origo ex illa convenientia, non ex amore fuit ducenda. Respondetur ad haec vere quidem ex illa rerum aptitudine inter se voluptatem excitari, sed quia consensus ille aut convenientia | multo maior adhuc redditur, cum amor et cupiditas intercesserint, ideo Aristotelem illam attigisse aptitudinem et convenientiam, quae illustrior et validior esset. Hoc autem ita esse addiscimus ex eo, quod interdum amor seu cupiditas convenientiam aliquam inter res nonnullas adducit, ubi caeteroqui ex natura nulla

212 Z_1

Z. 6 eam ad] ad eam Z_2 22 cuipiam] cupiam Z_1

[1007] *Phil 4,4.*
[1008] *Spr 21,15.*
[1009] *Vgl. Ps 32,11 (Vulg. 31,11)* Laetamini in Domino et exultate, iusti, et gloriamini, omnes recti corde. *Ps 68,4 (Vulg. 67,4)* Et iusti epulentur, exultent in conspectu Dei, delectentur in laetitia.
[1010] *Apg 5,41.*

esset. Delectantur gravidae mulieres nonnunquam edendo calcem, carbones aut argillam, prae quibus panem carnes et saccarum respuunt, ubi cupiditatem convenientiam ponere vides inter gustum et illa, quae ab eo sunt aliena, si naturam ipsam spectare volueris. Et amantibus persaepe suarum puellarum naevus aut aliqua foeditas est nimio magnae voluptati.

192 Z_2 ¦ *Vulgarium igitur hominum suavia pugnant, quod natura huiuscemodi non sint, sed studiosis honesti suavia sunt, quae natura suavitatem habent. Tales autem perpetuae sunt actiones ex virtute, quare illis per se ipsas iucundae sunt.* [103*] 1099a 11–15

An omnes voluptates cum felicitate coniungantur.

Per occupationem solvitur, quod haec audiendo posset in mentem venire, omnes ne voluptates habeant cum felicitate consortium? Quod si non omnes, ut dicendum videtur, quas nam illi associabimus? Ad haec distinctione occurritur. Quaedam suavia sunt natura sua et per seipsa, nonnulla vero ut oblectent suapte proprietate non habent, sed ex aliqua eius corruptione aut vitio, qui capitur, his delectant. Suapte bonitate suavia sunt sapientia, virtutes, probae actiones, recordatio recte factorum, administratio rerum prudens, inventio utilium consiliorum, doctrina, contemplatio et consimilia. Quae si ab aliquibus aliquando non probentur, id ob illorum inscitiam et ruditatem contingit. At e diverso vinum immoderatum, spectacula, crapulae ac libidines natura sua non sunt iucunda et suavia, sed tantum his placent, qui huiusmodi perverse capiuntur. Vulgus, inquit, est quod consectatur, quae suopte ingenio suavia non sunt, varia sane ac multiplicia, sed pugnantia. Magnum voluptatum vulgarium esse numerum nemo ambigit, sunt enim permulti sensus et cuique sua voluptas adest, quae sane tum legitima non est, cum fines excedit suos cumque nimium homines circa se detinet vel eius animum incitat et perturbat. Istae caeteraeque sensuum
213 Z_1 voluptates si finibus | atque terminis suis sese contineant neque illos egrediantur, et naturales sunt et iure damnari nequeunt.[1011]

Z. 23 perverse] per se Z_2

[103*] *AG* τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς τὰ ἡδέα μάχεται διὰ τὸ μὴ φύσει τοιαῦτ' εἶναι, τοῖς δὲ φιλοκάλοις ἐστὶν ἡδέα τὰ φύσει ἡδέα· τοιαῦται δ' αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις, ὥστε καὶ τούτοις εἰσὶν ἡδεῖαι καὶ καθ' αὐτάς· – *AL* Multis quidem igitur delectabilia adversantur ad invicem, quia non naturalia sunt; amantibus autem bonum sunt delectabilia. Tales autem secundum virtutem operaciones. Quare et hiis delectabiles et secundum ipsas.

[1011] *Vgl. Streb. eth. 36r:* Huius tamen voluptatis [corporis] est quidam naturalis modus, quo sine vitio frui licet.

Voluptatum vulgarium pugna.

Quae vero pugna sit vulgarium voluptatum Eustrathius ita explicat. Is cibo delectatur salso, ille dulci; gaudet hic potu acerbiori, ille austero; qui sapores inter se contrarii sunt, neque simul in eadem re possunt haberi.[1012] Verum hic dixeris inter voluptates, quas naturales dicitis, idem potest videri: aliqui delectantur mathematicis, alii physicis, nonnulli dialecticis, alii tantum prudentibus actionibus.[1013] Quare, cum tam hic quam ibi sit varietas, discrimen hoc pugnae ea ratione interpretatum non videtur inter voluptates distinctionem ponere, cum ex aequo in utraque parte reperiatur. Nisi dixeris vulgarium voluptatum eam esse multitudinem et varietatem, quae pugnet, ut dulce et acerbum, austerum et lene, adversantur mutuo sibi, quod non est in voluptatibus honestis, quae iam sunt commemoratae: nam mathemati¦ca non adversatur physicae neque dialectica prudentiae. Sed verius 193 Z_2
explicatur discrimen, si pugna in appetitu eiusdem hominis attendatur. Nam ille idem, qui modo in delitiis hanc habuit, mox illam odit, quique cibum expetebat, eius nunc laborat nausea.[1014] Unde Terentius[1015]: »In amore haec omnia insunt vitia: iniuriae, suspiciones, inimicitiae, induciae, bellum, pax rursum.«[1016] Hic animadvertimus pugnam rerum inter se atque contra animum. Illa tandem vere suavia sunt, quibus delectantur amantes honesti.[1017] Consilio quippe illi melioris iudicis utuntur, qui rationi, non sensibus credunt. Videas praeterea illos constantes et unanimes recta, quae semel illis placuere, nunquam displicent neque patiuntur sibi veram sententiam extorqueri. Deinde cum

Z. 15 qui modo in] in Z_2

[1012] *Eustr. graec. (Heylbut 82,31–34):* οἱ μὲν γὰρ πολλοὶ τὰ μὴ φύσει ἡδέα κρίνοντες ἡδέα ἔχουσι ταῦτα καὶ μαχόμενα πρὸς ἄλληλα, οἷον ὅταν ὁ μὲν φιλόγλυκος, ὁ δὲ φίλαλμος πέφυκεν, […] καὶ ὁ μὲν τὸν γλυκὺν ἥδεται πίνων, ὁ δὲ τὸν αὐστηρότατον. *Eustr. lat. (Mercken 137,85–90):* Multi quidem enim non natura delectabilia iudicantes delectabilia habent haec et adversantia ad invicem, puta quando hic quidem amator dulcium, hic autem amator salsorum aptus natus est, […] et hic quidem dulce delectatur bibens, hic autem austerissimum.

[1013] *Vgl. Streb. eth. 36r:* At vero de bonis animi idem quoque dici potest: alius extollit prudentiam, alius philosophiam, alius artes mathematicas, alius theologiam, alius celeres animi motus, alius lentos et quietos.

[1014] *Vgl. Streb. eth. 36r:* Hae quidem pugnant, […] quod eidem nunc placent, mox displicent.

[1015] *Terenz (Publius Terentius Afer) (gest. 159/58 v. Chr.), römischer Komödiendichter. – NP XII/1 149–154; GRL I 103–124.*

[1016] *Ter. Eun. 59–61 (Prete 181).*

[1017] *Eustr. graec. (Heylbut 82,36):* ἐκεῖνα δὲ φύσει ἡδέα, οἷς οἱ ἀληθῶς φιλόκαλοι χαίρουσι. *Eustr. lat. (Mercken 137,91f.):* Illa autem natura delectabilia, quibus vere amantes bonum gaudent.

viris eiusdem ordinis idem dicunt, nam quotquot amantes honesti sunt, easdem virtutes ac easdem actiones probant.

Non itaque vita illorum voluptate indiget ut aliquo certo additamento, sed in seipsa voluptatem continet. [104*] 1099a 15–16

Quomodo in beatitudine voluptas inhaereat.

Cum declaravit voluptatem cum felicitate magnam coniunctionem habere ac discrimen protulit voluptatum, ut legitimas et honestas a vulgaribus segregaret, nunc eo transfert orationem, ut modum indicet, quo in beatitudine voluptas inhaeret. Atque hinc facile patefit, | ut illi nonnihil a vero deflectant, qui dixerunt, ut supra est commemoratum, felicitatem non esse sine voluptate, quasi voluptas ut quid additum ad eam foris accedat. Qui sic dicunt, falli plurimum ex eo constat, quod felix, quicquid agit, non invito, sed libenti cupidoque animo facit, unde illi dulcis ac suavis est quaelibet ipsius actio.[1018]

214 z_1

Praeterea quae dicta sunt, nemo bonus est, qui honestis actionibus non gaudeat. Nemo quippe iustum dixerit, qui iuste agendo non gaudeat, neque liberalem, qui liberalibus actionibus non laetetur, itidemque in aliis. [105*] 1099a 17–20

Idem confirmat a communi hominum sensu atque sermone, titulus enim viri boni aut iusti nullis plane conceditur, qui iustis et bonis actionibus non gaudeant. Proinde ista reciprocantur, adeo consentiunt: vir bonus bonis actionibus gaudet, ac vicissim: qui bonis actionibus gaudet, est vir bonus.

[104*] *AG* οὐδὲν δὴ προσδεῖται τῆς ἡδονῆς ὁ βίος αὐτῶν ὥσπερ περιάπτου τινός, ἀλλ' ἔχει τὴν ἡδονὴν ἐν ἑαυτῷ· – *AL* Nichil autem indiget voluptate vita eorum quasi adiuncto aliquo, set habet voluptatem in se ipsa.

[105*] *AG* πρὸς τοῖς εἰρημένοις γὰρ οὐδ' ἐστὶν ἀγαθὸς ὁ μὴ χαίρων ταῖς καλαῖς πράξεσιν· οὔτε γὰρ δίκαιον οὐθεὶς ἂν εἴποι τὸν μὴ χαίροντα τῷ δικαιοπραγεῖν, οὔτ' ἐλευθέριον τὸν μὴ χαίροντα ταῖς ἐλευθερίοις πράξεσιν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· – *AL* Cum dictis enim nullus est bonus, qui non gaudet bonis operacionibus. Neque enim iustum utique aliquis diceret, non gaudentem iusta operacione, neque liberalem, non gaudentem liberalibus operacionibus. Similiter autem et in aliis.

[1018] *Eustr. graec. (Heylbut 83,10–13):* Ὁ λόγος πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ ἄνευ ἡδονῆς τὴν εὐδαιμονίαν· τὸ γὰρ μὴ ἄνευ ἡδονῆς λέγειν ἐμφαίνει τὴν ἡδονὴν ὥς τι παράρτυμα οὖσαν τῷ εὐδαίμονι· τοῦτο δ' οὐκ ἀληθές, εἴπερ τὸ ἀληθῶς καὶ κατὰ φύσιν ἡδὺ φιλῶν ὁ εὐδαίμων ἅπαν, τοῦτό ἐστι πράττων καὶ μεταχειριζόμενος. *Eustr. lat. (Mercken 138,9–14):* Est itaque hic sermo vel haec ratio ad dicentes non sine voluptate […] esse felicitatem. Non sine delectatione enim dicere manifestat delectationem velut quoddam condimentum existentem felici. Hoc autem non verum, siquidem vere et secundum naturam delectabile omne amans felix, hoc est operans et exercens.

1099a 21–22 ¦ *Si res itaque sic est, actiones ex virtute per seipsas erunt iucundae, verum et bonae et honestae.* [106*] 194 Z_2

Actiones ex habitu ortae suaves sunt.

Rationis haec est conclusio. Si quae diximus concessa et data fuerint, evidens esse probas honestasque actiones voluptatem non quasi externum additamentum suscipere, sed eam in seipsis comprehensam habere. Omnia tamen, quae dicta sunt, ad illas accommodari debent actiones, quae a virtutibus proficiscuntur, quia priusquam habitus fuerit partus, actiones, quibus quaeritur, molestia et difficultate non carent, ideoque non adeo suaves, ut caeteroqui natura earum est, existimari possunt. Si quis tamen hinc putaret voluptatem felicitatis definitionem implere aut eius partem esse mendose colligeret?[1019] Nam ut foris ad eam non accedat, est illius proprietas, a natura ipsius distincta, ita nihilominus inserta ut iam ab ipsa generatione simul existant.

Probae actiones sunt honestae et utiles.

Verum et bonae et honestae.] Probas actiones non modo vult suaves et voluptate perfusas, verum et honestas et utiles, nam per | καλάς honestas intelligo, per ἀγαθάς utiles et commodas. Atque ista sunt illa praecipua in vita humana, quae paulo ante monuit eos, qui agant et praeclaras edunt actiones, consequi. 215 Z_1

1099a 22–24 *Et quodlibet horum maxime, siquidem vir bonus de his recte iudicet, iudicat autem, ut diximus.* [107*]

Actiones probae inter bona summum gradum habent.

Non illi satis est rectas actiones dixisse iucundas honestas et utiles, nisi addat inter haec bona illas gradum summum habere, quod tametsi ratione posset confirmari, quia beatitudo statuitur bonum extremum, ideoque illi quaecunque adscribuntur bona, non possunt intelligi ei convenire nisi gradu supremo. Etenim si meliora possent haberi, iam praeter felicitatem aliquid optandum restaret. Sed hac ratione praeterita, viri boni iudicio est contentus, quoniam, inquit, boni viri sic

[106*] *AG* εἰ δ' οὕτω, καθ' αὐτὰς ἂν εἶεν αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις ἡδεῖαι· ἀλλὰ μὴν καὶ ἀγαθαί γε καὶ καλαί· – *AL* Si autem sic, secundum se ipsas utique erunt secundum virtutem operaciones delectabiles, quin immo et pulcre et bone.

[107*] *AG* καὶ μάλιστα τούτων ἕκαστον, εἴπερ καλῶς κρίνει περὶ αὐτῶν ὁ σπουδαῖος· κρίνει δ' ὡς εἴπομεν· – *AL* Et maxime horum unumquodque, si bene iudicat de hiis studiosus. Iudicat autem ut diximus.

[1019] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 83,27–29):* ἐπεὶ τοίνυν τῇ γενέσει αὐτῇ τῶν κατ' ἀρετὴν πράξεων συνυπάρχει ἡ ἡδονή, πῶς περίαπτόν ἐστι καὶ οὐ συνουσίωται μᾶλλον καὶ συμπέφυκεν αὐταῖς? *Eustr. lat. (Mercken 139,42–44):* Quia igitur generationi ipsi secundum virtutem operationum coexistit delectatio, qualiter adiunctum et circumpositum est et non consubstantiatum est magis et connatum ipsis?

iudicant. Id vero est, ac si diceretur: si eorum existimatio falleretur, iam boni et recti esse desinerent, quod a communi sensu est alienum, ut rectum sit obliquum et probum habeatur pravum.

Discrimen hic mihi notetur inter philosophiam moralem atque nostram theologiam: illa facit analysim ad arbitrium sapientum ac bonorum virorum, nostra vero ad leges et sermones Dei. Dubitabitur, utra verisimilius dicat? An errent interdum sapientes et probi, quantum volueris, in ferendo iudicio de humanis actionibus, an Deo, qui semper verax est, summum potius arbitrium sit deferendum? Profecto regulam firmam certamque esse oportet. Quare cum homini mendacium et
195 Z_2 inconstantia iam sit innata corruptio¦ne genuina, illi tanta dignitas citra controversiam non est concedenda. Iam itaque audivimus et quid sit felicitas et quid in ea insit, nimirum voluptas et honestas et utilitas, idque supremo gradu et modo. Nunc cum ita conclusum et perfectum est, carmen Deliacum obiter taxat. Discrimen philosophiae et theologiae.

Optimum itaque honestissimum et suavissimum beatitudo. Neque ista divellenda sunt a se invicem, ut carmen Deliacum velle videtur, quod iustissimum
216 Z_1 *pronunciat honestissimum, utilissimum recte valere, | suavissimum vero id consequi, quod quis expetat. Omnia enim haec in optimis actionibus insunt, has autem seu earum unam, quae optima sit, felicitatem esse arbitramur.* [108*] 1099a 24–31

Delos insula fuit, ubi augustissimum Apollinis[1020] templum fuit, quo mortales innumeri accedebant, ut de suis negociis deum consulerent, nam quae humana explicare ratione non poterant, consueverunt ad deum exponenda referre.[1021] Carmen revera est Theognidis[1022], quare autem Deliacum vocetur, non una potest ratio adduci. Aut enim Deliacum carmen unde dictum.

[108*] *AG* ἄριστον ἄρα καὶ κάλλιστον καὶ ἥδιστον ἡ εὐδαιμονία, καὶ οὐ διώρισται ταῦτα κατὰ τὸ Δηλιακὸν ἐπίγραμμα· κάλλιστον τὸ δικαιότατον, λῷστον δ' ὑγιαίνειν· ἥδιστον δὲ πέφυχ' οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν· ἅπαντα γὰρ ὑπάρχει ταῦτα ταῖς ἀρίσταις ἐνεργείαις· ταύτας δέ, ἢ μίαν τούτων τὴν ἀρίστην, φαμὲν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν· – *AL* Optimum ergo et pulcherrimum et delectabilissimum felicitas. Et non divisa sunt hec, secundum Delyacam superscripcionem. Optimum iustissimum. Desideratissimum autem sanum esse. Delectabilissimum vero quo quis optat frui. Omnia enim existunt hec optimis operacionibus. Has autem vel unam harum optimam, dicimus esse felicitatem.

[1020] *Apollon, griechischer und römischer Gott der Heilung, der Divination und Musik. – NP I 863–870.*

[1021] *Vgl. Strab. geog. 10,5,2 (Jones V 162–164).*

[1022] *Theognis (um 550 v. Chr.) aus Megara, elegischer Dichter, unter dessen Namen das sog. »Corpus Theognideum« überliefert ist. – NP XII/1 351–354; GGL I/1 375–384.*

Theognis ab Appolline Deliaco sensum carminis a se compositi didicisse iactabat aut Pythia[1023], quae responsa in Delo reddere solebat, hoc Theognidis carmine delectata illo est respondendo usa et ipsum numini suo ut proprium adscribebat.[1024] Sed quicquid sit, hoc in eo reprehenditur, quod haec, inter se quae coniunctissima, divelleret. Eius haec porro videbatur sententia, ut honestas iustitiae, sanitati utilitas et adeptioni rerum concupitarum voluptas tribueretur. Carmina Graece sic habent:

Κάλλιστον τὸ δικαιότατον· λῷστον δ' ὑγιαίνειν,
πρᾶγμα δὲ τερπνότατον οὗ τις ἐᾷ τὸ τυχεῖν.[1025]

Aristoteles carmen integrum non refert, nam in pentametro priorem partem solum quo ad sensum recitat. Uno autem verbo ἥδιστον dicit, quod Theognis poeta πρᾶγμα δὲ τερπνότατον scripsit.[1026] Sed nil in his significatio discrepat. Ista, inquit Aristoteles, quando revera in ipsa felicitate iunguntur, dividi ac separari a se invicem non debent. Quod sane sic ego intelligendum arbitror, ut nihil honestum possit inveniri, quod idem voluptatem et utilitatem coniunctam non habeat, qui tamen haud fit, quin honesti ipsa ratio a ratione voluptatis et ¦ utilitatis 196 Z_2 non sit discernenda. Cicero hac de re non leviter conqueritur eosque iudicat de humanis rebus male meritos, qui honestatem ab utilitate seiunxerunt.[1027] Oraculum proinde seu Theognidis carmen tria quodammodo videtur summa bona statuisse, utilia, inquam, suavia et honesta, quae gradu extremo existant. Id ab eis non recte neque ordine factum ostendit Aristoteles, quod actio perfectissima viri boni omnia haec tria et quidem summa in se complectatur.

Honestum omne etiam utile est et iucundum.

[1023] *Pythia, prophetische Seherin am Orakel des Apollon Pythios in Delphi. – NP X 663–665.*

[1024] *Vgl. Streb. eth. 36v:* An Theognis accepit ab oraculo, an potius praeclarae divinaeque sententiae Apollini tribuebantur? Est hoc (ut opinor) Theognidis, sed Apollini falso attributum, quod Pythias fallax undique versus corrogaret et divinos esse mentiretur.

[1025] *Theogn. eleg. 1,255f. (Young 18):* Κάλλιστον τὸ δικαιότατον· λῶιστον δ' ὑγιαίνειν· πρᾶγμα δὲ τερπνότατον, τοῦ τις ἐρᾶι, τὸ τυχεῖν.

[1026] *Arist. eth. Nic. 1,8, 1099a 27f. (Bywater 14).*

[1027] *Cic. off. 3,101 (Miller 378):* Pervertunt homines ea, quae sunt fundamenta naturae, cum utilitatem ab honestate seiungunt.

217 Z_1 | *Videtur attamen bonis quoque externis indigere, quemadmodum diximus. Non enim fieri potest aut non est facile, ut honesta exequamur, nisi alicunde suppeditetur.* [109*] 1099a 31–33

De voluptate, honestate ac utilitate felicitatis est satis dictum; restat, ut de bonis externis adhuc tractetur, quod modo luculenter fiet. Ad naturam beatitudinis duo accedunt: voluptas et externorum bonorum copia. Sed haec in ipsa felicitate diverso modo et ratione insunt. Voluptas consequitur ex intimis felicitatis principiis. Opes causa sunt, sine qua felicitas non potest esse perfecta, ut adminiculum et subsidium accersuntur. Proinde connexionis ratio est diversa. Atque ut felicitas sit finis, eget opibus externis, in quorum censu omnia bona collocantur, quae habemus extra animum et extra corpus. Non autem felicitas per se aut natura sua ista requirit, verum ob subiectam materiam: nam iustae probaeque actiones interdum circa quaedam versantur, quae absque opibus externis regi nequeunt, ut administrare rempub[licam], bellum gerere, pauperum egestatem sublevare, ad quas profecto res pecuniis, largis proventibus, agris, servis amicisque opus esse omnes intelligimus.[1028] Bona externa quomodo felicitati insint.

At quibusdam parum probatur rem tam praestantem ut felicitas est indigere bonis longe se inferioribus.[1029] At una distinctione is nodus dissolvitur. Per se et natura sua opus non habet, nam si per se indigeret his, nil posset esse felix, nisi abundaret his bonis;[1030] quod minime debet concedi, cum Deus et angeli absque ope et adminiculo istorum bonorum sint beati. Ad felicitatem adiungitur haec indigentia, quae est hominis corruptibilis et mortalis. Quemadmodum nostra vis intelligen- An felicitas indigeat bonis inferioribus.

[109*] *AG* φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη, καθάπερ εἴπομεν· ἀδύνατον γὰρ ἢ οὐ ῥᾴδιον τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα· – *AL* Videtur tamen et eorum que exterius sunt bonorum indigens, quemadmodum diximus. Inpossibile enim vel non facile bona operari, inpotentem tribuere existentem.

[1028] *Eustr. graec. (Heylbut 85,15–17):* νῦν δὲ τὰ ὑποκείμενά ἐστι πράγματα, οἷς δεῖ πλούτου καὶ χορηγίας τινός, οἷον εἰ δεῖ πόλεμον ἄρασθαι ἢ ναυμαχίαν κροτῆσαι, δεῖ χρημάτων ἐξ ἀνάγκης. *Eustr. lat. (Mercken 141,95–98):* Nunc autem subiectae sunt res, quibus opus est divitiis et largitione quadam, puta si oportet bellum levari vel navale bellum committi, opus est pecuniis ex necessitate.

[1029] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 85,13–15):* εἰ γὰρ αὐτὴ δι' ἑαυτὴν ἡ εὐδαιμονία ἐδεῖτο τῶν ἔξωθεν, ἐδόκει ἂν ἄτοπον εἰ τῶν ἑαυτῆς χειρόνων ἐδέετο. *Eustr. lat. (Mercken 141,93–95):* Si enim ipsa propter se ipsam felicitas indigeret exterioribus, videretur utique inconveniens si se ipsa deterioribus indigeret.

[1030] *Vgl. Streb. eth. 36v:* Ignobilis non potest esse foelix? Potest primum beatitudine, quae mortem sequitur, deinde foelicitate, quam parit in solitudine contemplatio, sed non erit plane beatus in vita civili.

di, absque sensibus et imaginibus, quas contemplamur, cogitando nil potest agere, quod sane illi usu venit, non quo vel mens est vel intelligentia: nam si esset hoc pacto, neque Deus neque angeli absque sensibus et imaginatione quicquam intelligerent. Illa igitur mens ac intelligentia requirunt non per se aut natura sua, sed qua sunt hominis. An¦notandum praeterea subiectam materiam bifariam posse intelligi. 197 Z_2
Aut enim refert illam materiam, circa quam nostrae versantur actiones aut de quibus paulo superius exempla commemoravi. Aut est materia, in qua noster animus est, nimirum corpus, ad quod fovendum, susten|tandum et alendum bona haec externa prorsus exiguntur. Proinde 218 Z_1
felicitas his duobus modis externis bonis opus habet.

1099a 34–1099b 2 *Multa enim fiunt ceu per instrumenta, per amicos, divitas et civilem potentiam.* [110*]

Quod adfert, ita potest explicari. Cernimus in artibus complura fieri, non tantum arte, quae in animo artificum sita est et membris corporis, sed externorum quoque instrumentorum auxilio. Faber ferrarius igne, forcipibus, malleo et incude utitur. Faber lignarius regula, securi, serra et aliis consimilibus, idque propter subiectam materiam. Neque plerunque artificibus arte atque corporis membris est satis. Ita de felicitate usuvenit: tametsi animus sit praeclarissimis virtutibus ornatus et velit possitque actiones optimas edere neque destituatur corporis viribus, nihilominus amicis, facultatibus et civili potentia est opus. Per civilem potentiam intelligo honores, benevolentiam, favores, clientelas et horum similia. Divitiae autem partiendae sunt in naturales et artificiosas.

Divitiae naturales et artificiosae.

Naturales habentur quaecunque nascuntur ex terra et quae res pecuaria producit. Artificiosa vero nummis constat, qui sane reperti sunt, ut sequestres quodammodo sint in permutationibus.[1031] Hae vero cum utraeque dicantur facultates, ex vocis etymologia colligimus ad faciendum valere plurimum, quod cum hac Aristotelis doctrina pulchre consentit.

[110*] *AG* πολλὰ μὲν γὰρ πράττεται, καθάπερ δι' ὀργάνων, διὰ φίλων καὶ πλούτου καὶ πολιτικῆς δυνάμεως· – *AL* Multa quidem enim operata sunt quemadmodum diximus, per organa, per amicos, per divicias et civilem potenciam.

[1031] *Arist. pol. 1,3, 1257b 19–23 (Rackham 44):* ἔστι γὰρ ἑτέρα ἡ χρηματιστικὴ καὶ ὁ πλοῦτος ὁ κατὰ φύσιν, καὶ αὕτη μὲν οἰκονομική, ἡ δὲ καπηλικὴ ποιητικὴ χρημάτων οὐ πάντως, ἀλλὰ διὰ χρημάτων μεταβολῆς· καὶ δοκεῖ περὶ τὸ νόμισμα αὕτη εἶναι· τὸ γὰρ νόμισμα στοιχεῖον καὶ πέρας τῆς ἀλλαγῆς ἐστιν.

Qui nonnullis horum privantur, felicitatem coinquinant, ut nobilitate, multa et proba liberorum copia, forma. Non enim admodum felix est, qui specie prorsus deformis fuerit, ignobilis, solitarius, vel absque liberis; forte quoque minus, si cui liberi fuerint et amici omnino pravi aut, boni cum essent, obierunt. [111*] 1099b 2–6

A forma incipit, quod proposuerat, demonstrare neque hic, ut arbitror, speciem requirit suavissimam, sed ne quis omnibus modis sit turpis, atque ¦ hoc sibi vult παναίσχης, ut Graece habetur. Huius dicti ratio | assignari potest, ut Eustrathius arbitratur, quoniam proni sunt hominum animi, ut ament et admirentur, quos aliqua specie viderint caeteris mortalibus praestare, qua ex propensione porro nascitur, ut ita pulchris libenter pareant et obsequantur.[1032] Animos vero populi sic habere erga se affectos proculdubio multum ad agendas res praeclaras adiuvat: multa enim plebs efficit, cum ultro incitatur, et nutum unius vehementi dilectione ac ultronea voluntate facit. Ideoque rex ille, quem primum Deus Israelitis praefecit, nimirum Saulem, adeo statura fuit procera, ut alios Hebraeos ab humeris et sursum longitudine vinceret.[1033] Ac de Davide, quem eundem in regem ungi iussit, scribitur: »Rufus erat et pulcher valde«[1034]. Aliud praeterea est, quo moventur homines ad formosos amandos, quoniam species corporis imago quaedam animi est[1035] cumque is ante omnia quaeri debeat, ut probus sit et

198 Z_2
219 Z_1

Z. 4 omnino] omninino $\mathcal{Z}_1$ 8 παναίσχης] παναίχρης $\mathcal{Z}_2$

[111*] *AG* ἐνίων δὲ τητώμενοι ῥυπαίνουσι τὸ μακάριον, οἷον εὐγενείας εὐτεκνίας κάλλους· οὐ πάνυ γὰρ εὐδαιμονικὸς ὁ τὴν ἰδέαν παναίσχης ἢ δυσγενὴς ἢ μονώτης καὶ ἄτεκνος, ἔτι δ' ἴσως ἧττον, εἴ τῳ πάγκακοι παῖδες εἶεν ἢ φίλοι, ἢ ἀγαθοὶ ὄντες τεθνᾶσιν· – *AL* Quibusdam autem denudati coinquinant beatitudinem, utputa nobilitate, bona prole, pulcritudine. Non omnino enim felix qui specie turpissimus, vel ignobilis, vel solitarius et sine prole. Amplius autem forte felix minus, si huic pessimi filii sunt vel amici, vel boni existentes mortui sunt.

[1032] *Eustr. graec. (Heylbut 85,32–86,3):* δεῖ γὰρ καὶ κάλλους αὐτῷ πρὸς εὐπρέπειαν, φύσει τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ἐραστῶς ἐχουσῶν πρὸς τὰ τῇ ὁράσει τερπνά, ὡς ἐντεῦθεν τὰ μέγιστα συμβάλλεσθαι καὶ τοῦτο τῷ πολιτικῷ πρὸς τὸ ὑπείκειν αὐτῷ τοὺς πολίτας, τῷ ἐπιτερπεῖ τῆς ὥρας ἐπὶ ὐέαν ἥκειν αὐτοῦ ἐρεθιζομένους. *Eustr. lat. (Mercken 141f.,18–22):* Opus est enim et pulchritudine ipsi ad decorem, natura humanis animabus desiderabiliter habentibus ad ea quae visui delectabilia, ut hinc conferatur maxime et hoc politico ad oboediendum ipsi cives, pro delectabili pulchritudinis in aspectum venire ipsius decertantes.

[1033] *1Sam 9,2* Non erat vir de filiis Israhel melior illo [Saulo]: ab umero et sursum eminebat super omnem populum.

[1034] *1Sam 16,12.*

[1035] *Die Überzeugung, dass sich der Zustand der Seele im Erscheinungsbild des Körpers widerspiegelt, bildete die Voraussetzung der Physiognomik, vgl. Ps.-Arist. physiog. 4, 808b 11–14 (Hett 105):*

bonus, neque aspectu cerni queat, restat ut corporis formam vulgares sequantur. Qua sane ratione si adducerentur amantes corporum, non essent culpandi, ast hodie nil fere cum modo agitur, sed omnia turpitudine ac libidine geruntur.

Nobilitas.

Nobilitatem quoque ad beatitudinem requirit Aristoteles. Quia plebs nobiles observat et reveretur. Quia nobilitas in eo genere est, ex quo multi illustres ac praeclari prodiere, atque virtutes, quae fulserunt in maioribus, a posteris expectari solent. Scio quidem nonnullos putare nobilitatem esse antiquis temporibus conservatas in aliqua familia divitias, at mihi prior sententia longe magis placet.[1036] Addit praeterea Eustrathius ideo ad civilem felicitatem splendorem generis esse conducibilem, quoniam homines novos, cum emergunt, populus consueverit non modo considerare ex praesentibus virtutibus aut praeclaris gestis, sed ex eo, quod paulo ante fuerunt. Unde prior obscuritas nonnihil, dum reputetur, obscurat praesentem gloriam, quod eo fit magis, quo sunt homines vehementer propensi ad obtrectandum.[1037]

Liberorum copia et probitas.

Εὐτεκνία vox est ambigua, quia non tantum copiam liberorum quam illorum probitatem significat. Et sane quo ad copiam prolis, qui ea pollent, et civitati sunt grati et ab aliis timentur. Grati quidem sunt, quoniam remp[ublicam] augent. Unde apud Romanos fuit ius trium, quinque et septem liberorum.[1038] Et Lacaedemonius adolescens assurgere noluit seniori caeteroqui bene merito de repub[lica], »quoniam«,

Z. 12 cum] quum Z_2 17 vox est] vox Z_2 21 Lacaedemonius] Lacedaemonius Z_2

Δοκεῖ δέ μοι ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα συμπαθεῖν ἀλλήλοις· καὶ ἡ τῆς ψυχῆς ἕξις ἀλλοιουμένη συναλλοιοῖ τὴν τοῦ σώματος μορφήν, πάλιν τε ἡ τοῦ σώματος μορφὴ ἀλλοιουμένη συναλλοιοῖ τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν.

[1036] *Vgl. Streb. eth. 36v:* Quam vult accipi nobilitatem? Famaene an generis? Nobilitatem generis, quae est generis virtus. In qua non habenda ratio divitiarum aut potentiae, sed virtutis eius, quam quis a suis videtur accipere.

[1037] *Eustr. graec. (Heylbut 86,12–15):* κἂν δυσγενὴς εἴη, ἔχοι τι μωμητὸν τῆς προλαβούσης δυσκλείας τὴν παροῦσαν ἀνακοπτούσης ἢ καὶ μέλλουσαν εὔκλειαν, ἀναφερόντων τῶν πολιτῶν τὰ ὕστερα καλὰ πρὸς τὰ προλαβόντα τοῦ γένους αἰσχρά, ἐπεὶ καὶ φύσει τὸ πλῆθος φιλόψογον. *Eustr. lat. (Mercken 142,33–37):* Et si ignobilis sit, habet aliquid maculativum praeassumpta ingloriositate praesentem rescindente vel et futuram gloriositatem, referentibus civibus posteriora bona ad praeassumpta generis turpia, quia et natura multitudo amatrix est vituperationis.

[1038] *Das Dreikindrecht (*ius trium liberorum*) war ein ursprünglich von Kaiser Augustus um 19 v. Chr. erlassenes Gesetz, das freien Müttern von drei Kindern Rechtsfähigkeit zusprach. Freigelassene mussten dafür vier (in Italien) bzw. fünf (in den Provinzen) Kinder gebären. Vgl. Cod. Iust. 5,66,1 (Krueger 233):* Qui ad tutelam vel curam vocantur, Romae quidem trium liberorum incolumium numero, quorum etiam status non ambigitur, in Italia vero quattuor, in provinciis autem quinque habent excusationem.

220 Z_1 inquit, »ille post se non relinquit, | qui mihi, cum senuero, assurgat et caput aperiat.«[1039] Sed tum demum liberi ad felicitatem faciunt, si recte fuerint instituti. Nam secus vomicae sunt aut carcinomata, ut Octavius
199 Z_2 Augustus aiebat de filia et nepte, cum impudicitia laborarent.[1040] ¦ Do-
5 luit quoque Tyberius Caligulam[1041] se domi populo Romano alere natricem crudelissimam.[1042]

Ut vero amicitia summis adiumentis ad vitam recte degendam ho- Amicitia.
mines communiat, ex optimis scriptoribus et humana consuetudine satis potest colligi. Sed longe reprehensibilior est, qui pravos habeat
10 amicos quam corruptos filios. Nam fieri quandoque potest, ut ob pravum ingenium, utut adhibeatur diligentia in educando, non possimus liberos habere quales volumus; at amicos, quia illos nobis deligimus et relinqui possunt, nulla est excusatio, si malos habuerimus. Quorum adhaec honestorum, inquam, liberorum et amicorum iacturam mul-
15 tum beatitudini obesse testatur Aristoteles, quia sine magno dolore ac luctu obire non possunt. Et eam calamitatem tametsi aequo feramus animo, si virtute fortitudinis praediti sumus, absque damno tamen illi non subiacemus, quod profecto damnum haud leviter felicitatem inquinat.

20 *Ut itaque diximus, videtur opus habere hac quoque prosperitate, unde quidam eodem loco habent prosperam fortunam et felicitatem, alii vero virtutem.* [112*] 1099b 6–8

His, ut recte monet Eustrathius, gradum facit ad ea, quae proximo capite sunt dicenda.[1043] Veteres, inquit, hoc animadvertentes, absque

[112*] *AG* καθάπερ οὖν εἴπομεν, ἔοικε προσδεῖσθαι καὶ τῆς τοιαύτης εὐημερίας· ὅθεν εἰς ταὐτὸ τάττουσιν ἔνιοι τὴν εὐτυχίαν τῇ εὐδαιμονίᾳ, ἕτεροι δὲ τὴν ἀρετήν· – *AL* Quemadmodum igitur diximus, videtur indigere et tali prosperitate. Unde in idem ordinat quidam bonam fortunam felicitati. Quidam vero virtutem.

[1039] *Plut. mor. 227F (Babbitt et al. III 362):* καὶ τὸ πρὸς Δερκυλλίδαν ῥηθὲν οὐδεὶς ἐμέμψατο, καίπερ εὐδόκιμον ὄντα στρατηγόν· ἐπιόντι γὰρ αὐτῷ τῶν νεωτέρων τις ἕδρας οὐχ ὑπεῖξεν εἰπών οὐδὲ γὰρ ἐμοὶ σὺ τὸν ὑπείξοντα ἐγέννησας.

[1040] *Suet. Aug. 65,10 (Ailloud 116):* Atque ad omnem et eius [Agrippae] et Iuliarum mentionem ingemiscens […] nec aliter eos appellare quam tris uomicas ac tria carcinomata sua.

[1041] *Caligula (12–41), 37–41 Nachfolger des Tiberius als römischer Kaiser. In den antiken Quellen wird er als wahnsinniger Gewaltherrscher charakterisiert, der alle Grenzen gegenüber Senat und Volk überschritt. – NP II 937–939.*

[1042] *Suet. Cal. 11 (Ailloud 68):* […] aliquotiens praedicaret [Tiberius] exitio suo omniumque Gaium uiuere et se natricem [serpentis id genus] P[opulo] R[omano], Phaethontem orbi terrarum educare.

[1043] *Eustr. graec. (Heylbut 86,28f.):* συνάπτει τὸν λόγον αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν καὶ συνε-

bonis fortunae felicitatem non esse perfectam, eodem loco illam habuerunt cum bona fortuna. Sed alii putantes indignum fortuitum ponere tantum bonum, virtutem non fortunam in eodem loco habuerunt cum beatitudine, propterea quod virtus non sorte, sed electione acquiritur.[1044] Hic iam res exigit, ut annotentur aliqua. Primum Aristotelem non dicere harum rerum privationem felicitatem omnino tollere aut funditus delere, at solum nonnihil coinquinare vel obfuscare. Nam qui probis actionibus ornantur, ut hi bonis externis interdum careant, miseri non sunt, quamvis perfecte beati haberi nequeant.[1045]

Quid sacrae literae tradant de bonis externis.

Neque dissentit scriptura de commendatione bonorum externorum. | Quo enim ad liberos, promittuntur a Deo: »Filii tui sicut novellae 221 Z_1 olivarum«[1046]. Et inter caeteras benedictiones ea numeratur, ut in Israel non sit abortio.[1047] Et passim timentibus Deum copia seminis repromittitur.[1048] Quod idem de divitiis possumus facile cognoscere. Ditavit Deus Abraamum, Isaacum, Iacobum, caeterosque suos amicos.[1049] Salomoni, qui sapientiam postulaverat, ultro divitias concessit.[1050] Et populum suum ita volebat, si bene se gereret, divitiis abundare, ut ipsi aliis foenerarentur populis, non autem ab illis acciperent ¦ ad foenus.[1051] 200 Z_2 Nobilitas adeo cordi fuit populo Dei, ut quaeque familia suas haberet genealogias, quibus in capita tribuum duodecim filios Israel, suos mai-

Z. 20 filios] filior[um] Z_2

χίζει, ἀναλαμβάνων μὲν τὰ πρότερα, ἐπιφέρων δὲ τὰ ἑπόμενα. *Eustr. lat. (Mercken 143,50f.):* Coniungit sermonem ipsum ad se ipsum et continuat, resumens quidem priora, inferens autem sequentia.

[1044] *Eustr. graec. (Heylbut 86,33–87,2):* […] τύχην τινὲς τὸ τούτων αἴτιον ἐπιγράφονται, κἀντεῦθεν τάττουσιν εἰς ταὐτὸν τὴν εὐτυχίαν τῇ εὐδαιμονίᾳ, τοῖς ἔξωθεν ἐπιοῦσι συναπαγόμενοι τὴν διάνοιαν, ὡς καὶ τὰς αὐτῆς κατορθώσεις τυχηρῶς ἡμῖν περιγίνεσθαι· εἰσὶ δ' οἳ τὴν ἀρετὴν εὐδαιμονίαν ᾠήθησαν, ἐπεὶ κατ' ἀρετὴν εἶδον οὖσαν αὐτὴν ἐνέργειαν ταὐτὸν τῷ τέλει καὶ [τῷ τέλει] τὸ ἄγον πρὸς αὐτὸ ἡγησάμενοι. *Eustr. lat. (Mercken 143,55–60):* […] fortunam quidam horum causam inscribunt, et hinc ordinant in idem bonam fortunam felicitati, exterius superveninetibus conducentes intellectum, velut et ipsius directiones causaliter nobis adveniant. Sunt autem qui virtutem felicitatem existimaverunt, quia secundum virtutem sciverunt existentem ipsam operationem eamdem fini et quod ad finem ducit ad ipsam ducentes.

[1045] *Vgl. Streb. eth. 37r:* Haec incommoda non omnino civilem beatitudinem auferunt, sed quodammodo labe et nota maculant.

[1046] *Ps 128,3 (Vulg. 127,3).*

[1047] *Ex 23,26* Non erit infecunda nec sterilis in terra tua.

[1048] *Vgl. Ps 112,1f. (Vulg. 111,1f.)* Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis; potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur.

[1049] *Vgl. Gen 12,16; 26,4; 36,7.*

[1050] *2Chr 1,12* Sapientia et scientia data sunt tibi, divitias autem et substantiam et gloriam dabo tibi, ita ut nullus in regibus nec ante te nec post te fuerit similis tui.

[1051] *Dtn 23,19f.* Non fenerabis fratri tuo ad usuram pecuniam nec fruges nec quamlibet aliam rem, sed alieno.

ores referebant. Et sacerdotes Ezrae tempore, qui hoc facere non potuerunt, sunt loco et gradu moti.[1052] Quin evangelistae Christi genealogiam Lucas et Matthaeus recensuerunt, ne ignobilis videretur secundum carnem.[1053] Et apostolus ad Rom[anos] 9., quae nobilitas esset Israelitarum, descripsit: »Qui sunt Israel, quorum est adoptio, gloria et legislatio, testamentum, cultus et quorum sunt patres, ex quibus est Christus, qui est super omnia«[1054] etc. Formam corporis antea demonstrabam primis duobus regibus Sauli et Davidi concessam;[1055] postea novimus in sacerdotibus ad eo requisitam, ut nemo claudus, caecus, gibbosus aut aliqua foeditate insigni maculatus potuerit administrare pontificatum.[1056] Atque amicitia ut coalesceret inter Hebraeos, curavit Deus apprime suis legibus, quae omnes cum penitius considerantur, plurimum faciunt ad homines una coniungendos. Proinde non sunt haec, quae Aristoteles commemoravit, abiicienda, quibus tamen quo ad felicitatem dare non oportet plus, quam par sit. Dicitur quidem in libro Ecclesiastis, cap[ite] 10.: »Pecuniae obediunt omnia«[1057]. Sed refertur ea sententia ut a vulgo accepta, non ut vera, sed qua taxetur humanus error. Imo alibi sacrae literae perhibent, nimirum in Proverb[iis] 13.: »Quid prosunt stulto divitiae, cum sapientiam sibi non possit emere?«[1058] Proinde rebus pressius et accuratius inspectis dicimus haec dona Dei non contemnenda, cum plurimum faciant ad multa officia beatitudinis civilia bene recteque administranda, sed proram et puppim ibi ponere non oportet.[1059] Imo, si quandoque his bonis careamus, haud propterea vera solidaque felicitas, quam sectamur, aufertur. Atque si ob Christi nomen et fidei eius confessionem his fuerimus privati, tantum abest, ut vera beatitudo commaculetur, ut potius magis magisque reddatur illustris. Primum non obstare nobis
222 z_1 paupertatem liquet, cum | sanctorum non minima pars fuerit ex pauperibus conflata. Et Christus adolescenti iussit, ut sua divenderet ac

Z. 13 coniungendos] couiungendos Z_2

[1052] *Esra 2,62f.*
[1053] *Mt 1,1–16; Lk 3,23–38.*
[1054] *Röm 9,4f.*
[1055] *Vgl. oben S. 323.*
[1056] *Lev 21,18–20.*
[1057] *Koh 10,19.*
[1058] *Spr 17[!],16.*
[1059] *Vgl. Cic. fam. 16,24 (Purser I ibid.):* Mihi prora et puppis, ut Graecorum proverbium est, fuit a me tui mittendi ut rationes nostras explicares. *Erasm. adag. 8 (ASD II/1 120,418–420):* Prora itaque et puppi summam consilii nostri significamus, propterea quod a prora et puppi, tanquam a capite et calce, pendeat tota nauis.

daret pauperibus,[1060] quem tamen indubitato volebat felicem reddere, quod sane minime fieri potuisset. Quin etiam Antisthenes[1061] et Crates[1062] Thebanus, ut in sua philosophia magis beati redderentur, pecunias suas ac thesauros abiecerunt.[1063] Et Dominus centuplum et aeternam vitam pollicetur his, qui sui causa omnia huius generis amiserint.[1064] De nobilitate quid dicemus? »Videte vocationem vestram«, inquit Paulus, »non multi sapientes, non multi potentes, non multi nobiles«[1065] etc. Defectus quoque liberorum non obstat. Nam Esa. 56. eunuchi dicuntur habituri meliorem locum in domo Dei,[1066] non hoc nomine, quod eunuchi aut coelibes agant, sed quanto magis diligenter quam caeteri mandata ¦ Dei servarint. Amicitiae quoque si desint, a 201 Z_2 vera felicitate non excludunt, cum aliquando usu venit, ut propter nomen Christi pii omnibus hominibus odiosi efficiantur. Quod tamen Aristoteli non adversatur, cum de politica seu civili beatitudine scribat.

Caput IX

1099b 9–11 *Unde revocatur in dubium, an comparari possit vel disciplina, vel consuetudine, vel alio quoquo modo, exercitatione, vel accedat iuxta divinam quandam sortem, vel ex fortuna.* [113*]

Partitio noni capitis. Iam cum de felicitate luculenter sit actum quo ad ipsius naturam, de illius causa inquiritur. Caput distinguitur, quia primo narrat, quae pu-

[113*] *AG* Ὅθεν καὶ ἀπορεῖται πότερόν ἐστι μαθητὸν ἢ ἐθιστὸν ἢ καὶ ἄλλως πως ἀσκητόν, ἢ κατά τινα θείαν μοῖραν ἢ καὶ διὰ τύχην παραγίνεται· – *AL* Unde et queritur utrum est discibile aut assuescibile vel aliter qualiter exercitabile, vel secundum quandam divinam particulam, vel propter fortunam advenit.

[1060] *Mt 19,21.*

[1061] *Antisthenes (um 445–365 v. Chr.), Schüler des Sokrates und möglicherweise Lehrer des Diogenes von Sinope, galt den antiken Philosophiehistorikern als Begründer des Kynismus. – NP I 793 f.; DPhA I 245–255.*

[1062] *Krates von Theben (368/365–288/285 v. Chr.), kynischer Philosoph, Schüler des Diogenes von Sinope, Lehrer des Zenon von Kition. – NP VI 810–812.*

[1063] *Zu Krates' Verteilung seines Vermögens unter den Bürgern von Theben vgl. Diog. Laert. vit. 6,87 (Hicks II 90):* ἐξαργυρισάμενόν τε τὴν οὐσίαν καὶ γὰρ ἦν τῶν ἐπιφανῶν ἀνθροίσαντα πρὸς τὰ [ἑκατὸν] διακόσια τάλαντα, τοῖς πολίταις ἀνεῖναι ταῦτα. *Eine ähnliche Tat des Antisthenes, erwähnt Diogenes Laertius nicht, vgl. Diog. Laert. vit. 6,1–19 (Hicks II 2–22).*

[1064] *Mt 19,29* Et omnis, qui reliquit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam aeternam possidebit.

[1065] *1Kor 1,26.*

[1066] *Jes 56,4 f.*

tari a nonnullis queant eius causae, atque numero quinque recenset. Deinde singillatim de his agit. Quinque hic annumeratae causae ad duo cogi possunt, nam aut interiores sunt aut externae. Interiores habentur, quod a nobis proficiscantur disciplina, consuetudo et exercitium. Externae vero putantur Deus et fortuna. Inter consuetudinem et exercitium hoc interest, quia consuetudo refertur ad virtutes, quae crebris et frequentibus actionibus pariuntur. Exercitia vero et labores et industriae sunt adhibendae ad divitias, ad honores et ad valetudinem firmam consequendam et servandam, in quibus rebus nonnulli felicitatem, ut dictum | est, collocarunt. Primum vero de disciplina spectat eos, qui virtutes existimarunt addisci doctrinis adhibitis. Unde, si opus est disciplina, discendum esset; sin consuetudine, oportet non desistere a rectis actionibus. Si exercitationi adscribatur, necesse est, ut non parcatur laboribus. Si a Deo expectetur, orandus est. Sin vero a fortuna, cum circa eam nil possimus, ei utique totum erit permittendum. Stoici et praesertim Epictetus distinguunt omnia, quae reperiuntur, aut ἐφ' ἡμῖν aut οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Per ea, quae sunt in nobis, intelligunt quae possumus nostro consilio regere ac viribus assequi. Illa vero dicuntur οὐκ ἐφ' ἡμῖν, quae in potestate non habemus, ut nobilitas, valetudo, divitiae.[1067]

Consuetudo et exercitium quid differant.

223 z_1

Causae felicitatis.

Si quid aliud est, quod a Deo hominibus donetur, consentaneum est felicitatem quoque a Deo datam et praesertim, quanto rerum humanarum est ¦ optima. Sed hoc forte magis est proprium alterius tractationis. [114*]

1099b 11–14

202 z_2

A Deo auspicatur examen ob eius, quantum iudico, dignitatem, verum de illo admodum perplexe loquitur atque obscure. Propositionem adducit hypotheticam neque absolvit argumentationem: »Si quod«, inquit, »est donum Dei, felicitas ab illo dabitur.« Et connexionis rationem monstrat, quod ipsa inter omnia humana potissimum locum habeat. Verum ad argumentum perficiendum duplex minor potest ad-

Felicitas an sit a Deo.

[114*] *AG* εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλο τί ἐστι θεῶν δώρημα ἀνθρώποις, εὔλογον καὶ τὴν εὐδαιμονίαν θεόσδοτον εἶναι, καὶ μάλιστα τῶν ἀνθρωπίνων ὅσῳ βέλτιστον· ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως ἄλλης ἂν εἴη σκέψεως οἰκειότερον· – *AL* Si quidem igitur et aliud aliquod deorum est donum hominibus, racionabile et felicitatem dei datum esse, et maxime humanorum quanto optimum. Set hoc quidem forte alterius erit utique perscrutacionis magis proprium.

[1067] *Epict. diss. 1,22,10 (Schenkl 78,20–79,3):* ἐφ' ἡμῖν μὲν προαίρεσις καὶ πάντα τὰ προαιρετικὰ ἔργα, οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα, τὰ μέρη τοῦ σώματος, κτήσεις, γονεῖς, ἀδελφοί, τέκνα, πατρίς, ἁπλῶς οἱ κοινωνοί.

di, una piorum est et nostra: »Sed multa donantur hominibus a Deo«, igitur ab eodem est felicitas expectanda. Multa vero dari hominibus a Deo nos haudquaquam dubitamus, qui providentiam eius de singulis quoque rebus praedicamus,[1068] et cum ab eo ut a summo bono et fonte bonitatis, quicquid bonum est, derivetur, id citra eius arbitrium, voluntatem et electionem dimanare ne suspicamur quidem. At non desunt alii et quidem Peripatetici, qui de providentia Dei longe aliter suspicantur. Nam putant eius providentiam quo ad singularia non extendi nisi usque ad lunam, quia illuc usque omnia constanter et summo agantur ordine.[1069] Quo vero ad res inferiores providentiam duntaxat ponunt quo ad genera non quo ad singula.[1070] Quare illi pro minori propositione acciperent: »Sed nulla dona ex Deo distribuuntur hominibus«, igitur neque felicitatem largitur. Hominibus autem a Deo minime dari dona dicunt, non quod illum non agnoscant primam causam efficientem, unde omnia bona oriantur, sed vocem dandi aut donandi | sumunt ex electione, voluntate ac iudicio libero. Bona, quae habemus et felicitatem fatebuntur a Deo pendere et a motu coeli neque aliter posse haberi, at illa dari ab eo non sentiunt certa distributione, de qua cogitet aut quam libera dispositione tribuat. Nam Deum putant necessario agere ac naturali impulsu.[1071] Quamobrem animadvertendum est eum hoc loco non affirmare neque negare felicitatem dari a Deo. Non affirmat, quia inquit esse hoc negotium alterius facultatis, nempe metaphysici, a quo tractatur de providentia Dei, sine qua doctrina quaestio haec definiri non potest. Nec etiam negat illam a Deo dari, ne incidat in absurdum; videtur enim a ratione alienum

Peripateticorum sententia de providentia.

224 Z_1

Z. 11 ad] de Z_1

[1068] *Vgl. Verm. Gen. 116r:* Ordo rerum declarat, quae condita sunt, non temere aut casu facta esse, ergo Deus est agens ex proposito eiusque providentiae ut generali et supremae cuidam arti omnia sunt subiecta, neque aliquid inveniri potest, quod illam subterfugiat.

[1069] *Vgl. Aug. gen. ad litt. 5,21,45 (CSEL XXVIII 165,8–14):* Nec omnino audiendi sunt, qui putauerunt sublimes quidem mundi partes, id est a confinio corpulentioris aeris huius et supra, diuina prouidentia gubernari, hanc autem imam partem terrenam et humidam aerisque huius uicinioris, qui terrarum et aquarum exhaltationibus humescit, in quo uenti nubesque consurgunt, casibus potius et fortuitis motibus agitari.

[1070] *Vgl. Alex. quaest. 2,19 (Bruns 63,22–25):* ὅσον δὲ αὐτοῦ γενητόν τε καὶ φθαρτὸν καὶ τῆς παρ' ἄλλου βοηθείας δεόμενον πρός τε τὸ εἶναι καὶ πρὸς τὴν διὰ τῆς εὐτάκτου μεταβολῆς κατ' εἶδος ἀιδιότητα, τοῦτ' ἐστὶ τὸ προνοούμενον.

[1071] *Vgl. Pic. Mir. concl. 88:* Secundum omnes philosophos dicendum est Deum necessario agere quicquid agit. *Diese These der* philosophi *wurde von den christlichen Theologen im Mittelalter immer wieder kritisiert, vgl. Scot. ord. I d. 8 p. 2 q. un. (Balic et al. IV 294–300). – Honnefelder 1991.*

dona reliqua dari a Deo et felicitatem ab illo non dari. Ex conditione itaque docet, si alia divinitus habentur, et felicitas quoque inde provenit, at nil affirmat. Quam vero in alterum locum tractationem hanc reiiciat oportune, haud video. Nam si pendet haec definitio a providentia, nonne poterat a metaphysico interim tantum mutuare doctrinae, quantum esset satis ad suam sententiam aperiendam? Hoc fecit de
203 Z_2 anima et a physico ¦ transtulit, quantum faciebat ad moralem doctrinam, et ait animam, ut mox videbimus, habere diversas partes.[1072] Itidem ut non probatum, sed assumptum scribere poterat Deum providentia sua dare hominibus multa dona, quibus cum ipsa felicitas longe sit praestantior, eam quoque inde spectare par esse, at hoc dissimulato praeterit et ad aliam inquit spectare tractationem. At, obsecro, quisnam oportunior fuerat locus, cum de moribus et virtutibus hic sit agendum, quorum notitia ut a primo principio pendet omnino a cognitione felicitatis? Nunc fuit tempus de illa categorice affirmare, ut a Deo expectari non minus deberet quam caetera dona. Propterea dum sic loquitur, invidiam conatur declinare impietatis, sed laudem non meretur apertae atque candidae confessionis. Si probe recteque sentiret, his ambagibus non erat utendum. Sed quid ille faceret? De voluntate Dei erga homines ex philosophia nil cognoscere potuit, nam quicquid de illa novimus, id totum divinis literis et praesertim Evangelio debemus.

Tractationem hanc non recte in alterum locum reiici.

Videtur autem, ut a Deo non mittatur, sed ex virtute aut doctrina quadam aut exercitatione accedat, res esse maxime divina; nam praemium virtutis et finis optimum, divinum et beatum videtur. [115*] 1099b 14–18

225 Z_1 | Cum a Deo felicitatem proficisci propemodum negarit, quia id fateri noluit, hoc saltem dat eam esse rem maxime divinam, id est perfectissimam, qua Deus quoque fruatur: is enim tametsi non ut homines, tamen sua quadam certa ratione beatus est. Hic Eustrathius de suo adiecit Deum felicitatem elargiri, at non sine commemoratis mediis,

Z. 4 oportune] opportune Z_2 13 oportunior] opportunior Z_2

[115*] *AG* φαίνεται δὲ κἂν εἰ μὴ θεόπεμπτός ἐστιν ἀλλὰ δι' ἀρετὴν καί τινα μάθησιν ἢ ἄσκησιν παραγίνεται, τῶν θειοτάτων εἶναι· τὸ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἄθλον καὶ τέλος ἄριστον εἶναι φαίνεται καὶ θεῖόν τι καὶ μακάριον· – *AL* Videtur autem, etsi non a deo missum est, set propter virtutem et quandam disciplinam vel exercitacionem hic advenit, divinissimorum esse; virtutis enim premium et finis, optimum videtur et divinum quid et beatum.

[1072] *Arist. eth. Nic. 1,13, 1102a 26–28 (Bywater 21).*

Quomodo Deus aliqua det sine medio et per media aliqua.

doctrina inquam, consuetudine, ac exercitio.[1073] Et certe a Deo nobis quaedam conceduntur, citra ullum nostrum laborem et studium. Quid enim quisquam unquam laboravit, ut ingeniosus nasceretur, nobilis aut firmo corpore ac aequabili temperamento? Certe nullus. Alia vero sic dat Deus, ut quibusdam mediis ad ea perveniamus. Sed est diligenter attendendum, si pie ac religiose velimus rem putare, ab ipso eodem Deo media nobis attribui: nemo quippe ad sanam doctrinam, nemo ad consuetudinem bonam, nemo ad exercitationem utilem promovebitur capessendam, nisi divino agatur impulsu. Verum ad Aristotelem redeamus. Non tantum felicitas, verum etiam honor praemium ponitur virtutis. At honor est praemium externum neque situm est in eo, qui afficitur honore, sed in honorante.[1074] Beatitudo praemium est internum et in homine virtute praedito ¦ haeret neque a virtute vel eius 204 Z_2

Beatitudo quomodo sit res divina.

actione divellitur. Rem divinam beatitudinem ideo profert, quia praemium est virtutis ac eius finis: praemium vero et finem praestantiora esse his liquet, quibus redduntur. At cum in rebus humanis quicquam non sit virtute praestantius aut melius, beatitudinem superest aliquid esse divinum. Et quemadmodum intelligentia, sic quoque illa perfectione homines Deum ipsum attingere videntur.

Virtuti praemium cur et a quo sit propositum.

Cur autem virtuti propositum sit praemium, facile fuerit videre, quod res paratu sit laboriosa: propterea, ne difficultate homines ab illa deterreantur, adeo nobili ac eximio praemio alliciunt. Sed hic ab Aristotele scire velim, quis nam fuerit ἀθλοθέτης, qui beatitudinis praemium ac finem hominibus proposuerit, qui virtutem ac probitatem sectentur. Non sane potest alius responderi atque Deus. Id quoque ipse non negabit. Cur ergo tam cunctabatur dare felicitatem a Deo expectandam? Quia (diceret), ut ut videam sic rerum naturam a Deo institutam, ut certa quadam connexione felicitas virtutes comitetur, ut lux solem, ut umbram corpus, ut calor ignem nunquam deserit, nihilominus id mihi de singulis hominibus non constat, an a Deo impellantur incitenturque ad virtutes consequendas et ad beatitudinem | obtinendam, et quia id video fieri doctrina, consuetudine ac exercitatione, ideo nolui diserte affirmare beatitudinem a Deo mortalibus mitti. Et 226 Z_1

[1073] *Eustr. graec. (Heylbut 87,29–31):* εἰ δὲ καὶ μὴ ἁπλῶς θεόθεν ἀνθρώποις πέμπεται, ἀλλ' ἔστιν ὥσπερ καί τι τῶν ἀπηριθμημένων συναίτιον, οἷον ἀρετὴ ἢ μάθησίς τις ἢ ἄσκησις, ὅμως φαίνεται θειότατόν τι χρῆμα ἡ εὐδαιμονία. *Eustr. lat. (Mercken 144,96–99):* Si autem et non simpliciter divinitus hominibus mittitur sed est quemadmodum et aliquid enumeratorum concausa, puta virtus vel disciplina quaedam vel exercitatio, tamen videtur divinissima quaedam res et possessio felicitas.

[1074] *Arist. eth. Nic. 1,5, 1095b 24f. (Bywater 5):* δοκεῖ γὰρ [τιμήν] ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι ἢ ἐν τῷ τιμωμένῳ.

haec porro causa est, cur in definitione felicitatis nullam Dei mentionem fecit, dixit solum actionem esse animi praestantissimam a perfectissima virtute derivatam.[1075] Plato vero in Timaeo, cum de philosophia loqueretur, inquit: Οὐ μεῖζον ἀγαθὸν οὔποτε ἦλθεν οὐδ' ἥξει τῷ θνητῷ γένει ἐκ θεῶν.[1076] At hoc naturalis rationis ductu non dixit nec physica ἀποδείξει usus, verum probabili argumento et quia peregrinando in Aegypto multa fortassis cognoverat verae solidaeque religionis arcana.[1077] Sed Aristoteles, qui tantum humanae rationis vim atque acumen sequitur, tria, quae iam commemoravimus, beatitudinis causas facit. Quae tamen non dicit sufficere, nam et alia quoque requiruntur, oportet enim et integras nancisci cum animi tum corporis vires, ut mox declarabitur.

Atque communis multis fuerit, nam doctrina diligentiaque poterit ab his omnibus comparari, qui manci non fuerint ad virtutem capessendam. [116*] 1099b 18–20

Si felicitas habet illa tria pro causis ac certis principiis, facile poterit communis esse multis, illi enim tantum excipiendi erunt, qui capti, debiles ¦ aut manci nascuntur et ob id ad felicitatem nequeunt pervenire. Nonnulli enim sunt, qui stulti et malo temperamento corporis nascuntur et propterea non possunt bonas artes et literas addiscere, surdi, muti aut magnis doloribus ac debilitate summa fracti, neque ad exercitia neque ad rectos mores sibi comparandos sunt idonei. Doctrina autem non ob morales virtutes admittitur, sed propter contemplantes facultates atque scientias, in quibus felicitas maxima ex parte sita est.[1078] Et quia dicitur felicitas communis pluribus, adduntur auditoribus ac lectoribus animi, ut putent, si ab illa exciderint, id sibi imputandum, qui discere, assuescere bonis actionibus et exerceri laboriose noluerint. Felicitas communis multis. 205 z_2

[116*] *AG* εἴη δ' ἂν καὶ πολύκοινον· δυνατὸν γὰρ ὑπάρξαι πᾶσι τοῖς μὴ πεπηρωμένοις πρὸς ἀρετὴν διά τινος μαθήσεως καὶ ἐπιμελείας· – *AL* Erit autem utique et multum commune. Possibile enim existere omnibus non orbatis ad virtutem per quandam disciplinam et studium.

[1075] *Arist. eth. Nic. 1,7, 1098a 16–18 (Bywater 11):* τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετήν, εἰ δὲ πλείους αἱ ἀρεταί, κατὰ τὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην.

[1076] *Plat. Tim. 47b (Burnet IV ibid.):* Οὔ μεῖζον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν οὔτε ἥξει ποτὲ τῷ θνητῷ γένει δωρηθὲν ἐκ θεῶν.

[1077] *Vgl. Streb. eth. 39v:* [Aristoteles] plura naturae quam Deo contribuit, sive quod naturam explicandam suscepisset, sive quod non ita peregrinatus esset ut Plato, ut quid Aegyptii, quid alii populi de Deo sentiret, intelligeret.

[1078] *Arist. eth. Nic. 10,7, 1177a 16–18 (Bywater 212):* ἡ τούτου ἐνέργεια κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν εἴη ἂν ἡ τελεία εὐδαιμονία· ὅτι δ' ἐστὶ θεωρητική, εἴρηται.

Pelagianorum et scholasticorum sententia.

Placuit haec sententia Pelagianis,[1079] qui iustitiam et regnum coeleste in viribus hominum posuere. Scholasticis etiam placuit, nam ut Pelagiani gratiam inficiabantur et naturam aiebant sufficere, ita isti nomine gratiam statuentes, re ipsa eam sustulerunt, ut qui eam communem ac omnibus expositam fecerunt, tanquam sit cuiusque illam seu | recipere 227 Z_1 seu a se depellere, cumque rogantur, quis det illam acceptantibus, ut ipsam expetant et oblatam capiant, ad liberum arbitrium confugiunt. Atque horum omnium antesignanus est Pighius.[1080] Quamobrem, si vel ab Aristotele vel ab his quaeras: cum felicitas ita sit, ut dicitis, communis, qui fit, ut eam tam pauci obtineant? Quoniam, inquient, pauci volunt discere, pauci laborare, pauci rectis actionibus et sanctis assuescere. At nos hic notemus communem certamque propositionem: cuilibet naturae seu speciei propositam esse finem, quam omnes in ea comprehensi possent assequi. Et sane quod Aristoteles de captis, mancis et debilibus responderent, interrogatus, cur ipsi non possent felicitatis participes esse, nempe ob ipsorum defectum naturalem, quod sua propositio intelligatur, quando vires integrae fuerint, ita nos respondemus: homines modo per seipsos non posse beatos esse, quoniam ab ipsa origine vitiata fuit natura neque habemus vires tam animi quam corporis integras.[1081] Proinde cum modo haec audimus, putemus nos Aristotelem, non Paulum aut Christum audire. Tria iam hic, ut vocant, praedicata felicitatis habemus: res est divina, obtineri potest tribus iam commemoratis principiis et omnibus propemodum est communis.

Finis cuiusque speciei ab omnibus, qui sub ea sunt, comprehendi potest.

1099b 20–23 *Quod, si melius est hoc modo quam ex fortuna beatum fieri, rem sic habere consentaneum est, nam quae secundum naturam fiunt, optime quam possunt | fiunt nec non quae ab arte et omni causa, praesertim optima.* [117*] 206 Z_2

Z. 12 *Marg.* sub ea] sub Z_2

[117*] *AG* εἰ δ' ἐστὶν οὕτω βέλτιον ἢ τὸ διὰ τύχην εὐδαιμονεῖν, εὔλογον ἔχειν οὕτως, εἴπερ τὰ κατὰ φύσιν, ὡς οἷόν τε κάλλιστα ἔχειν, οὕτω πέφυκεν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ κατὰ τέχνην καὶ πᾶσαν αἰτίαν, καὶ μάλιστα ‹τὸ› κατὰ τὴν ἀρίστην· – *AL* Si autem est ita melius quam propter fortunam beari, racionabile habere sic, si quidem que secundum naturam ut possibile optime habere, sic nata sunt. Similiter autem et que secundum artem et omnem causam et maxime secundum optimam.

[1079] *Pelagius (gest. vor 431) verteidigte den freien Willen und lehnte die insbesondere von Augustin vertretene Erbsündenlehre ab. Seine Lehre wurde auf mehreren afrikanischen Konzilien verurteilt, fand aber auch nach seinem Tode noch Anhänger (Semipelagianismus). Für die Reformatoren stand das Etikett »Pelagianismus« u. a. für den Glauben an eine Werkgerechtigkeit. – TRE XXVI 176–185; NP IX 487f.; QP IV 465–486.*

[1080] *Vgl. Verm. Rom. 553:* […] Pighius propugnator et Achilles papistarum. *Zu Albert Pighius (Pigge) (gest. 1542) vgl. Jedin 1931.*

[1081] *Vgl. Röm 3,10–18.*

Fortuna restabat, quam his verbis a causis felicitatis removet hoc porro nomine, quod indigna sit, quae ad tantum munus prodendum mortalibus adsciscatur. Conabor autem, priusquam rationem ab Aristotele allatam expediam, quid nam fortuna sit aperire. Ut secundo Physicorum scribitur, causa est per accidens atque tum se interponit, vel quando aliquid cuipiam adiungitur, qui vere author est effectus consequentis, ad quem effectum producendum id, quod adiunctum est, nil efficit, sed tantum aliquando praebet occasionem et absque illo posset effectus provenire.[1082] Hoc similitudine patefiet. Si per febrim quis temperatus efficiatur, id fortuito evenisse dicemus. Est enim | ut a causa propria temperantia ex voluntate, quae frenet cupiditatis affectum; febris, ut id fiat, occasio esse potuit, causa esse non potuit. Et quia fortuito concurrunt haec in eodem homine voluntas agendi temperanter et febris, ideo ex febri temperantia oritur fortuito. Satis autem liquet febrim temperantiae per se non esse causam, alioqui omnes febricitantes evaderent temperati. Ad hanc dicendi rationem examinari et accipi debet Pauli sententia: »Scientia inflat«[1083]. Fastus ex voluntate prodit, quae nostra praefert immodice alienis; hinc inanes evadimus et tumidi. Et quia id, ut fiat, nonnullis occasionem scientia praebet, ideo illa, sed ex fortuna dicitur inflare. Quia in eodem homine fortuito haec duo iunguntur, appetitus vincendi et excedendi caeteros, et rerum aliqua scientia utque ista temere iunguntur, sic tumor inanis fortuito progreditur a scientia. Fit item, cum illi effectui, quem per seipsum ac nostro consilio expetimus, aliquis alius temere cohaeret; is enim tum ex fortuna provenit, non ex proposito, cum nos revera quippiam aliud quaereremus. Ut aliquibus nonnunquam fossoribus, qui tantum vinearum aut arborum cultui studebant, occurrit in laborando thesaurus, hoc inquam ex fortuna evenit, cum fossor aliud quaesivisset.[1084] Neque fossio propria veraque causa est inveniendi thesauri, nam id, si quis statuat, idem necesse habebit, omnes fossores ponere thesaurorum repertores. Accedit praeterea omnes fortuitos effectus raro admodum evenire idque contra quam fiat in veris ac propriis causis, quae haud frequenter

Fortuna quid sit.

228 Z_1

Z. 6 cuipiam] cupiam Z_1 9 patefiet] patefit Z_2 15 febricitantes] febricantes Z_2

[1082] *Arist. phys. 2,5, 197a 5f. (Ross ibid.):* δῆλον ἄρα ὅτι ἡ τύχη αἰτία κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν τῶν ἕνεκά του.

[1083] *1Kor 8,1.*

[1084] *Vgl. Boeth. cons. 5,1,13 (CCSL XCIV 89,34–38):* Quotiens […] aliquid cuiuspiam rei gratia geritur aliudque quibusdam de causis quam quod intendebatur obtingit casus uocatur, ut si quis colendi agri causa fodiens humum defossi auri pondus inueniat.

Fortuna non est causa felicitatis.

impediuntur, a suis producendis effectibus.[1085] Quae cum ita sint, apparet et quidem manifeste fortunam cum ratione atque consilio pugnare. Unde non est fas illi productionem felicitatis attribuere. Ita concludit Aristoteles, cum felicitas melius deri¦vetur ex iam commemoratis 207 Z_2
causis quam ex fortuna, consentaneum est, ut sic esse atque habere
constituatur, quia debet optimo quam possit modo effici: natura enim ita consuevit, quae parit meliore modo et ratione quam possit facere. Ac inde illa oritur admiratio in naturalibus rebus, quia summam animadvertimus industriam adhibitam a natura, ut res optimis rationibus et modis a se prodirent, quod identidem in omnibus artibus agnoscitur:
nam faber id elaborat, ut suum opus quam optimum exeat.[1086] Nec non id sibi quaelibet causa pro viribus vindicat neque id mirum, quandoquidem, ut ab initio dictum est, omnis ars et facultas et | causa 229 Z_1
bonum expetunt,[1087] qui fit, ut quo melior est causa, eo ad praestantiorem tendat effectum. Merito itaque subdit Aristoteles *praesertim quae*
optima fuerit, hoc de virtute seu anima rationis participe intelligens, quas felicitatis ponit causas. Etenim si aliae causae id agunt et ibi sunt, ut modo quam optimo sua faciant, id maxime de virtute ac hominis animo credendum est.

Neque ratione caret, quod inquit *consentaneum*. Quia eo verbo indicat
rationem suam non ἀπόδειξιν, sed probabilem esse rationem, ut enim facile videmus, a minori ad maius est illius probatio.[1088] Si caeterae causae atque principia conantur res quam praestantissimas edere, cur

Natura quomodo accurate agat.

non id etiam de virtute atque intelligenti animo existimemus? Ut autem natura solerter summaque industria in suis operibus procedat, ipse
Aristoteles docet De partibus animalium, Theophrastus De partibus plantarum, Plinius[1089] De historia naturali, sed prae omnibus Galenus

Z. 1 cum] quum Z_2

[1085] *Vgl. Amm. int. (Busse 142,15–17):* τὸ μὲν ἀπὸ τύχης παρυφίστασθαι καὶ ἐπισυμβαίνειν παρὰ δόξαν καὶ σπανίως λέγεται τοῖς κατὰ προαίρεσιν γινομένοις. *Amm. int. transl. (Verbeke 271,27–29):* Quod a fortuna adesse et accidere praeter opinionem et raro dicitur in his quae secundum electionem fiunt.

[1086] *Vgl. Cic. nat. deor. 2,57 (Rackham 178):* Censet enim [Zeno] artis maxume proprium esse creare et gignere, quodque in operibus nostrarum artium manus efficiat id multo artificiosius naturam efficere […]. Atque hac quidem ratione omnis natura artificiosa est, quod habet quasi viam quandam et sectam quam sequatur.

[1087] *Arist. eth. Nic. 1,1, 1094a 1f. (Bywater 1).*

[1088] *Vgl. Petr. Hisp. tract. 5,32 (De Rijk 73,16–20):* Locus a minori est habitudo minoris ad maius. […] Maxima: si id quod minus videtur inesse inest, et id quod maius.

[1089] *Plinius d.Ä. (Gaius Plinius Secundus Maior, 23/24–79 n. Chr.), römischer Gelehrter, Verfasser des enzyklopädischen Werks »Naturalis historia«. – NP IX 1135–1141; GRL II 768–783.*

in libro De utilitate partium.[1090] Quod, si omnia facit natura tanto ordine tamque accurate ac frequentissime agit eodem modo, non raro et in paucissimis, fortuitae illius actiones vocari non possunt. Ars quoque naturam imitatur, ad quam ut non perveniat, ratione tamen agit et magna industria, constat enim multis praeceptis.[1091] At nemo ignorat non opus esse praeceptis ad fortuitas actiones: quare non casu agunt, qui artificiose quippiam elaborant. Aliae quoque causae, illae praesertim quae bonarum rerum sunt authores, prout nobiles ac praestantes habent effectus, etiam ipsae praeclarae sunt et insignes.[1092]

Ratio cui Aristoteles innititur ita explicabitur: Analysis.

Summum bonum in causam vilem et abiectam referri non debet.
Felicitas est summum bonum et fortuna inter causas ignobilis.
Quare beatitudo non debet in fortunam, indigniorem causam caeteris, reduci.[1093]

Atque argumenti huius vis ex eo pendenda est, quia tametsi nobilis causa interdum vilem producat effectum, quemadmodum scimus solem non tantum gi¦gnere hominem,[1094] sed etiam ranas, pulices et muscas, attamen praeclara effecta non queunt, nisi a causis eximiis proficisci. Hic videmus, ut disertis et apertissimis verbis Aristoteles explodat fortunam, ut qui nolit eam inter causas felicitatis commemorare, atque mutuo sumit propositiones cum ex Physicis tum ex prima philosophia; quod sane idem facere poterat asserendo Deum beatitudinis hu|manae causam. Ablegavit igitur et Deum et fortunam ab hoc munere, Deum quidem ut nimis dignum et excelsum, fortunam vero ut indignam et viliorem causam, inconstantissima enim res est, neque ullam habet ὑπόστασιν. Quae tamen sic excluditur, ut circa naturam et essentiam felicitatis nil faciat, at indubitato aliquid potest in ea bona,

208 Z_2

230 Z_1

Fortuna quomodo non sit causa felicitatis, cum multum possit in bonis externis.

Z. 15 pendenda] pendet Z_2

[1090] *Alle von Vermigli erwähnten Werke (Arist. part. an. [Peck 52–431]; Theoph. hist. plant. [Hort I-II]; Plin. nat. [Mayhoff I-V]; Gal. part. [GO III-IV]) bieten eine Gesamtschau der Naturgeschichte.*

[1091] *Vgl. Streb. eth. 40r:* Ars imitatur naturam, quoad potest. Itaque opera naturae sunt absolutiora quam manus. Nulla ras (inquit M[arcus] T[ullius]) imitari solertiam natura potest. *Vgl. Cic. nat. deor. 1,92 (Rackham 90).*

[1092] *Vgl. Streb. eth. 40r:* Praeter artem naturamque sunt causae tum bonorum tum malorum […]. De causis bonorum loquitur Aristoteles, quae quanto sunt praestantiores, tanto meliores pariunt effectus.

[1093] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Cesare.

[1094] *Arist. phys. 2,2, 194b 13 (Ross ibid.):* ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ καὶ ἥλιος.

quae iuvant felicitatem et eius instrumenta sunt.[1095] Quod si potest in divitias et honores et consimilia, quae, ut dictum est, ad beatitudinem haud parum faciunt, quare illius causam esse negant? Fatemur quidem ista explere atque felicitati inservire, et ita inservire, ut absque illis non sit, at illam proprie facere pernegamus. Non enim ut defectus harum rerum queunt beatitudinem impedire, ita si adfuerint, illam praestant et efficiunt.[1096] Siquidem permultos videris nobiles, divites, robustos et in honoribus, quos tamen, cum pravi sint, felices minime dixeris: quod porro non eveniret si haec felicitatis essent per se causae. Verum si bona eiusmodi subducantur probis et sapientibus, illos felices esse non sinunt, quamvis (ut dictum est) ipsa beatitudinis causae non sint. Quod si quaeras, an a fortuna quoque proveniant corporis bona, facile negaverim, quoniam fortuna ex illis causis perhibetur, quae ut raro et infrequenter agunt. Vix enim intra centum annos continget, ut fossor vinearum aut arator incidat in thesaurum, at frequentissime datur nascentibus hominibus, ut temperamentum corporis tolerabile sortiantur membraque dentur integra et vires idoneae ad res agendas.

Corporis bona nec proveniunt a fortuna.

1099b 24–25 *Quod vero maximum atque pulcherrimum est fortunae permittere, oppido absurdum fuerit.* [118*]

His verbis minor iam allatae rationis propositio explicatur, nempe felicitatem esse bonum summum et fortunam ignobilem causam esse. Vox autem Graeca πλημμελές inconcinnum significat, inconditum, dissonans aut discrepans.[1097]

1099b 25–26 *Quodque modo quaeritur, ex ipsa quoque definitione planum est, nam dictum fuit actionem quandam esse secundum virtutem.* [119*]

Z. 14 continget] contingit Z_2

[118*] *AG* τὸ δὲ μέγιστον καὶ κάλλιστον ἐπιτρέψαι τύχῃ λίαν πλημμελὲς ἂν εἴη· – *AL* Maximum autem et optimum concedere fortune, valde perniciosum utique erit.

[119*] *AG* συμφανὲς δ' ἐστὶ καὶ ἐκ τοῦ λόγου τὸ ζητούμενον· εἴρηται γὰρ ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν ποιά τις· – *AL* Manifestum autem est et ex racione quod queritur. Dictum est enim anime operacio secundum virtutem qualis quedam.

[1095] *Vgl. Streb. eth. 39r:* Bona fortunae dat foelici velut instrumenta.

[1096] *Vgl. Streb. eth. 39r:* Non quemadmodum fortuna foelicitatem turbare potest, ita et illam gignere. Potest efficere, ut homo ne sit beatus, non potest efficere, ut sit beatus, quia non dat virtutes et animi bona.

[1097] *Vgl. Streb. eth. 41r:* πλημμελές proprie inconcinnum, id est inconditum et discrepans.

209 Z_2
231 Z_1

¦ Quod nunc adducitur argumentum est multo firmius, nempe a de|finitione beatitudinis desumptum, et sensus est: quia felicitas animi actio est et non vulgaris, a fortuna expectari non debet, siquidem alia est animorum virtutisque natura quam sit fortunae. Non autem absolute ait beatitudinem esse animi actionem, sed certam quandam adiecit, nempe absolutissimam et perfectissimam, quandoque ab optima virtute proficiscatur. Vis argumenti ex eo pendet, quod neque animus humanus neque virtus fortuito agant.

Felicitas est animi actio et ideo non est a fortuna.

Ex reliquis autem bonis haec necessario insunt, haec vero adiuvant et utilia sunt quasi instrumenta. [120*] 1099b 27–28

Per occupationem proculdubio ista dicuntur. Dixerit enim aliquis: cum statuas felicitatem actionem esse animi perfectissimam, quae derivetur ex praestantissima virtute, quid in consortium eius advocasti caetera bona; si natura et definitio beatitudinis ex illis non constat, quare tandem ipsi adiunguntur? Tacitae huic obiectioni respondet: quia si loquaris de corporis bonis, ut recta valetudo est, sensuum integritas et commodum temperamentum, necessaria sunt et requiruntur ad beatitudinem, ac ita requiruntur, ut absque his nemo felix aut haberi aut esse possit. Unde superius a felicitate illi sunt exclusi, qui capti essent viribus aut manci vel debilitati. Externa vero bona exiguntur ut utilia et ceu instrumenta quaedam, ut per haec elicere possimus ex virtutibus honestas actiones, non tamen inde fit ista vel ad naturam vel ad essentiam beatitudinis pertinere. Quemadmodum fabrilis ars necessario exigit vires, malleos et incudem, et absque his nil a fabro ex arte sua potest fieri. Quis tamen dixerit artem illam esse malleos incudem et vires? Nullus meo iudicio, qui sapiat. Valent haec multum ad naturam seu definitionem humanae felicitatis intelligendam.

Reliqua bona quare addantur felicitati si ea animi actio est.

Z. 5 animi] animae Z_2 6 quandoque] quandoquidem Z_2

[120*] *AG* τῶν δὲ λοιπῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν ὑπάρχειν ἀναγκαῖον, τὰ δὲ συνεργὰ καὶ χρήσιμα πέφυκεν ὀργανικῶς· – *AL* Reliquorum autem bonorum hec quidem existere necessarium, hec autem cooperativa et utilia nata sunt organice.

1099b 28–32 *Consentanea haec fuerint his, quae ab initio diximus. Etenim posuimus optimum esse facultatis civilis finem. Ea vero maximam diligentiam adhibet, ut cives aliqua praecipua qualitate ornet, | bonos faciat et honestarum rerum effectores.* [121*] 232 Z_1

Felicitas est finis civilis facultatis, ideoque non est ex fortuna.

Rursus confirmat, felicitatem ex fortuna non esse, quoniam ab initio dixerat, summum hominis bonum finem esse civilis facultatis.[1098] Nemini vero est ¦ dubium illam non agere casu aut fortuito. Optimum 210 Z_2 finem hominis ad eam facultatem pertinere probat ex eo, quia in eo plurimum laborat civilis virtus, ut bonos reddat cives. Quare si diligentia utitur, fortuito agere dici non potest. Consilium enim, industria et diligentia cum fortuna oppido pugnant. Studet vero civilis ars bonos reddere cives et optimis conditionibus ac qualitatibus insignes: primum bonas leges ferendo, postea earum custodes atque fideles observatores honoribus ac praemiis afficiendo, e diverso transgressores puniendo ac deprimendo. Sunt itaque civilis virtutis geminae partes: una est bonas promulgare leges; altera illis rempub[licam] gerere atque administrare. Quas duas partes Plato duobus et attigit et eleganter absolvit libris, nempe De legibus et De repub[lica].[1099] Ex isto quoque loco habetur magistratus (cum enim civilis facultatis meminit, de eo loquitur) praecipuum munus id esse, ut cives bonos faciat. Est sane aliquid subditos ditare, fines imperii ampliare, moenibus et propugnaculis urbem munire, sed quod in magistratum maxime omnium convenit, est, ut bonos cives faciat. Quare admoti ad reipub[licae] gubernacula, nil a sua cura putare debent alienum, quod huc spectet. Neque ut nonnulli faciunt, religionum puram castamque observationem extra suum officium positam arbitrabuntur. Atque hoc cum ita sit, illi prudenter sentiunt, qui magistratus et ministrorum ecclesiae summam coniunctionem saluta-

Magistratus praecipuum munus.

Magistratus et ministrorum ecclesiae coniunctio.

Z. 18 et De] et Z_2 23 reipub[licae]] reip[ublicae] Z_2

[121*] *AG* ὁμολογούμενα δὲ ταῦτ' ἂν εἴη καὶ τοῖς ἐν ἀρχῇ· τὸ γὰρ τῆς πολιτικῆς τέλος ἄριστον ἐτίθεμεν, αὕτη δὲ πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ ποιούς τινας καὶ ἀγαθοὺς τοὺς πολίτας ποιῆσαι καὶ πρακτικοὺς τῶν καλῶν· – *AL* Confessa autem hec utique erunt et hiis que a principio. Politice autem finem optimum posuimus. Hec autem plurimum studium facit huiusmodi quales quosdam et bonos cives facere et operatores bonorum.

[1098] *Arist. eth. Nic. 1,2, 1094a 26–28 (Bywater 2).*

[1099] *Vgl. Streb. eth. 40v:* Scientiae civilis duo sunt genera, unum, quod versatur in legibus, alterum, quod in administratione reipublicae. Illud Plato tractat in libris De legibus, hoc in opere De republica. *Plat. resp. 327a–621d (Burnet IV ibid.); Plat. leg. 624a–969d (Burnet V ibid.).*

rem esse rebus publicis iudicant.[1100] Unde alioquin ii, qui praesunt rebus, melius gubernandi viam et modum haurient, a quibus aliis regulas crediti sibi muneris habere poterunt? Per quos aptius, quae praecipiunt recte atque honeste, populo suadebunt? Et denique unde melius quam ex divinis oraculis earum rerum, quas decernunt, rationes reddent? Porro cum se a subditis ea requirere ostendent, quae divinis verbis congruant, plebi pie institutae perfecte satisfecerint. Verum ad Aristotelem redeo, qui robuste conficit beatitudinem a fortuna non expectandam, cum a virtute civili seu magistratibus oriatur, qui ratione, consilio gravique deliberatione sua faciunt atque statuunt, cum e diverso fortuna sine consilio, absque ratione ac mente omnia, quae
233 Z_1 facit, agere perhibea|tur. Neque leviter praetereunda sententia quae hinc elicitur: grave testimonium esse veritatis, quando posterius dicta prioribus consentiunt. Nam dicit Aristoteles, quod modo fortunam a causis felicitatis removeat, his pulchre congruere, quae iam inde ab initio libri tradiderat. Quare his, qui aliquod argumentum tractant, aut disputant, aut causam dicunt, id magnopere cavendum est, ne secum dicendo pugnent.

211 Z_2 ¦ *Itaque nec bovem, nec equum, neque ullum aliud animal beatum esse dicimus, quod eiusmodi actionis particeps esse nequeat.*[122*] 1099b 32–1100a 1

Materia seu subiectum felicitatis.

De causis felicitatis est abunde actum, modo statuitur de materia, subiecto seu personis, quae capaces illius non censeantur. Quique ab ea excluduntur, vi allatae iam definitionis removentur, quae statuit felicitatem actionem esse animi humani optimam, quae a praestantissima virtute oriatur. Hoc, inquam, si sic est, primo loco bruta eius participia non erunt, cum actionis eius generis minime sint capacia. Sed inter expertia rationis, cur potissimum equi ac bovis mentionem fecit? Quoniam haec animantia inter caetera non tantum sunt mitiora, sed etiam perfecta sunt et nobiscum perpetuo versantur.[1101] Ea igitur, tametsi disciplina non careant, a beatitudine nihilominus aliena ponit. Neque

Z. 26 cum] quum Z_2

[122*] *AG* εἰκότως οὖν οὔτε βοῦν οὔτε ἵππον οὔτε ἄλλο τῶν ζῴων οὐδὲν εὔδαιμον λέγομεν· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν οἷόν τε κοινωνῆσαι τοιαύτης ἐνεργείας· – *AL* Decenter igitur neque bovem neque equum neque aliud animancium aliquod, felix esse dicimus. Nullum enim ipsorum possibile est communicare tali operacione.

[1100] *Vgl. Buc. reg. 2,1 (Wendel 98f.).*

[1101] *Vgl. Streb. eth. 40v:* Quum de mutis animantibus diceret, cur potius bovem et equum nominavit? Sunt bos et equus animantia nobis omnium utilissima.

dubium est, si disciplinae tantum ratio habenda fuisset, quin elephantus adducendus fuerit, cum, ut ipsemet Aristoteles et Plinius testantur, id animal facillime quidvis doceatur.[1102] Id tamen tacuit, quia non tam passim ut bos et equus inter homines versetur. Non quidem inficiaretur haec animantia bruta in sua natura seu specie bonum quoddam sibi proprium habere, quod sit illis praecipuum et summum, at id beatitudinem putare debemus non esse, cum eius id sit, ut citra rationem minime consistat.[1103]

1100a 1–5 *Ob eamque causam ne puer quidem felix est, quippe qui nondum per aetatem istas actiones possit efficere, quique felices praedicantur, propter spem beati censentur. Opus est enim (ut diximus) et virtute perfecta et vita perfecta.* [123*]

| Nunc a beatitudine pueros identidem ob id removet, quia per aetatem, quae in eis est admodum recens ac tenera, minime possunt actionem illam omnibus numeris absolutam edere. Quid vero iudicium et rationem puerorum impediat, illis videre difficile non est, qui secum reputent, cum in intelligendo phantasia sit opus et cogitatione (quia, ut iste idem Aristoteles dicit, oportet intelligentem phantasmata contemplari[1104]), ea in illa aetate propter humorem nimium redundantem inepta esse. Proinde cum eiusmodi vitio iudicare nequeant, eligere quoque, quae agant, non possunt, unde satis imperfecta sunt, ¦ quae ab illis geruntur. Vulgus nihilominus interdum beatos dicit pueros, quoniam

234 Z_1

Puerorum iudicium quid impediat.

212 Z_2

Z. 2 cum] quum Z_2 7 cum] quum Z_2

[123*] *AG* διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν οὐδὲ παῖς εὐδαίμων ἐστίν· οὔπω γὰρ πρακτικὸς τῶν τοιούτων διὰ τὴν ἡλικίαν· οἱ δὲ λεγόμενοι διὰ τὴν ἐλπίδα μακαρίζονται· δεῖ γάρ, ὥσπερ εἴπομεν, καὶ ἀρετῆς τελείας καὶ βίου τελείου· – *AL* Propter hanc autem causam neque puer felix est. Nondum enim operator talium propter etatem. Dicti autem propter spem beatificantur. Indigent enim quemadmodum diximus et virtute perfecta et vita perfecta.

[1102] *Arist. hist. an. 9,46, 630b 18–21 (Peck/Balme III 390):* Πάντων δὲ τιθασσότατον καὶ ἡμερώτατον τῶν ἀγρίων ἐστὶν ὁ ἐλέφας· πολλὰ γὰρ καὶ παιδεύεται καὶ ξυνίησιν, ἐπεὶ καὶ προσκυνεῖν διδάσκονται τὸν βασιλέα· Ἔστι δὲ καὶ εὐαίσθητον καὶ τῇ συνέσει τῇ ἄλλῃ ὑπερβάλλον. *Plin. nat. 8,1 (Mayhoff II 77,11–15):* Maximum est elephans proximumque humanis sensibus, quippe intellectus illis sermonis patrii et imperiorum obedientia, officiorum quae didicere memoria, amoris et gloriae voluptas, immo vero, quae etiam in homine rara, probitas, prudentia, aequitas.

[1103] *Vgl. Streb. eth. 40v:* Nullis animantibus mutis tribuenda foelicitas, quia sunt rationes expertia. Aliis alia sunt praestantiora, meliora, generosiora, utiliora, nullum beatum, quia ratio principium beatitudinis abest.

[1104] *Arist. anim. 3,8, 432a 8f. (Ross 77):* ὅταν τε θεωρῇ, ἀνάγκη ἅμα φάντασμά τι θεωρεῖν.

sic futuri sperantur: saepius enim accidit, ut indoles, ut maiores, ut corporis et membrorum constitutio, ut facilitas discendi hoc de illis polliceantur.[1105] Et videntur nonnunquam in ea aetate impetus ad honesta et odium seu detestatio vitiorum, quare adducantur paedagogi et praeceptores ac cognati, ut ipsos pueros fore beatos expectent. Sed rationem quae reddit, propter quam beati esse non possint, ut ab Aristotele producitur, excutiamus. »Opus«, inquit, »est ad felicitatem perfecta cum virtute tum vita.« De vita minime controversia est, quia ut una hirundo non facit ver, ita una dies felicem hominem non reddit.[1106] Quare longiori aetate ac productiori tempore vita danda est, si quis felix effici debeat. Virtus quoque perfecta exigitur, quia, nisi radices altius egerint, ut parum firma facile dilabetur. In summa vult Aristoteles felicem in eo esse statu, ut inde non possit leviter deiici, ad quem omnes vident et consummata vita et absoluta virtute opus esse. Dumque pueros ita nunc amolitur, etiam illi senes intelligendi sunt pari ratione exclusi, qui delirant et prae senio iam nil recte iudicant. Et ut nominatim non sint expressi, ratione definitionis allatae in hoc grege comprehenduntur.

Pueros non esse felices.

‹I,5› *Etenim multae fiunt in vita mutationes ac variae fortunae contingunt fierique potest, ut homo copiosus et iucundus gravibus calamitatibus senex involvatur, ut de Priamo in heroicis fabulae narrant. Qui autem fortunis eiusmodi fuerit usus, ut vitam ita misere obierit, eum nemo beatum dixerit.* [124*] 1100a 5–9

235 Z_1 | His, quae modo afferuntur, et confirmatur sententia de pueris a felicitate removendis et via sternitur ad ea, quae proximo capite sunt disputanda. Iure puer felix esse non potest, cum multae magnaeque mutationes illi immineant, est enim adhuc in ipsis vitae carceribus. Deinde cum possint omnibus modo recte beneque habentibus eadem

An quisquam hominum possit felix dici, dum vita hominum tot mutationibus sit obnoxia.

Z. 12 egerint] egerit Z_2 18 comprehenduntur] comprehendenduntur Z_2

[124*] *AG* πολλαὶ γὰρ μεταβολαὶ γίνονται καὶ παντοῖαι τύχαι κατὰ τὸν βίον, καὶ ἐνδέχεται τὸν μάλιστ' εὐθηνοῦντα μεγάλαις συμφοραῖς περιπεσεῖν ἐπὶ γήρως, καθάπερ ἐν τοῖς Τρωικοῖς περὶ Πριάμου μυθεύεται· τὸν δὲ τοιαύταις χρησάμενον τύχαις καὶ τελευτήσαντα ἀθλίως οὐδεὶς εὐδαιμονίζει· – *AL* Multe autem transmutaciones fiunt et omnimode fortune secundum vitam, et contingit maxime habundantem magnis calamitatibus incidere in senectute quemadmodum in eroycis de Priamo narratur. Talibus autem usum fortunis et finientem miserabiliter, nullus itaque felicitat.

[1105] *Vgl. Streb. eth. 40v:* Pueri foelices vocantur nobiles, divites, pulchri, robusti, animosi, temperantes, ingeniosi, dociles. Hae sunt enim particulae foelicitatis.

[1106] *Arist. eth. Nic. 1,7, 1098a 18–20 (Bywater 11).*

evenire, quae Priamo[1107] contigerunt, ambiguum relinquitur, an quispiam quam diu hic vixerit, cum his vicissitudinibus subiaceat, felix rite dici possit, nedum id velimus puero dare, qui prae sene multo frequentioribus undis et fluctibus vitae agitandus est. Et videtur apte dubitari seclusis brutis et pueris, an quivis homo illius beatitudinis particeps haberi debeat, quod non temere videtur affirmandum, propter multi¦plices varietates. Quod enim est fretum, quis euripus, quae tot agi- 213 Z_2
tentur perturbationibus, tot moveantur aestibus, atque hominum vita, quam totam licet bene constitutam, unus dies vel una nox infausta non parum saepe omnino pessundat. Neque tantum corpus mutatur, quod esset utcunque tolerabile, sed etiam animus, quo nunc discimus, nunc percepta obliviscimur, consilia capimus, consilia reiicimus, quae modo statuebamus, evertimus, quodque paulo ante placuit, nunc oppido repudiatur. Haec secum reputans Eustrathius, et videns omnium harum permutationum causam ex corpore derivari, ait animum nostrum, quando ei admiscetur, esse perinde atque si demitteretur in aquam concitam quaeque rapidissime curreret, cuius vorticibus tantum abest, ut noster animus resistat, ut potius illis quam maxime trahatur.[1108] Qua sententia licet percipere animi humani magnam infirmitatem, qua sic tenetur, ut vim rapidam mundanarum vicissitudinum haudquaquam possit gubernare.

Poterat sane Aristoteles tum corporis tum animi varium inconstantemque statum commemorare, sed illam multiplicem rerum diversitatem, quae in externis rebus perpetuo cernitur, exposuit. Utque quod dicebat magis liquidum esset, exemplum proposuit vel ipsis pueris notissimum, qui fabulas poetarum audierint. Priamum nempe regem Asiae opulentissimum, cui copiosa proles erat, ut qui pater fuerit quinquaginta liberorum, quorum septendecim nati sunt illi ex iustis coniugibus,[1109] abundavit amicis, militari vi clarus erat, sed quo magis per totam vitam fortuna illi perpetuo indulserat, sic ad finem vitae omnia

Z. 2 subiaceat] subiacet Z_2

[1107] *Priamos, mythologischer letzter König von Troia. – NP X 305f.*

[1108] *Eustr. graec. (Heylbut 91,28–92,3):* ἅστατα γὰρ τὰ ἐνταῦθα καὶ τὰ ἐν γενέσει πάντα ἀβέβαια, οἷς οὐ μόνον τὸ σῶμα ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ ψυχὴ πολλάκις κατὰ τὰς ἕξεις καὶ τὰς ἐνεργείας μεταβάλλεσθαι πέφυκεν, ὡς ἐν σφοδροτάτῃ φορᾷ καταρρέοντος ὕδατος κατασυρομένη καὶ καταπίπτουσα. *Eustr. lat. (Mercken 150,65–68):* Instabilia enim quae hic et quae in generatione omnia infirma, quibus non solum corpus sed et ipsa anima multotiens secundum habitus et operationes transmutari nata est, ut in vehementi latione fluentis aquae deorsum tracta et transcindes.

[1109] *Vgl. Cic. tusc. 1,35,85 (King 98):* […] quinquaginta [filiis] Priamus, e quibus septedecim iuxta uxore natis.

236 Z_1 illi miserrime abstulit. Quid haec pluribus dicam, cum omnes ex | Homero et Vergilio ista possint luculenter cognoscere?[1110] Carmina horum poetarum dicuntur heroica, quandoquidem illis heroum facta sunt exposita. Heroes dicti sunt, qui e hominibus illustribus in deos referebantur et ab ethnicis theologis minores multo erant cum diis tum daemonibus, verum caeteris hominibus multo maiores.[1111] Non tamen ex his philosophi verbis colligendum est neminem posse dici felicem, nisi cum obierit, ut Solon docuit.[1112] Potest quis cum perfecta fuerit aetate atque absoluta virtute instructus, ita ut fortunae ictibus atque vulneribus perferendis par sit, dici felix, nam, licet deturbetur variis obrutus calamitatibus a felicitate, non tamen incidit in miseriam. Sed hac de re proximo capite fusius. Senem Priamum nunc adducit, partim ut illius aetatem pueris opponat, partim quia idoneus est ad quaestionem proxime tractandam, qui producatur. »Cum«, inquit, »talia quis patitur, a nemine felix praedicabitur, cum magis dignus habeatur misericordia et lachrymis, quam ut beatus celebrari possit.« Quae 214 Z_2 ve¦ro de Priamo referuntur, fabulosa sunt, at illis non multum dissimilia sacrae nobis literae de Iobo referunt.[1113]

Heroes qui.

Priamum quare adducat.

Ad finem capitis, cum expositio nostra deducta sit, par est ut de more, sed paucis tamen, examinemus, quae fuerunt allata, quantum cum divinis literis congruant vel ab iisdem discrepent. Ambigue loquitur Aristoteles de Deo, an sit felicitatis author, nos id constantissime asserimus. »Ero«, inquit Dominus Abraamo, »merces tua magna nimis«[1114]. Et ne suspicemur hoc naturaliter verum esse, non autem ex ipsius Dei voluntate ac electione, ibi sequitur foedus initum, quo ille sibi populum certum delegit et credentibus pepigit se futurum Deum. Et Moses, qui probe intelligebat felicitatem in eo sitam, ut Deus intelligatur et videatur, id a Deo petiit, cum diceret: »Ostende mihi faciem tuam«[1115], quod et impetravit. David quoque cecinit: »Delectationes in dextera tua usque in finem«[1116]. Et Christus servator noster, noster

Quomodo haec cum sacris literis congruant.

Z. 16 lachrymis] lacrymis Z_2

[1110] *Vgl. Hom. Il. 22,46–76 (Ludwich II 445–447); Verg. Aen. 2,501–505 (Mynors 142).*

[1111] *Vgl. Streb. eth. 40v:* Quaenam dicit heroica? Tempora et res heroum, id est illustrium virorum, qui velut dii aut semidei habebantur temporibus Argonautorum et tempore belli Troiani.

[1112] *Vgl. Her. hist. 1,32 (Dietsch I 18):* πρὶν δ' ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχεῖν μηδὲ καλέειν κω ὄλβιον, ἀλλ' εὐτυχέα. *Vgl. auch Arist. eth. Nic. 1,10, 1100a 10f. (Bywater 16).*

[1113] *Hiob 1,13–19.*

[1114] *Gen 15,1.*

[1115] *Ex 33,18* Ostende mihi gloriam tuam.

[1116] *Ps 16,11 (Vulg. 15,11).*

inquam Deus: »Venite«, inquit, »ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos«[1117]. Idemque de suis ovibus loquendo aiebat: »Vocem meam audiunt et ego vitam aeternam do eis«[1118]. Esto igitur id cuique nostrum persuasissimum a Deo ipso nostram felicitatem expectandam et petendam. Exercitia vero, consuetudines et doctrinae, quae Aristoteles commemorat, nostra quoque sententia non sunt aspernanda, imo passim in sacris literis nobis inculcantur. Non tamen ita, ut sint nostrae | felicitatis causae. Gratis enim iustificamur, non ex operibus et 237 Z_1
gratis aeterna vita nobis conceditur. Sed media quaedam sunt, quibus nos Deus ad se ducit et ad felicitatem, quam optamus. Atque media haec a Deo ipso habemus. Quare a Paulo merito dicebatur Deum esse, qui et velle et perficere nobis elargiatur.[1119] Fortunae vero nos longe minus quam Aristoteles beatitudinem committimus, ut qui putemus omnia nostra Dei consilio et voluntate regi, ut absque illa nec unus quidem capitis nostri capillus cadat.[1120] Atque id longe falsissimum arbitramur, quod ab ethnicis passim dicitur, quenque sapientem sibi suam fortunam fabricari.[1121] Parvulos felices esse posse Aristoteles negat; nos vicissim affirmamus, cum Christus de illis dixerit: »Sinite ipsos ad me venire«[1122] atque illos magna bonitate singularique clementia complexus est. Scimus quidem illos effectores adhuc esse non posse praestantissimarum actionum, sed per Christum et illis condonatur peccatum originis et via in aeternam vitam aperitur. Neque illi damus non posse felices dici, qui gravibus afflictantur casibus, cum fieri possit, ut gravia, qui vere sunt beati, ob Christi nomen patiantur neque illa dura et saeva, quae ferunt, eam evertunt beatitudinem, quam, dum hic vivimus, nobis hominibus habere licet.

[1117] *Mt 11,28.*
[1118] *Joh 10,27f.* Oves meae vocem meam audiunt et ego cognosco eas et sequuntur me, et ego vitam aeternam do eis.
[1119] *Phil 2,13* Deus est enim, qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate.
[1120] *Vgl. Mt 10,30* Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt.
[1121] *Vgl. Ps.-Sall. rep. 1,1,2 (Ernout 26):* Fabrum esse suae quemque fortunae.
[1122] *Mt 19,14.*

215 Z_2 ¦ CAPUT X

An igitur neque alium quempiam hominem beatum praedicare oportet, dum vixerit? Secundum Solonem quidem, opus est finem spectare. Si vero ita et hoc pacto statuendum est, an tunc felix est quispiam, cum obierit? An hoc prorsus absurdum, praesertim nobis, qui dicimus felicitatem certam quandam actionem. [125*] 1100a 10–14

Haec optime iam dictis congruunt, nam de Priamo ac similibus eius affirmavit eos felices nequaquam habendos, nempe quod fortuna tam varia et adversa vel in ipso quidem fine vitae usi fuerint. Unde merito et iure quaerit, an quispiam felix habendus sit, dum vixerit. Ac potest quaestio haec de tem|pore appellari: siquidem antea de causis beatitudinis quaesivit, disputavit postea de materia, subiecto vel personis, quae capaces illius essent, nunc investigat, quando beatus quispiam sit aut dicatur. »An«, inquit, »dum vivit aut post mortem hoc illi attribuetur?« Quaestio est biceps et ab Aristotele quo ad utranque partem tractatur. Priori loco de opinione agit, quae obitum vult expectari, quoniam ea falsa est neque illam noster sequitur, isque semper falsa veris praeponit, ut illis confutatis, quae vera sunt, magis constabiliantur. Authoritate Solonis, qui et sapiens erat unus e septem totius Graeciae ac legislator celeberrimus,[1123] opinio probari videtur: is enim dixit neminem beatum esse aut dicendum ante mortem. Sententia haec ab eo dicta est Lydorum regi, cui nomen Croeso[1124] erat, qui, cum iactaret impotenter suas opes, fortunas, regni vires, delitias et caetera, quibus fruebatur bona: »Ecquid«, inquit, »non tibi videor felix?« Dicendo id philosophis videbatur insultare, qui cum suis doctrinis atque scientiis quodammodo egerent, cum ipse a philosophia alienus plenus atque distentus videretur sibi felicitate. Solon his auditis gravi responso elati

An quisquam felix sit habendus, dum vivit.

238 Z_1

Solon.

Z. 22 Croeso] Craeso Z_1 26 a] e Z_2

[125*] *AG* Πότερον οὖν οὐδ' ἄλλον οὐδένα ἀνθρώπων εὐδαιμονιστέον ἕως ἂν ζῇ, κατὰ Σόλωνα δὲ χρεὼν τέλος ὁρᾶν; εἰ δὲ δὴ καὶ θετέον οὕτως, ἆρά γε καὶ ἔστιν εὐδαίμων τότε ἐπειδὰν ἀποθάνῃ; ἢ τοῦτό γε παντελῶς ἄτοπον, ἄλλως τε καὶ τοῖς λέγουσιν ἡμῖν ἐνέργειάν τινα τὴν εὐδαιμονίαν; – *AL* Utrum igitur nullum alium homini beatificandum usquequo utique vivit, set secundum Solonem autem debitum est finem respicere? Si autem utique et ponendum ita, ergo et est felix tunc, cum utique morietur. Vel hoc omnino inconveniens, aliterque et dicentibus nobis operacionem quandam felicitatem.

[1123] *Vgl. Diog. Laert. vit. 1,45–67 (Hicks I 46–68).*

[1124] *Krösus, lydischer König ca. 560–547 v. Chr., bekannt durch seinen sprichwörtlichen Reichtum. – NP VI 858–860.*

regis insolentiam repressit. »Ante obitum«, inquit, »nemo felix«, philosophica libertate illum admonens adversa fortuna illa omnia facile sibi posse auferri, ita ut e tantis rebus ad extremam calamitatem detruderetur.[1125] Quod illum non fefellit, nam Croesus a Cyro[1126] victus omnia sua eversa conspexit.[1127] Hanc ¦ huius philosophi sententiam 216 Z_2
Ovidius[1128] expressit: »Ultima semper expectanda dies homini dicique
Solonis dictum explicatur. beatus ante obitum nemo supremaque funera debet.«[1129] Solonis dicti sensus duplex esse potuit. Primus est, ut de ipsa re agatur significeturque neminem beatum esse ante mortem, sed iam tandem post mortem homines felices dici. Hac in parte reprehenditur primo sententia ut absurda et allatae definitioni felicitatis maxime repugnans. Nam si felicitas actio est et ea quidem perfecta, mortuis dari non debet, qui, cum
Aristoteles animum putavit mortalem. amplius non sint, nil agere possunt. Locus iste gravis est ad testandum Aristotelem animum putasse mortalem, nam si post mortem maneret incolumis, utique posset agere et multo expeditius quam coniunctus cum corpore. Quare non recte neque ordine illi subtraheret actionem, ut facit, dum talem rationem profert, quae firma esse non potest, nisi datum fuerit eos, qui obierint, nil agere. Videtur dicere: »Hoc adeo absurdum esset, ut eosdem eodemque tempore cogeremur dicere agerere et non agere. Si felices ponentur, agunt: si mortui, non agunt. Neque convenit, ut qui non sunt felices, | felices dicantur.« Scio quidem 239 Z_1
aliquos ita defendere Aristotelem, quod hoc loco de civili felicitate agat, cuiusmodi profecto a nobis in alia vita non expectatur.[1130] Sed quaecunque sit felicitas, sive civilis sive solida et aeterna, omnino actionem esse necesse est. Deinde uno verbo si recte sensit, poterat verum innuere, testando aliam quidem esse felicitatem post hanc vitam expectandam, de qua in praesentia non loquatur. Ad haec quando mox ostendet mortuos et bonis adhuc et malis subiacere, totam disputationem ad bona et mala huius vitae refert, ut mox videbimus. Non

[1125] *Her. hist. 1,32 (Dietsch I 18):* πρὶν δ' ἂν τελευτήσῃ, ἐπισχεῖν μηδὲ καλέειν κω ὄλβιον, ἀλλ' εὐτυχέα.

[1126] *Kyros II. der Große, Sohn des Kambyses I., regierte Persien von ca. 559–530 v. Chr. Unter seiner Herrschaft wurde das persische Reich zu einem Großreich. Im Jahre 541 v. Chr. besiegte er die Lyder unter Krösus und brachte damit Kleinasien unter seine Kontrolle. – NP VI 1014–1017.*

[1127] *Her. hist. 1,86 (Dietsch I 49f.).*

[1128] *Ovid (43 v.–17 n. Chr.), römischer Dichter, Verfasser u. a. der »Metamorphosen« und »Fasti«. – NP IX 110–119; GRL II 206–264.*

[1129] *Ov. met. 3,135–137 (Anderson 58).*

[1130] *Vgl. Streb. eth. 41v:* Quum de foelicitate huiusce vitae loquatur, mortuorum foelicitas aliena est a proposito. *Thom. Aqu. eth. 1,15,4 (STO IV 152):* Est notandum quod philosophus non loquitur hic de felicitate futurae vitae, sed de felicitate praesentis vitae, utrum attribui possit homini dum vivit vel solum in morte.

ita loquutus est Plato in ultimo libro De repub[lica], ubi tum maxime puras actiones et felices nos manere demonstrat, cum ab hac vita fuerimus evocati.[1131] Et in Phaedone ponit philosophiam solidam et sinceram meditationem esse mortis,[1132] nempe ut semper quaeramus a corpore mentem removere, quam eius avulsione a sensibus tum denique assequemur, quum hinc abierimus.[1133] At Aristoteles eius beatitudinis nunquam, quod sciam, vel unum verbum fecit. Argumentum quod modo affert, ut videmus, a definitione sumitur.

Si autem dixerimus defunctum nequaquam esse felicem, neque Solon hoc voluit. Sed quod quispiam tum felicem dixerit hominem tuto, qui quasi iam sit extra mala et infortunia. Verum hoc quoque dubium habet: videtur enim 217 Z_2 *aliquod in mortuo inesse malum et bonum, siquidem et viventi, non autem ¦ sentienti, hoc est honores, ignominiae, liberorum et omnino posterorum prospera et calamitates.* [126*] 1100a 14–21

Alterum nunc Solonis explicat sensum. Nam, inquit, si dixerimus defunctum non esse beatum, cum iam non sit et obierit, quod dicimus ita, quispiam excipiet Solonem defendendo: neque hoc voluit suo apophthegmate Solon, is enim fatebitur reipsa hominem felicem esse tantum dum vivit, sed a nobis pronunciari non debere felicem, nisi cum obierit. Quod revera id tuto dici posset, quando is iam extra pericula et mala. Discrimen est inter κακά et δυστυχήματα. Primum vitia significat, quae nostro delectu et iudicio adsciscimus. Alterum vero infortunia significat, quae vel nolentibus nobis accidunt. Ad hanc exceptionem defensorum Solonis Aristoteles se opponit et inquit: quod ponitur, | ambiguum est, nimirum mortuos iam extra mala et calamitates 240 Z_1 esse. Nam et mortui subiacent adhuc et malis et bonis. Neque putan-

[126*] *AG* εἰ δὲ μὴ λέγομεν τὸν τεθνεῶτα εὐδαίμονα, μηδὲ Σόλων τοῦτο βούλεται, ἀλλ' ὅτι τηνικαῦτα ἄν τις ἀσφαλῶς μακαρίσειεν ἄνθρωπον ὡς ἐκτὸς ἤδη τῶν κακῶν ὄντα καὶ τῶν δυστυχημάτων, ἔχει μὲν καὶ τοῦτ' ἀμφισβήτησίν τινα· δοκεῖ γὰρ εἶναί τι τῷ τεθνεῶτι καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν, εἴπερ καὶ τῷ ζῶντι μὴ αἰσθανομένῳ δέ, οἷον τιμαὶ καὶ ἀτιμίαι καὶ τέκνων καὶ ὅλως ἀπογόνων εὐπραξίαι τε καὶ δυστυχίαι· – *AL* Si autem non dicimus mortuum felicem, neque Solon hoc vult. Set quoniam tunc utique quis firmiter beatificabit hominem, ubi iam extra mala existentem et infortunia. Habet quidem et hoc questionem quandam. Videtur enim esse mortuo et malum aliquod et bonum, si quidem viventi, non sencienti autem, puta honores et inhonoraciones, et filiorum et omnino proneptum prosperitates et infortunia.

[1131] *Plat. resp. X 615b-c (Burnet IV ibid.):* καὶ αὖ εἴ τινας εὐεργεσίας εὐεργετηκότες καὶ δίκαιοι καὶ ὅσιοι γεγονότες εἶεν, κατὰ ταὐτὰ τὴν ἀξίαν κομίζοιντο.

[1132] *Plat. Phaed. 81a (Burnet I ibid.):* μελέτη θανάτου.

[1133] *Plat. Phaed. 80d–81a (Burnet I ibid.).*

dus est modo noster loqui de purgatorio et inferno, sed de bonis et infortuniis huius vitae agit. Ratio eius ita ponatur:

Qui non sunt extra bona et mala huius vitae, non sunt adhuc in tuto neque beati dici possunt.
Mortui adhuc non sunt ab his exempti, sed illis subiacent.
Ergo non sunt in tuto.[1134]

Maior liquet. Minor patefit simili. Si quis enim vivens quidem absit et non sentiat, potest aliquibus malis et bonis affici, ut si decernatur ipsi nescio honor, si ampla haereditas obveniat, si proles pulchra nascatur etc., ista licet ipse non sentiat et absit procul, sunt eius bona, et vicissim queunt mala evenire, ut scilicet ignominia notetur, mulctetur, fiat exul, dispereant sua, etc. Quare licet mortui absint hinc et non sentiant, honorum tamen et malorum quae hic fiunt possunt esse participes.

Diversa lectio.

Lectio huius loci diversa est, nam quidam textus habent κακόν et ita legit Argyropylus et Eustratius,[1135] alii vero καλόν et utraque lectio consistit. Prior est magis plana et perspicua. Et exempla, quae subiiciuntur, partim bona sunt et partim mala, nempe honores, ignominiae, prospera et adversa. Sin vero legamus καλὸν καὶ ἀγαθόν, tum argumentum regulae satis certae nitetur, contrariorum eandem disciplinam seu rationem esse,[1136] ideoque si mortui subiacent bonis, et malis quoque erunt expositi, cum bona et mala inter opposita censeantur.

Bona vel mala quomodo sint absentium.

Sed, quomodo absentium et non sentientium bona vel mala ulla esse dicantur, videndum est neque puto aliter hoc fieri, nisi quia referuntur ad ¦ illos et, qui ea vident, aiunt et existimant illorum esse, 218 Z_2
quod aliqua eis animadvertant ex his, quae fiunt accedere vel adimi incommoda seu commoda. Sed certe longe alia est ratio viventium, licet absint et non sentiant, adesse nihilominus possunt et sentire ac illis quandoque renunciabuntur, mortuorum vero nullus aut rursus adesse aut sentire, quae hic fiant, potest.

1100a 21–29 *Sed et haec afferunt dubitationem, nam fieri potest, ut ei, qui beate vixit ad usque senectutem convenienterque rationi discessit, multae poste|rorum muta-* 241 Z_1
tiones accidant et in iis alii boni sint et pro dignitate genus vitae consequantur

Z. 11 ignominia] ignomina Z_1 12 et] et et Z_1 13 honorum] bonorum Z_2

[1134] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Ferio.
[1135] *Eustr. graec. (Heylbut 93,11). Acc. eth. 19v [Übersetzung von Argyropoulos]:* Mortuo nanque bonum et malum videtur aliquid esse.
[1136] *Arist. anim. 3,3, 427b 5f. (Ross 65):* δοκεῖ δὲ […] ἡ ἐπιστήμη τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι.

ac contra; nec dubium, quin intervallis temporum accidant, ut posteri multis modis varient. Absurdum quidem sit, si una et is mutetur, qui defunctus est, ita ut sit alias beatus, alias miser. [127*]

Ad mortuos non pertinere, quae hic aguntur.

Intulerat contra Solonistas, si velimus varietates et mutationes fortunae spectare, nec quidem mortuos posse dici felices, quod et ipsi vicissitudinibus eiusmodi saltem propter superstites posteros subiaceant, quod a simili viventium probavit, qui absentes, licet non sentiant, et bonis et malis possunt affici. Nunc videmus hanc parum firmam rationem, eam videtur abiicere hoc argumento, quod tamen, cum variae multiplicesque sint posterorum mutationes, nunquam diceretur defunctus quiescere. Quod ut magis ponat sub oculos, quendam inducit, qui usque ad extremam senectam feliciter vixerit et in eodem tenore vitae mortem oppetierit, is porro propter istam vicissitudinem posterorum multis variisque modis subinde mutabitur et e felici miser fiet et ex miseria ad felicitatem assurget. Nec immerito scribit *usque ad senectutem*, ut ostendat quo ad felicitatis perfectionem illi, dum viveret, non defuisse constantiam. Quae ut requiratur ad beatitudinem, et superius dictum est et hic Eustrathius ostendit Achillis exemplo, qui, licet in Troiana illa expeditione admodum floruerit et omni bonorum genere suffultus fuerit, non tamen beatus dici potuit, cum iuvenis obierit.[1137] Multas fore in posteris rerum vicissitudines Aristoteles ut manifestissimum accepit, nam Hesiodus ait:

Ἄλλοτε μητρυιὴ ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.[1138]

[127*] *AG* ἀπορίαν δὲ καὶ ταῦτα παρέχει· τῷ γὰρ μακαρίως βεβιωκότι μέχρι γήρως καὶ τελευτήσαντι κατὰ λόγον ἐνδέχεται πολλὰς μεταβολὰς συμβαίνειν περὶ τοὺς ἐκγόνους, καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἀγαθοὺς εἶναι καὶ τυχεῖν βίου τοῦ κατ' ἀξίαν, τοὺς δ' ἐξ ἐναντίας· δῆλον δ' ὅτι καὶ τοῖς ἀποστήμασι πρὸς τοὺς γονεῖς παντοδαπῶς ἔχειν αὐτοὺς ἐνδέχεται· ἄτοπον δὴ γίνοιτ' ἄν, εἰ συμμεταβάλλοι καὶ ὁ τεθνεὼς καὶ γίνοιτο ὁτὲ μὲν εὐδαίμων πάλιν δ' ἄθλιος· – *AL* Questionem autem et hec tribuunt. Et enim qui beate vixerit usque ad senectutem et mortuus est secundum racionem, contingit nullas transmutaciones fieri circa filios, et hos quidem ipsorum bonos esse, et potiri vita que est secundum dignitatem, hos autem e converso. Manifestum autem quoniam discessionibus ad patres omnifariam habere ipsos contingit. Inconveniens autem fiet utique si simul transmutet et mortuus. Et fiet aliquando quidem felix. Rursus autem miser.

[1137] *Eustr. graec. (Heylbut 94,8–10):* ἐπεὶ καὶ ὁ Ἀχιλλεὺς τῶν κατὰ τὸν βίον εὐδοκίμων ἦν καὶ ἐν εὐπραγείᾳ διέζη καὶ δόξης ἐτύγχανεν, ἀλλ' ἐν νεότητι τὸν βίον συγκλείσας τοῦ εὐδαιμονίζεσθαι οὐκ ἠξίωται. *Eustr. lat. (Mercken 153,62–64):* Quia et Achilles secundum vitam approbatorum erat et in prosperitate vixerat et gloria potitus est sed in iuventute vitam concludens, eo quod est felicitari non dignificatus est.

[1138] *Hesiod. op. 825 (Solmsen 85):* Ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ.

Deinde per hanc vocem ἀποστήμασι nil aliud intelligit quam spacia seu ¦ intervalla temporis, quae annis aut mensibus volventibus clau- 219 Z_2
dantur.[1139] Consequi vult ex his hominem eiusmodi, quem pinxit infinitis vicibus, modo felicem, modo miserum fore. Haec dicuntur, ut monstretur ad mortuos, quae hic aguntur, non pertingere; cum tamen prius id visus fuerit affirmare, ut diximus, a simili, nunc illud negat ratione, quae ad absurdum perducat. Et absurditas ex eo magis fiet perspicua, quod | tunc neque in vita neque post mortem quispiam 242 Z_1
poterit felix dici, propter eandem causam, nempe ob mutationes imminentes, quae tam vivum quam mortuum impedient, ne sit beatus.

1100a 29–32 *Hoc quoque videtur absurdum res propinquorum nequaquam ad parentes, ne ad ullum quidem tempus, attinere. Sed redeundum est ad id, de quo prius dubitatum est: ex illo enim et id, quod modo quaerimus, fortasse cognoscetur.* [128*]

Nec etiam in eo, quod postremo confecit, potest acquiescere, nam inquit et absurdum videri, ut res posterorum ne ullo quidem tempore ad parentes pertineant. Quomodo vero istud absurdum sit, non demonstrat, ut satis notum relinquit et ita notum, ut vulgo ita sentiatur. Omnes fere putarunt mortuos de his, quae agantur apud nos, sollicitari. Hinc fabulae poetarum de Palinuro[1140] et de Achille, qui suos manes placari voluit praestantissima hostia.[1141] Cur autem dixerit *vel ad ullum tempus*, ratio est, quoniam illi potuissent excipere ad superiorem rationem haud se ponere infinitum progressum, ita ut omnes omnium posterorum vicissitudines ad mortuos perveniant, sed tantum propinquorum, ut puta usque ad quartam generationem. Ideo nunc ait Aristoteles videri absurdum, si res mortuorum vel nullo tempore ad defunctos pertingant. Rationem absurdi non explicat. Sed Eustrathius ait videri hoc esse inhumanum seu ἄσπλαγχον, quasi omnis repente inter

[128*] *AG* ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μηδὲν μηδ' ἐπί τινα χρόνον συνικνεῖσθαι τὰ τῶν ἐκγόνων τοῖς γονεῦσιν· ἀλλ' ἐπανιτέον ἐπὶ τὸ πρότερον ἀπορηθέν· τάχα γὰρ ἂν θεωρηθείη καὶ τὸ νῦν ἐπιζητούμενον ἐξ ἐκείνου· – *AL* Inconveniens autem et nichil neque in quodam tempore supervenire que sunt filiorum patribus. Set revertendum ad prius quesitum; forsitan enim utique inspicietur et quod nunc quesitum est ex illo.

[1139] *Vgl. Streb. eth. 45r:* τοῖς ἀποστήμασι. Hoc verbum dicit intervallum et spacium, ut quod volventibus annis interiicitur.

[1140] *Vgl. Verg. Aen. 6,347–371 (Mynors 238). – Palinurus war der Steuermann des Aeneas, vgl. NP IX 191.*

[1141] *Vgl. Hyg. fab. 110 (Marshall 99).*

nos et defunctum abrumpatur communio.[1142] Motam quaestionem in praesentia non ulterius prosequitur. Sed redeundum, inquit, ad dubium, quod ab initio fuit propositum, nempe an in vita quispiam dicendus felix sit an post mortem, nam ex illa quaestione dissoluta id etiam fortasse patebit, quod modo investigamus.

Si itaque oporteat spectare finem atque tunc unumquenque beatum affirmare, 1100a 32–1100b 4
220 Z_2 *non quasi tunc sit beatus,* ¦ *sed quia prius fuerit, quo pacto id non est absurdum, si dum beatus est, quod inest illi vere de ipso affirmare non licet,*
243 Z_1 *propterea quod nolint viventes felices dicere ob* | *mutationes et quod opinentur felicitatem maxime stabilem esse nec facile mutabilem, et casu circa eosdem frequenter convertantur.* [129*]

Tota vis huius rationis in hoc versatur: id perabsurdum esse, ut aliquid non possit, dum reipsa in quopiam inest, de illo affirmari. Qui hoc negant, se aiunt id ob vicissitudines et mutationes facere. Sed falluntur, quia mutationes imminentes hoc efficere possunt, ut felicitas, quae adest, esse desinat; verum id nunquam facient, quin, dum adest, de eo affirmari queat, cui adfuerit. Et cum statuant aliquem posse dici felicem, quod fuerit, id multo magis concedere debent, dum est actu. Quia ex eo, quod fuit, iuxta eos dici potest beatus, ergo multo magis dum erat, quia propter quod unumquodque tale est, id maxime tale affirmatur. Utque dialectici aiunt: nulla propositio praeteriti temporis vera esse potest, nisi ei respondens vera quandoque fuerit de praesenti tempore.[1143] Istorum sententia duobus innititur principiis: primum fe-

Quod adest, de eo affirmari potest, cui adest.

[129*] *AG* εἰ δὴ τὸ τέλος ὁρᾶν δεῖ καὶ τότε μακαρίζειν ἕκαστον οὐχ ὡς ὄντα μακάριον ἀλλ' ὅτι πρότερον ἦν, πῶς οὐκ ἄτοπον, εἰ ὅτ' ἔστιν εὐδαίμων, μὴ ἀληθεύσεται κατ' αὐτοῦ τὸ ὑπάρχον διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τοὺς ζῶντας εὐδαιμονίζειν διὰ τὰς μεταβολάς, καὶ διὰ τὸ μόνιμόν τι τὴν εὐδαιμονίαν ὑπειληφέναι καὶ μηδαμῶς εὐμετάβολον, τὰς δὲ τύχας πολλάκις ἀνακυκλεῖσθαι περὶ τοὺς αὐτούς; – *AL* Si enim utique finem videre oportet et tunc beatificare unumquemque non ut existentem beatum, set quoniam prius erat, qualiter non inconveniens, si quando est felix, non vere dicetur de deo existere, propter non velle viventes felicitare propter transmutaciones et propter permanens quidem felicitatem existimare et nequaquam facile transmutabile, fortunas autem multociens recirculari circa eosdem?

[1142] *Eustr. graec. (Heylbut 94,21–23):* κἂν γάρ τις ἐρεῖ μὴ συνικνεῖσθαι τοῖς γονεῦσι τὰ τῶν ἐξ αὐτῶν μηδ' ἐπί τινα χρόνον, ἀκοινώνητον τοῦτο καὶ ἄσπλαγχνον. *Eustr. lat. (Mercken 154,75–77):* Et si enim aliquis dicat non contingere patres ea quae ex ipsis filiis neque in quodam tampore, incommunicabile hoc et immisericors et inimicum.

[1143] *Vgl. Greg. Arim. sent. I d. 42–44 q. 4 a. 2 (Trapp/Marcolino III 454,25–27):* Quaelibet propositio de praeterito nunc vera habuit prius unam de praesenti correspondentem veram.

licitatem esse quid firmum et stabile; alterum eam a fortuna pendere. Primum est verum, non enim facile mutatur beatitudo, ideo a virtutibus pendet, quae sunt habitus confirmati nec leviter mobiles. Unde Cicero 2. De finibus ideo aiebat felicitatem a sapientia pendere, quod ea fixa et constanter animo haereat.[1144] Fortunas subinde mutari atque converti dubium nullum est, unde patet, quam isti aberrent quo ad alterum caput, quod putent fortunam sequendam in beatitudine constituenda. Propterea sequitur:

1100b 4–7 *Manifestum igitur, si casus fortunae sequamur, nos eundem hominem felicem saepius et miserum vicissim esse dicturos, felicem statuentes ceu quendam chamaeleontem et parum stabiliter collocatum.* [130*]

Chamaeleon. Quantum aberrent, qui fortunam sequantur, ex eo conmonstrat, quod varium instabilemque felicem coguntur ponere instar chamaeleontis. De hoc ani¦mali scribit Plinius lib[ro] 8. cap[ite] 33. Multas illius 221 Z_2
proprietates colligit, sed quae huc spectat, est variatio coloris ad res quascunque obiectas: refert quippe illud animal omnes colores citra rubrum et candidum.[1145] Est etiam herba, cuius meminit Dioscorides[1146], cha|maelea sic dicta, quod et ipsa colores mutet,[1147] quamvis 244 Z_1
alii putent, quod solvat alvum gravissimis torminibus, ita ut videatur instar leonis viscera dilacerare.[1148] Sed animantis Aristoteles, non herbae meminit et sensus eius est non esse committendum, ut nostrum beatum faciamus aliquem chamaeleontem, qui subinde mutetur. Hoc vero usu veniet, si fortunam sequamur, quae nil firmitatis aut constan-

[130*] *AG* δῆλον γὰρ ὡς εἰ συνακολουθοίημεν ταῖς τύχαις, τὸν αὐτὸν εὐδαίμονα καὶ πάλιν ἄθλιον ἐροῦμεν πολλάκις, χαμαιλέοντά τινα τὸν εὐδαίμονα ἀποφαίνοντες καὶ σαθρῶς ἱδρυμένον· – *AL* Manifestum quod si sequamur fortunas, eundem felicem et rursus miserum dicemus multociens, camaleonta quendam felicem nunciantes et debiliter firmant.

[1144] *Cic. fin. 2,87 (Rackham 178):* Nam cum suscepta semel est beata vita, tam permanet quam ipsa illa effectrix beatae vitae sapientia.

[1145] *Plin. nat. 8,33 (Mayhoff II 120,19–121,1):* [Chamaeleon] coloris natura mirabilior: mutat namque eum subinde et oculis et cauda et toto corpore redditque semper quemcumque proxime attingit praeter rubrum candidumque.

[1146] *Pedanios Dioskurides (1. Jh. n. Chr.), Arzt aus Anazarbos in Kleinasien, Verfasser des pharmakologischen Grundlagenwerks »De materia medica«. – NP IX 462–465; GGL II/1 453f.*

[1147] *Diosc. mat. med. 3,9,3 (Wellmann II 17,6–8):* ὠνόμασται δὲ χαμαιλέων διὰ τὸ ποικίλον τῶν φύλλων· εὑρίσκεται γὰρ ἢ λίαν χλωρὰ ταῦτα ἢ ὑπόλευκα ἢ κυανοειδῆ ἢ ἐρυθρὰ παρὰ τὰς τῶν τόπων διαφοράς.

[1148] *Vermiglis Quelle für diese zweite Wortherleitung bleibt unklar.*

tiae habet.[1149] Sic enim mundana bona constituta sunt, ut eundem habitum servare nequeant. Et quod ait *parum stabiliter collatum*, metaphora est a basibus vel a fundamentis putribus, debilibus et marcidis. Nam super ista sive parietes aedifices sive statuas colloces, nil est solidi aut firmi ad remanendum, ita de felici erit, si a fortuna pendeat, nam ex felici facile miser fiet, si adversa inciderint, imo in ipsis prosperis non erit vere beatus, cum vacare timore non possit amittendarum fortunarum.

An casus fortunae sequi rectum non est? In ipsis enim neque bene neque male positum est. Veruntamen horum indiget humana vita, quemadmodum diximus. Dominae autem sunt felicitatis actiones ex virtute atque contrariae contrarii. [131*] 1100b 7–11

Incipit quaestionem solvere atque ait non sequendam fortunam, cum de felicitate agetur, cum in ea bonum et malum hominis non sit positum. Gravissima profecto haec sententia est, bonum et malum hominis in rebus fortuitis non esse posita. Inquit Eustrathius, quid prodesset simpliciter esse, si bene ac feliciter esse a fortuna et non a nobis ipsis penderet?[1150] Horum tamen, inquit Aristoteles, humana vita indiget, occurrens tacitae obiectioni. Diceret enim quis: tu, cum dicas in his fortuitis bonis hominis felicitatem non esse positam, cur illa expetimus? Cur ea requirebas? Quoniam, inquit, his humana vita indiget. At revera dominatum et praecipuum locum obtinent in felicitate virtutes illarumque actiones. Ac ratio afferri potest, quoniam beatitudo non ab his pendet, quae non sunt in nobis, cuiusmodi fortuna est, sed

Bonum et malum hominis non est in fortuna positum.

Z. 3 putribus] putridis ζ_2 14 agetur] agitur ζ_2

[131*] *AG* ἢ τὸ μὲν ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν οὐδαμῶς ὀρθόν; οὐ γὰρ ἐν ταύταις τὸ εὖ ἢ κακῶς, ἀλλὰ προσδεῖται τούτων ὁ ἀνθρώπινος βίος, καθάπερ εἴπομεν, κύριαι δ' εἰσὶν αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι τῆς εὐδαιμονίας, αἱ δ' ἐναντίαι τοῦ ἐναντίου· – *AL* Vel fortunas quidem sequi nequaquam rectum. Non enim in hiis bene vel male, set indiget hiis humana vita, quemadmodum diximus. Domine autem sunt que secundum virtutem operaciones felicitatis, contrarie autem contrarii.

[1149] *Vgl. Streb. eth. 43v:* Ut chamaeleon subinde patitur coloris mutationem, sic homo fortunae.

[1150] *Eustr. graec. (Heylbut 96,2–5):* τί δ' ἂν τὸ εἶναι ἁπλῶς ὑπῆρχεν ἡμῶν, εἰ τὸ εὖ εἶναι τυχηρὸν καὶ διὰ τοῦτο ἀστάθμητον, καίπερ ἐν λογικῇ ψυχῇ καὶ νοερᾷ θεωρούμενον καὶ σύμφυτον ἐχούσῃ ζωὴν καὶ χωριστὴν σώματος. *Eustr. lat. (Mercken 156,42–45):* Quid autem utique esse simpliciter extitit nostrum, si bene esse fortuitum et propter hoc instabile, quamvis in rationali anima et intellectiva speculatum et complantatum, habente vitam et separatam a corpore?

sua principia in nobis ipsis habet posita. Utque actiones ex virtute principia sunt felicitatis, ita contrariae, nempe quae sunt ex vitiis, effectus contrarii sunt, prin¦cipia nimirum calamitatis et miseriae.[1151] 222 z_2
Concluditur proinde felicitatem a fortuna non esse, quoniam ibi in his nos aut eligimus aut deliberamus. At in his actionibus, quae a virtute | 245 z_1
proficiscuntur, et electio et deliberatio nostra locum habent. Quod si vulgus in bonis fortunae putet felicitatem collocandam, non est audiendum, cum in plerisque aliis rebus erret et id tantum a Solone accipiemus, felicitatem stabili ac firmae rei inniti, cumque tam perfecta tamque absoluta res sit, a causis per se, non ab his, quae per accidens appellantur, est petenda.[1152]

1100b 11–17 *Huic vero rationi adstipulatur et id, quod modo in dubium est revocatum: ex rebus quippe humanis in nulla sic inest firmitas, quemadmodum in actionibus quae sunt ex virtute. Ipsae quippe vel scientiis videntur esse stabiliores et ex his praestantiores, firmiores quoque sunt, eo quod beati et maxime et assiduissime in eis vivunt. Atque haec videtur causa, quod in his oblivio non intercedat.* [132*]

Ad confirmandum fortunam non consectandam in adipiscenda felicitate, adducit quaestionem paulo ante motam: de eo enim maxime dubitatum est, an quispiam in vita dici queat felix, quia mutationes ac vicissitudines fortunae spectabantur. Quamobrem, si fortuna remota

[132*] *AG* μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ νῦν διαπορηθέν· περὶ οὐδὲν γὰρ οὕτως ὑπάρχει τῶν ἀνθρωπίνων ἔργων βεβαιότης ὡς περὶ τὰς ἐνεργείας τὰς κατ' ἀρετήν· μονιμώτεραι γὰρ καὶ τῶν ἐπιστημῶν αὗται δοκοῦσιν εἶναι· τούτων δ' αὐτῶν αἱ τιμιώταται μονιμώτεραι διὰ τὸ μάλιστα καὶ συνεχέστατα καταζῆν ἐν αὐταῖς τοὺς μακαρίους· τοῦτο γὰρ ἔοικεν αἰτίῳ τοῦ μὴ γίνεσθαι περὶ αὐτὰς λήθην· – *AL* Testatur autem sermoni et quod nunc quesitum est. Circa nichil enim sic existit humanorum operum constancia, ut circa operaciones que sunt secundum virtutem; permanenciores enim et disciplinis hec videntur esse; earundem autem honorabilissime permanenciores propter maxime et maxime continue vivere in ipsis beatos. Hoc enim assimulatur cause eius quod est non fieri circa ipsa oblivionem.

[1151] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 96,9–12):* τὸ δὲ κυρίως τῆς εὐδαιμονίας αἱ κατ' ἀρετὴν ἐνέργειαι φέρονται, ὡς αἱ κατὰ κακίαν τῆς ἀθλιότητος· ὡς γὰρ εὐδαιμονία καὶ ἀθλιότης ἀλλήλαις ἐναντίαι, οὕτως ἀρετὴ καὶ κακία. *Eustr. lat. (Mercken 156,50–52):* Principaliter autem felicitatis secundum virtutem operationes feruntur, ut quae secundum malitiam miseriae. Sicut enim felicitas et miseria ad invicem contrariae, ita virtus et malitia.

[1152] *Vgl. Streb. eth. 43v:* Quaeritur, in qua re ponenda sit foelicitas. Sententia Solonis ostendit in re firma atbilique ponendam. […] Si qua igitur in humana vita beatitudo est atque ea in re optima firmissimaque statui debet, in actione virtutis est ponenda, quia nihil est in rebus hominum neque melius neque firmius.

hinc fuerit, ea dubitatio prorsus liquida fiet. Movetur itaque philosophus ad hanc sententiam statuendam: quod nil fortuna videatur instabilius, quamobrem ex ipso Solone probari potest in ea felicitatem non collocandam, quoniam ille sentit omnino firmam esse debere. Nil autem firmius atque constantius est in vita quam sint actiones ex virtute. Quod argumento deducto ex comparatione demonstrat: sunt, inquit, firmiores virtutes quam scientiae, cum tamen illae inter humana admodum videantur constantes. Fundamentum rationis est, quoniam quae sunt constantiora his quae videntur valde constantia, in eo genere pro firmis egregie habenda sunt. Et quidem scientiae si spectes, circa quae versentur, nempe necessaria, et quae aliter se habere nequeunt, et speciem assensus, quoniam per demonstrationes paritur firmissimus, inter humana videntur constantiam habere maximam. Sed tamen non ita est, quia non ita ut virtutes in suos actus
246 Z_1 frequenter | erumpunt. Si perpetuo contemplandum esset, ut perpetuo,
223 Z_2 dum vivimus, est aliquid agendum, tam firmae scien¦tiae profecto essent atque virtutes, at contemplatio saepissime intermittitur. Et qui mathematici sunt, dum studium remittunt, multarum demonstrationum obliviscuntur. Sunt quidem tam istae quam illae habitus animi et habituum natura est, ut difficillime deleantur, attamen illi citius delentur, circa quos frequenter non exercemur. Natura sua utrique habitus ex dissuetudine possent excidere, at dissuetudo non potest ita evenire virtutibus et scientiis: in omnibus enim actionibus prudentia opus est, in periculis fortitudine, in commerciis iusticia, in cibo, potu et venere temperantia, in conversatione cum hominibus amicitia, comitate, ac denique in quovis opere mediocritate. Cum itaque semper beatis hominibus patent usus virtutum, non autem scientiarum, patet illarum posse citius accidere oblivionem quam istarum: nam scientiae plerunque sunt de his rebus quae nos minime facimus. Virtutes vero sunt de his, in quibus beati degunt.[1153] Quodque dicitur de scientiis, de artibus quoque affirmare licet. Si quis enim quantumvis nobilis artifex longo spacio temporis a suo quiescat opere, facile in rudem et imperitum abibit. Eo firmamento ratio haec tota nititur, haud fas esse rei solidae

Nihil firmius actionibus ex virtute.

Z. 12–13 paritur] paratur Z_2 27 patent] pateant Z_2

[1153] *Vgl. Streb. eth. 44r:* Actio magis exercet hominem quam contemplatio. […] Non est igitur mirum, si, quum beatus assidue virtutes exerceat, actiones eiusmodi maxime retineat atque servet; facilius obliviscatur aut arithmeticam aut geometriam aut dialecticae subtilitates. Ut virtutes sunt habitus, ita quoque scientiae et, ut hae possunt excidere, sic et illae, nisi exerceantur. Quamobrem non comparat virtutes cum scientiis ut firmiores, sed actiones virtutis, quae continuantur a beato.

atque constantis causam assignare volubilem, quod porro fieret, si beatitudinis, quae stabilis esse debet, causam poneremus fortunam, cum ea varia sit et eodem habitu ferme nunquam constet.

Quomodo beatitudo causa fit virtutum et ab his producatur.

Hic dixerit aliquis: haec doctrina qui cum his consentit, quae ab initio libri posita sunt? Ibi profecto assumptum est felicitatem causam esse virtutum et probarum actionum, ideoque ante omnia fuisse de illa constituendum ut de summa praecipuaque omnium rerum moralium causa. Hic vero ponitur ob id beatitudinem a fortuna minime pendere, sed a virtutibus et recte factis produci, quod ista firma sint atque constantia, fortuna vero incerta et varia? Videntur sane ista parum congruere, beatitudinem causam esse virtutis et iustarum actionum ac e diverso ab his felicitatem produci. Sed optime pugna ista componetur, si causas distinxeris. Externarum duo facienda sunt genera seponendaeque sunt finales ab efficientibus, tumque dabitur felicitatem inter finales causas praecipuam esse, quam tamen ab his effici, quorum finis est, nemo debet mirari, cum inter finem et efficientem haec vicissitudo semper cernatur. Nam ut finis ab efficiente producitur, ita efficiens a fine movetur.[1154] At quae nam erunt | illae virtutes praecipuae inter morales, quas Aristoteles maxime firmas et prope immobiles pronunciavit? Non aliae, me iudice, nisi quatuor illae vulgo celebratae: prudentia, iustitia, fortitudo et temperantia.[1155] Nam hae omnes propemodum actiones humanae vitae comprehendunt, ideo a felice oblivioni tradi nequeunt. Aliud hoc loco in dubium revocatur, nempe hominem aliquem posse inve¦niri, qui et rei familiaris curam negligat et rempub[licam] nunquam attingere decreverit, sed tantum degere solus

Causarum distinctio.

Quae virtutes maxime firmae sint.

247 Z_1

An quoad omnes virtutes firmiores sint scientiis.

224 Z_2

[1154] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 97,3–9):* καὶ μὴν πρότερον ἀρχὴν καὶ αἰτίαν τῶν ἀρετῶν τὴν εὐδαιμονίαν ἐλέγομεν, ὅτε καὶ ἀπ' αὐτῆς τῶν προκειμένων λόγων ἀρχόμενοι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὴν ὁδὸν ποιεῖσθαι διωριζόμεθα· πῶς οὖν νῦν μεταβαλόντες τῆς εὐδαιμονίας τὴν αἰτίαν ταῖς ἀρεταῖς ἐπιγράφομεν; ἢ οὐδὲν ἄτοπον εἰ κατ' ἄλλο καὶ ἄλλο γένος ἀρχῆς αἱ ἀρεταὶ καὶ ἡ εὐδαιμονία ἀρχαὶ ἀλλήλων ὑπολαμβάνονται, ὡς ἐπὶ τῶν τεχνῶν ἔχει καὶ τῶν κατ' αὐτὰς τελῶν. *Eustr. lat. (Mercken 158,89–95):* Et quidem prius principium et causam virtutum felicitatem dicebamus, quando et ab ipsa propositos sermones incipientes a principio viam fieri determinavimus. Qualiter igitur nunc transponentes felicitatis causam virtutibus inscribimus? Vel nihil inconveniens, si secundum aliud et aliud genus principii virtutes et felicitas principia ad invicem existimantur, velut in artibus habet et secundum ipsas finibus. *Vgl. auch Arist. phys. 2,3, 195a 8–11 (Ross ibid.):* ἔστιν δέ τινα καὶ ἀλλήλων αἴτια, οἷον τὸ πονεῖν τῆς εὐεξίας καὶ αὕτη τοῦ πονεῖν· ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς τέλος τὸ δ' ὡς ἀρχὴ κινήσεως.

[1155] *Vgl. Cic. fin. 5,36 (Rackham 432):* Alterum autem genus est magnarum verarumque virtutum quas appellamus voluntarias, ut prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam. *Ambr. in Luc. 5,62 (CCSL XIV 156,670–672):* Et quidem scimus uirtutes esse quattuor cardinales, temperantiam iustitiam prudentiam fortitudinem.

et sese in variis scientiis, quas didicerit, exercere. Is, quia natura paucis contenta est, in paucissimis admodum actionibus versabitur totusque in contemplationibus et scientiis erit. Qui fiet, ut virtutum facile obliviscatur aut illis citius careat, quam vel scientias eius oblivio deleat aut illas magno studio sibi non comparet. Propterea quo ad hunc minime constabit, quod Aristoteles inquit, scientias facilius oblivioni tradi quam virtutes. Ad hoc dixerim: raro neque facile inveniendum hominem, qui, etiamsi quandoque reperiatur, non tanti faciendum, ut propter ipsum communis hominum conditio mutetur. Quod hic traditur, plerunque hominibus usuvenit neque potest de his haberi scientia, quae raro accidunt. Addemusque non ad naturam hominum tales mores congruere, ut quis ita in solitudine vitam exigat, ut fere nihil agat, sed totus in contemplando et addiscendo versetur.

Itaque in beato, quod quaeritur, inerit ac in ipsius vita talis erit. Semper enim vel maxime omnium aget et contemplabitur ex virtute casusque quosvis pulcherrime, ac usque quaque decenter feret, isque ceu vere bonus ac quadratus absque reprehensione erit. [133*] 1100b 17–22

Causa iam erroris detecta et sublata, contra quam Solon decreverit, affirmat, nimirum beatum, etiam dum hic vivit, felicitatem in se habere atque ab illa posse nominari nilque varios eventus et casus impedire. Atque suae sententiae hanc rationem reddit, beatum hominem semper aut maxime omnium et acturum et contemplaturum ex virtute. Postquam *semper* dixerat, adiecit *vel omnium maxime*, quoniam fieri non potest, ut semper quis agat aut contempletur: dormiendum aliquando est | et vigilantes nonnunquam animi causa vel cogitationes doctrinarum et agendi studium seponunt. Apposite cum actionem tum contemplationem recensuit, quoniam in haec duo tota vita humana distribuitur. Per occupationem additum est, quod sequitur, quoniam dixisset aliquis: nihil dicis de infortuniis; quid, si tuum beatum gravis aliquis casus impetat? Respondet, ista pulcherrime feret ac decentissime. Non enim illi, quod vulgaribus accidit, qui si calamitate premantur, fran-

Beatus dum vivit felix potest dici.

248 Z_1

Quomodo felix sit, qui gravi casu impetitur.

[133*] *AG* ὑπάρξει δὴ τὸ ζητούμενον τῷ εὐδαίμονι, καὶ ἔσται διὰ βίου τοιοῦτος· ἀεὶ γὰρ ἢ μάλιστα πάντων πράξει καὶ θεωρήσει τὰ κατ' ἀρετήν, καὶ τὰς τύχας οἴσει κάλλιστα καὶ πάντῃ πάντως ἐμμελῶς ὅ γ' ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸς καὶ τετράγωνος ἄνευ ψόγου· – *AL* Existet autem utique quod quesitum est felici, et erit per vitam talis. Semper enim vel maxime omnium operabitur et speculabitur que secundum virtutem, et fortunas feret optime et ubique omnino prudenter qui ut vere bonus et tetragonus sine vituperio.

guntur, perturbatur illorum animus, ut nihil ferme ¦ videre queant, 225 Z_2
veluti, quando fortunae sunt secundae, inflantur, de studio consueto remittunt et prorsus negligentes efficiuntur. Non ita erit felix, sed perpetuo fere servabit eundem animi tenorem.

Bonus et quadratus.

Ut vere bonus, inquit. Hoc additur propter fucatos, arbitror. *Vere*, inquit, *bonus et quadratus*, hoc est, perfectus et firmus. Metaphora usus est, quam etiam indicavit in 3. Rhetoricorum, dicens: Τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα φάναι εἶναι τετράγονον μεταφορά, ἄμφω γὰρ τέλεια.[1156] In numeris, in figuris et corporibus quadratus reperitur. Numerus, qui resultat ex se ducto in seipsum, quadratus dicitur et cubus, ut sexdecim, quia numerus quaternarius in seipsum ductus eum parit: quater enim quatuor efficit sexdecim. Figura quoque reperitur quadra, quae constat quatuor lineis rectis habetque quatuor angulos rectos. Corpus vero cubum seu quadratum firmissimum est, habet quippe sex facies, quarum quaelibet quadratam habet figuram et quatuor angulos, unde quocunque modo iaciatur firmum stat.[1157] *Sine reprehensione* additur, quod non intelligas »ulla«, quia nunquam momi desunt vel ipsi Deo optimo maximo, qui citra controversiam est beatissimus, verum accipito quo ad sanos iudices, caeterorum dicta et sententiae momentum non habent. Notandum praeterea ex his non posse felicem esse nisi virum bonum isque, cum sit prudentissimus, et reprehensione iusta carebit et semper, quocunque modo res cadant, firmiter stabit.

1100b 22–33

Cum vero permulta casu fiant et inter sese vel magnitudine differant vel exiguitate, quae vel ex rebus felicibus vel ex contrariis parva sunt, non dubium est, quin momentum ad vitam non habeant. Quae itaque tum plura tum magna feli|citer eveniunt, beatiorem vitam reddunt, ut quae idonea et apta sint 249 Z_1
ad illam ornandam, atque usus tum honestus tum praeclarus est. Quae vero secus ceciderint, beatitudinem et premunt et inquinant: nam tum dolores inferunt tum permultis actionibus impedimento sunt. Et nihilominus in his ipsis honestum resplendet, postquam quis multas et magnas calamitates pertulerit,

Z. 23 permulta] multa Z_2

[1156] *Arist. rhet. 3,11, 1411b 26f. (Ross 166):* Τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα φάναι εἶναι τετράγωνον μεταφορά, (ἄμφω γὰρ τέλεια).

[1157] *Vgl. Streb. eth. 43v:* Ut corpora quadrata firmiora sunt et aptius iacent ac proiecta semper quadrata basi nituntur, ita beatus firmus est et a fortuna iactatus vitae firmitate nititur. Et ut in numeris laudatur quadratorum cubus propter soliditatem, […] ita laudandus est beatus, quia solidus et firmus. Est autem cubus numerus solidus, cui latera sunt paria, ut terna sibi imposita, ut quaterna. Sexdecim faciunt cubum quadratum, novem triquetrum et ita deinceps.

226 Z_2 *non ¦ sane per indolentiam, sed quod generosus atque magnanimus existat.* [134*]

Sententia iam allata de infortuniis et constantia felicitatis, in eo, qui beatus fuerit, magis distincte ac dilucide traditur. Quod ut apte fiat, adhibetur distinctio et ea quadripartita. Quae nobis eveniunt, aut prospera sunt aut adversa, et tam adversa quam secunda vel magna sunt vel parva. His ita positis, parva sumit cum in genere adversorum tum felicium et illa inquit nullum habere momentum ad vitam immutandam vel a suo statu deturbandam. Quod porro debemus accipere quo ad beatos et virtute praeditos, alioqui vulgares homines quique sunt nihili facile ac propemodum levissimis de causis commoventur atque turbantur, quod probi et graves homines non item faciunt. Deinde alterum membrum accipit. Facito, inquit, gravia esse, quae accidunt. Ea si prospera fuerint, augebunt proculdubio vitae beatitudinem. Rationem affert, quia facta sunt ad illam ornandam. Felicitas extra genus suum augeri non potest, cum sit extremum bonum, at in beatitudine sui generis, et maior et minor esse potest. Sed quia mentionem ornamenti facit, videtur beatitudo cum forma seu specie eximia posse conferri, quae per seipsam, licet iucunda sit, est attamen suavior, si decenter aliquod ornamentum fuerit adiectum. Et ars fabrilis, cum instrumenta nanciscitur aptiora, maiores explicat vires, quam cum tantum rudia illi conceduntur. Sin vero e diverso gravia sint et multa infortunia, quae contingant, premunt, inquit, beatitudinem atque contaminant. Et subiicit, quae nam illa sit oppressio vel contaminatio:
250 Z_1 dolores, inquit, ista inferunt et impedimento sunt praeclaris ¦ actionibus. Impedimentum ex duplici causa oritur: primum, qui vehementer

Res parvae cum adversae tum felices nil momenti habent ad vitam immutandam.

Res prosperae graves felicitatem augent.

Gravia infortunia premunt felicitatem.

[134*] *AG* πολλῶν δὲ γινομένων κατὰ τύχην καὶ διαφερόντων μεγέθει καὶ μικρότητι, τὰ μὲν μικρὰ τῶν εὐτυχημάτων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀντικειμένων, δῆλον ὡς οὐ ποιεῖ ῥοπὴν τῆς ζωῆς, τὰ δὲ μεγάλα καὶ πολλὰ γινόμενα μὲν εὖ μακαριώτερον τὸν βίον ποιήσει (καὶ γὰρ αὐτὰ συνεπικοσμεῖν πέφυκεν, καὶ ἡ χρῆσις αὐτῶν καλὴ καὶ σπουδαία γίνεται), ἀνάπαλιν δὲ συμβαίνοντα θλίβει καὶ λυμαίνεται τὸ μακάριον· λύπας τε γὰρ ἐπιφέρει καὶ ἐμποδίζει πολλαῖς ἐνεργείαις· ὅμως δὲ καὶ ἐν τούτοις διαλάμπει τὸ καλόν, ἐπειδὰν φέρῃ τις εὐκόλως πολλὰς καὶ μεγάλας ἀτυχίας, μὴ δι' ἀναλγησίαν, ἀλλὰ γεννάδας ὢν καὶ μεγαλόψυχος· – *AL* Multis autem factis secundum fortunam et differentibus magnitudine et parvitate, parva quidem prosperitatum, similiter autem et oppositorum, manifestum quod non faciunt inclinacionem vite. Magna autem et multa facta quidem bene beaciorem faciunt vitam. Et enim hec condecorare nata sunt et usus eorum bonus et studiosus fit, e converso autem accidencia tribulant et conturbant beatum. Tristicias enim inferunt et impediunt multis operacionibus. Verumptamen et in hiis refulget bonum, cum autem utique ferat quis faciliter multa et magna infortunia, non propter doloris insensibilitatem, set virilis existens et magnanimus.

dolent, inepti redduntur ad res agendas. Et instrumenta cum fuerint amissa, non possumus absque illis agere ut volumus: ita obest amissio bonorum externorum felici.[1158] Mitigat nihilominus hanc oppressionem seu maculam, quia, inquit, etiam in his adversis honestum quoquo modo splendere, ut res lucidae solent in obscuris locis. Proinde tenebrae adversae fortunae non ita felicitatem extinguunt, quin suos vel in eo statu edat fulgores, quod indicio est honestatem adhuc retineri, quae in beatitudine praecipuas habet partes, alioqui non posset suos mittere splendores.[1159] Et ut a iam proposito exemplo non discedam, ceu si vir aut mulier speciosissima suis ornamentis nudata, pannis obsita et illuvie sordida esse cogeretur, fieri sane haud posset, quin in eo habitu sese aliquo pacto forma illa proderet. Nec tacet, qua in re siti sint illi splendores, in ferendo patienter et aequo animo duros casus, non ¦ quidem Stoice per quandam indolentiam, sed ex animi generositate atque praeclara fortitudine. Iam ista sunt satis ad quaestionem diluendam, an beatitudo in hac vita de quoquam affirmari queat. Et ex his posset commode responderi ad ea, quae prius de mortuis adducta fuerunt. Et in summa colligimus bona externa sive prosperam fortunam revera non incidere in propriam et intimam felicitatis definitionem, sed adhiberi solum ut instrumenta et auxilia quaedam. Quemadmodum nec ars fabrilis ex instrumentis, quibus utitur, definiri debet, quamvis nequeat sine illis quicquam agere. Per fortunam igitur adversam felicitas contrahitur et clauditur, ut parum admodum in actum erumpat, nam dolore, quem secum affert, mens offuscatur et vires quodammodo concidunt. Removet attamen Aristoteles ἀναλγησίαν, quia in ea non est virtus, sed potius quaedam stupiditas. Neque oportet homines aut truncos aut lapides esse, qui dum impetuntur gravibus ictibus, nil sentiant. Sed in eo virtus est, ut, quae sentimus, ita regamus et moderemur, ne a statu mentis recto nos decurbent. Scio hic Stoicos Aristotelem flagellare, qui nullis adversis putem felicitatem et virtutem vel impediri vel contaminari, sed arbitrantur, vel in ipso Phalaridis tauro beatitudinem perfectam retineri.[1160] Et Epicurei tanquam e suis

227 Z_2

Ἀναλγησία.

Adversa non impedire felicitatem.

Z. 11 in eo] eo Z_2

[1158] *Vgl. Streb. eth. 44r:* Quae [fortuna] si nimis aspera et adversa ruat, primum impedit actiones, ut inopia liberalitatem, servitus magnificentiam, animi perturbatio prudentiam, vis fidem, necessitas legem violat.

[1159] *Vgl. Streb. eth. 44r:* At si retineat virtutem, in mediis malis elucebit nec erit omnino ociosa. Et si impedietur, non id fiet boni viri culpa.

[1160] *Dieser Spruch wird von Cicero Epikur zugeschrieben, vgl. Cic. tusc. 2,7,17 (King 164):* In Phalaridis tauro si erit [Epicurus], dicet: Quam suave est, quam hoc non curo!

narthecis illam suam praeclaram consolationem promebant, ut habet Cicero De finibus bonorum et malorum: »In doloribus si longus, facilis; si gravis, brevis.«[1161] Ista nihilominus dicuntur facilius, quam probentur, et aliena sunt admodum ab hominis ingenio. Quae vero Aris-
251 Z_1 toteles tradit, non tantum rationi congruunt et | naturae nostrae, verum etiam cum usu et experientia pulchre consentiunt.

Si autem, quemadmodum diximus, vitae principatum obtinent actiones, nullus felix efficietur miser; numquam enim faciet, quae odiosa sunt et nihili. [135*] 1100b 33–35

Contra Solonis dictum ponit felicitatem non subesse, dum hic vivitur, mutationi, quod a re firma et stabili pendeat, nimirum ab actione, quae recta sit et ex virtute, in quam fortuna, quae inconstantissima est, nihil potest. Aliqua sane illi potest mutatio accidere, sed non ea qua efficiatur miser, nam infelicitas ex actionibus vitiosis nascitur, ut antea diximus, quarum actionum beatus author non erit. Facta inhonesta et turpia vocat μισητὰ καὶ φαῦλα, frivola enim sunt et nihili, quoniam a iusto veroque fine hominum deflectunt. Odiosa vero merito appellantur, quia noxia, cum aliis non committentibus.

228 Z_2 ¦ *Eum vero, qui sit bonus et prudens, arbitramur omnes fortuitos eventus decenter ferre, ita ut pulcherrima perpetuo faciat, ex his quae suppetunt.* [136*] 1100b 35–1101a 3

Nunc docet, quid felix noster sit acturus, quando in adversa fortassis inciderit. Ex his, ait, quae illi dantur, optima faciet et omnino eorum, quae praestari queant, nihil intermittet. Id porro est optimorum artificum, ut, licet semper instrumenta idonea et materiam aptam non habeant, nunquam tamen committunt, ut quae illis conceduntur ullo absque operaeprecio sinant perire.[1162] Et certe in isto defectu materiae

Quid felix faciat, si in adversa incidat.

[135*] *AG* εἰ δ' εἰσὶν αἱ ἐνέργειαι κύριαι τῆς ζωῆς, καθάπερ εἴπομεν, οὐδεὶς ἂν γένοιτο τῶν μακαρίων ἄθλιος· οὐδέποτε γὰρ πράξει τὰ μισητὰ καὶ τὰ φαῦλα· – *AL* Si autem sunt operaciones domine vite quemadmodum diximus, nullus itaque beatorum fiet miser. Neque enim aliquando operabitur odibilia et mala.

[136*] *AG* τὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὸν καὶ ἔμφρονα πάσας οἰόμεθα τὰς τύχας εὐσχημόνως φέρειν καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἀεὶ τὰ κάλλιστα πράττειν· – *AL* Ut enim vere bonum et sapientem omnes existimamus fortunas decenter ferre et ex existentibus semper optima operari, quemadmodum ex datis.

[1161] *Cic. fin. 2,22 (Rackham 106):* Iam doloris medicamenta illa Epicurea tamquam de narthecio proment: Si gravis, brevis; si longus, levis.

[1162] *Eustr. graec. (Heylbut 99,11–14):* ὡς οὖν οἱ τῶν τεχνιτῶν ἄριστοι οὐκ ἂν τὸ προσὸν αὐτοῖς εὔτεχνον ἀπολέσαιεν ἐκ τοῦ μὴ εὑρίσκεσθαι αὐτοῖς κατά τινα χρόνον τὰ προ-

ac instrumentorum, industria eorum vehementer elucet. Quod item de felice superius docuimus, in mediis calamitatibus virtus, quae illi adhuc reliqua est, emicabit. Hic si dixeris: quare igitur adversa non dicuntur potius felicitatem illustrare, quam inquinare?[1163] Ad id respondemus: quia, tametsi calamitates non totam obruant felicitatem, aliquo modo tamen premunt et obfuscant. Quod autem in eis virtus nonnihil splendeat, non est ex vi calamitatum neque quod eo non conspirent, ut impediatur, sed quia non sunt tantarum virium, ut eam penitus extinguant. Neque cum aliquae ibi relucent bonae actiones, illae ut omnibus modis perfectae commendantur, sed ex collatione ac respectu ad praesentem statum. Ut, ne disceda|mus ab artibus, si qui manibus carent, quemadmodum interdum fit, suant aut scribant pedibus, admirabuntur omnes ac praedicabunt eorum et scripturam et suturam, non quidem ut perfecta vel numeris omnibus absoluta, qualia esse non possunt, sed pro instrumenti ratione. Unde Aristoteles in Rhetoricis, cum amplificare atque commendare aliqua docet, non solum temporis, loci, societatis et similium docet rationem habendam, sed instrumentorum quam maxime.[1164] Unde haec cernens diabolus et putans Iobum non daturum congrua et decentia facta, si organa externa felicitatis ei subtraherentur a Deo, facultatem petiit, ut sibi ad suam libidinem ea illi permitteretur eripere.[1165]

Adversa an potius felicitatem illustrent, quam inquinent.

252 Z_1

σηκόντως ὑπηρετήσοντα ὄργανα ἢ διὰ τὸ μὴ ὕλην εὐεργὸν αὐτοῖς παρατίθεσθαι, οὕτως οὐδ' ὁ εὐδαίμων ἄθλιος ἔσται τύχης πονηρᾶς συναντησάσης αὐτῷ. *Eustr. lat. (Mercken 161,93–97):* Ut igitur artificum optimi non utique quod adest ipsis bene artificiabile destruent ex non inveniri ipsis secundum quoddam tempus convenienter ministrantia organa vel propter non materiam bene operabilem ipsis apponi, ita neque felix miser erit fortuna mala obviante ipsi.

[1163] *Vgl. Tal. eth. 1081:* Nam si virtus in rebus adversis maxime splendescit et illustratur, ut Aristoteles ait, quaeso, cur non tum vir bonus beatior et florentior existet, praesertim cum virtutis actio sit caussa felicitatis?

[1164] *Arist. rhet. 1,9, 1368a 10–13 (Ross 42):* χρηστέον δὲ καὶ τῶν αὐξητικῶν πολλοῖς, οἷον εἰ μόνος ἢ πρῶτος ἢ μετ' ὀλίγων ἢ καὶ [δ] μάλιστα πεποίηκεν· ἅπαντα γὰρ ταῦτα καλά· καὶ τῷ ἐκ τῶν χρόνων καὶ τῶν καιρῶν.

[1165] *Hiob 1,11* Sed extende paululum manum tuam et tange cuncta, quae possidet, nisi in faciem benedixerit tibi.

Quemadmodum et bonum imperatorem putamus exercitu praesenti uti aptissime ad bellum et sutorem coriarium ex datis coriis pulcherrimum calceum facere, ac itidem omnes alios artifices. [137*] 1101a 3–6

Duo exempla, quibus adductam sententiam illustrat, ita ponuntur, ut
229 Z_2 5 ¦ unum eorum ad instrumenta et alterum ad materiam pertineat. Sunt vero haec haud parum inter se coniuncta, imo cum instrumentum genus peculiare causae non constituat, ad materiam potest referri, quamvis non sim nescius quosdam illud ad efficiens reducere.[1166] Sed priori sententiae potius videtur subscribendum, quoniam ut in motu
10 materia formam recipit, ita instrumenta ipsa motum et agitationem ab efficienti proficiscentem substinent et per ea in materiam efficientis actio transit. Ut itaque ad instrumenta se habet materia, sic instrumenta sunt erga efficientem causam, a qua immediate moventur. Militariter imperator exercitu suo utitur qualicunque, quando prudenter
15 acies instruit, loca praeoccupat opportuniora, nec sinit rei bene gerendae occasionem praeterire atque alia huius generis bene ac sapienter curat. Praesenti exercitu dicitur uti, quia illum, quem habet, oportet ipsum probe nosse, tam quo ad numerum quam quo ad vires et illo qualis qualis est bene uti nec meliorem optare, quando ad rem gerendam
20 est ventum, si meliorem aut copiosiorem habere non potuit, iam ab eo non exigitur, nisi ut praesenti recte utatur. Quae de imperatore dicta sunt, in sutorem coriarium quoque conveniunt, tantum discrimen
253 Z_1 inter eos est, quod in uno ratio | habetur instrumenti, sed in altero materiae. Ut enim sutori pelles et coria sui artificii materia sunt, ita
25 exercitum imperator pro instrumento victoriae habet. Inter haec vero haec est differentia: materia fit, instrumenta non fiunt, quando aliquid producitur; deinde ex materia constat, quod efficitur, non itidem ex instrumentis, cum illa effectum non ingrediantur; denique materia est in potentia ad formam recipiendam et, priusquam illam obtineat, pri-
30 vationi eius est obnoxia, quae omnia ita materiae conveniunt, ut instrumentis attribui non possint. Ex dictis efficitur artificis cuiusque opera non simpliciter aestimanda, sed ex commoditate atque proportione

Instrumentum ad quod genus causae pertineat.

Instrumenta et materia quid differant.

[137*] *AG* καθάπερ καὶ στρατηγὸν ἀγαθὸν τῷ παρόντι στρατοπέδῳ χρῆσθαι πολεμικώτατα καὶ σκυτοτόμον ἐκ τῶν δοθέντων σκυτῶν κάλλιστον ὑπόδημα ποιεῖν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τοὺς ἄλλους τεχνίτας ἅπαντας· – *AL* Et ducem bonum presente exercitu uti maxime bellicose, et coriorum incisorem ex datis coriis optimum calciamentum facere. Eodem modo et alios artifices omnes.

[1166] *Zum Begriff* causa instrumentalis*, der bei Galen und später in der neuplatonischen Ursachenlehre begegnet, vgl. Hankinson 1994, 1767–1769.*

vel materiae vel instrumentorum. Quod haud secus de actionibus felicis, qui iam in adversos casus inciderit, sentiendum est: ea enim iudicanda sunt iuxta praesentem authoris statum. Atque tum id sequitur, quod superius dictum est, ea vel in ipsis calamitatibus suum quendam habere fulgorem.

1101a 6–8 *Quod cum ita sit, felix nunquam miser efficietur, non tamen beatus erit, cum in Priamicos casus inciderit.* [138*]

Si vel afflictus fortuna felix ex his, quae suppeditantur, pulcherrima sem¦per faciet, non poterit miser effici. Cum itaque illa mutatio fortunae acciderit, quid nam erit iste, felix quis dicetur? Hic premitur Aristoteles dumque nimis urgetur, denique statuit partim felicem esse, partim non, quia felicitatem plenam non habet, licet illam omnino non amiserit. Medium quiddam in summa statuit, inter beatum et miserum et eo loco felicem habet, qui gravibus aerumnis obruatur.[1167] Fuerunt sane aliqui putantes differre beatum a felici, quod beatus is dicatur, qui plene ac omnibus modis sit absolutus et perfectus, at felix qui cum virtutem et bonas actiones habeat, externis tamen bonis et adiumentis et opibus careat.[1168] Sed non de re disputo, id tamen dico, distinctionem hanc ad Aristotelis verba non posse accommodari, nam paulo post dicet, ex illis Priamicis aerumnis non facile posse quempiam sic emergere, ut fiat rursus ἐυδαίμων. Ubi apparet illum non discrimen ponere in ἐυδαίμονα et μακάριον, sed in eandem significationem his duabus vocibus uti: erit itaque medius nec miser iudicari poterit, cum radicem ipsius beatitudinis adhuc retineat. At cum possit beatus alicui mutationi subesse, quomodo tum firmus ac stabilis dici | potuit? Quia non mutabitur, nisi casus acciderint, qui et maximi sint et plurimi. Unde Priamicarum fortunarum opportune meminit, quae cum nu-

230 Z_2

Medius inter beatum et miserum.

Beatus et felix differant.

Beatus quomodo firmus cummutationi subiiciatur.

254 Z_1

Z. 9–10 fortunae] fornae $\mathcal{Z}_1$ 25 potuit] poterit $\mathcal{Z}_2$

[138*] *AG* εἰ δ' οὕτως, ἄθλιος μὲν οὐδέποτε γένοιτ' ἂν ὁ εὐδαίμων, οὐ μὴν μακάριός γε, ἂν Πριαμικαῖς τύχαις περιπέσῃ· – *AL* Si autem ita, miser quidem nequaquam fiet utique felix, neque utique beatus Priamicis fortunis incidet.

[1167] *Vgl. Streb. eth. 44v:* Inter miserum et beatum reperit medium quiddam, ut sit tempus, quo nec miser homo sit nec beatus, ut quum gravia patitur insons.

[1168] *Vgl. Eustr. graec. (Heylbut 100,23–25):* […] ἄθλιος μὲν οὐδέποτε γένοιτ' ἂν ὁ εὐδαίμων διὰ τὰς ἐκ τῆς τύχης ἐναντιότητας, οὐ μὴν ῥηθείη ἂν μακάριος, εἴπερ αὐτῷ ὑπερβολαὶ ἀτυχίας συμβήσονται. *Eustr. lat. (Mercken 163,56–59):* […] miser quidem nequaquam fiet utique felix propter eas quae ex fortunis contrarietates, non tamen dicetur utique beatus, si ipsi superabundantiae infortunii accidant.

mero tum gravitate regem illum oppresserunt. Deinde firmus et stabilis est appellatus, quoniam non ita mutatus est, ut in contrarium cadat ac miser efficiatur. Sed quaeritur, an fieri ullo modo possit, ut tandem in miserum felix evadat. Certe reperti sunt nonnulli, qui sic oppressi aerumnis ita cum fortuna mutati sunt, ut etiam tandem socordiae ac vitiis et iis quidem gravibus succubuerint, et a virtutibus, quas habuerunt antea, defecerint. Sed crediderim illos, dum florerent externis opibus, potius visos fuisse probos, quam revera fuerint: nam saepe fit in his potentibus atque illustribus, ut species quaedam virtutis sit, non autem solida et sincera probitas et vitia sub splendore dignitatis et opum facile occulebantur, quam postea detracta fortuna reteguntur. Sed quare virtutes verae non facile transeant in vitia ex eo liquet, quoniam sunt habitus et hi (ut definiuntur ab Aristotele in Categoriis) difficile amoventur.[1169] Et est denique firmus, cum vel in ipsis infortuniis radicem ac fundamentum felicitatis habet eximiam virtutem ac ex ea praestantissimam actionem.

An felix possit fieri miser.

Non itaque varius erit ac facile mutabilis, non enim a felicitate facile depelletur nec a quibus vis infortuniis, verum ab ingentibus atque compluribus. [139*] 1101a 8–11

231 Z$_2$ ¦ De hac proprietate felicis denique concludit et illum ait non esse varium ac facile mutabilem, ut Solon existimabat, qui ob istam causam putavit neminem in vita felicem esse dicendum. Possumus autem in his epithetis ποικίλου et εὐμεταβόλου ad id respicere, quod prius dixerat de chamaeleonte. Neque obstat his, quae modo Aristoteles dicit, aliqua mutatio, quae nonnunquam felicibus accidit, quoniam ea (ut dictum est) perraro usu venit et quae raro contingunt, minime propositiones falsas reddunt, quae ad artes atque scientias pertinent. Potest enim aestas dici calida, quamvis nonnulli dies in ea imponantur frigidi aliquando. *Non a quibusvis infortuniis*, inquit, *mutatur*.] Quod pulchre congruit cum eo, quod iam dixerat, ea, quae levia sunt, tam adversa quam felicia parvum aut nullum ad vitam felicis habere momentum. Fatetur attamen illum mutandum, si calamitates et plurimae fuerint et ingen-

[139*] *AG* οὐδὲ δὴ ποικίλος γε καὶ εὐμετάβολος· οὔτε γὰρ ἐκ τῆς εὐδαιμονίας κινηθήσεται ῥᾳδίως, οὐδ' ὑπὸ τῶν τυχόντων ἀτυχημάτων ἀλλ' ὑπὸ μεγάλων καὶ πολλῶν, – *AL* Neque utique et facile transmutabilis, neque ex felicitate movebitur facile, neque a contingentibus infortuniis, set a magnis et multis.

[1169] *Arist. cat. 8, 9a 4f. (Cook 64):* φανερὸν δὲ ὅτι ταῦτα βούλονται ἕξεις λέγειν ἃ ἐστι πολυχρονιώτερα καὶ δυσκινητότερα.

tes. Unde apparet actionem illam perfectam non esse satis ad plenam
Quare vitia sufficiant ad miseriam non autem virtus ad felicitatem.
felicitatem, praesertim si de illa civiliter agatur. | Et mirantur aliqui, cur 255 Z_1
fiat, ut, si turpes actiones et vitia sufficiunt ad miseriam, virtus et actio probata non sit satis ad felicitatem, cum videatur contrariorum eandem esse rationem.[1170] Verum ad id respondetur nequaquam in contrariis perpetuo argumentum valere, quoniam quisque seipsum potest occidere, at nemo se a mortuis valet revocare. Deinde ad sanitatem omnium humorum temperatura et aequalitas exigitur, cum ad morbum sit satis, ut vel unus humor a sua naturali constitutione discedat.

1101a 11–13 *Post haec autem non efficietur denuo felix brevi tempore, sed si diuturno quodam vivat et perfecto, in quo fiat compos et magnarum et honestarum rerum.* [140*]

An sit ex aerumnis reditus ad pristinam felicitatem.
Quia de una mutatione loquutus erat, cum ex felici quis deturbatur, non quidem in miseriam, sed eo ut neque miser sit neque felix; nunc de altera mutatione vicissim agit quaerendo, an quispiam ex his ingentibus et plurimis infortuniis emergens reverti queat ad pristinam felicitatem. Ubi primum notes εὐδαίμων hic accipi pro absolute atque perfecte beato. Nam quaeritur, an ab illis aerumnis et gravibus casibus reditus sit concedendus ad pristinam felicitatem, unde beatus decideratur, ut Priamus vel Croesus vel tales, qui prius vere beati fuerint. Ad quaestionem respondet Aristoteles, id posse quidem fieri, sed non parvo tempore. Opus enim multis est, quae non statim possunt acquiri ¦ et 232 Z_2
comparari, praesertim ab oppressis fortunae iniuriis. Utque vir beatus instar quadrati lapidis non facile movetur, sic deturbatus non facile restituitur.[1171] In historiis talia non legimus passim neque ego scio quenquam magnatem eversum, qui perfecte ad pristinum statum redierit. Divinae literae unum Iobum nobis proponunt, qui revera osten-

[140*] *AG* ἔκ τε τῶν τοιούτων οὐκ ἂν γένοιτο πάλιν εὐδαίμων ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἀλλ' εἴπερ, ἐν πολλῷ τινὶ καὶ τελείῳ, μεγάλων καὶ καλῶν ἐν αὐτῷ γενόμενος ἐπήβολος· – *AL* Et ex talibus non utique fiet rursus felix in parvo tempore, set si quidem in multo et perfecto, magnorum et bonorum in ipso factus habundans.

[1170] *Die Meinung, dass entgegengesetzte Dinge auf ein und dasselbe Prinzip zurückgeführt werden könnten, wird von Aristoteles widerlegt. Vgl. Arist. met. 4,3, 1005b 23–25 (Jaeger 66). Vgl. auch Thom. Aqu. phys. 1,3,5 (STO IV 61):* Ostendit [Aristoteles] quomodo non potest dici omnia esse unum secundum rationem: quia si hoc esset, sequerentur tria inconvenientia. Primum est quod contraria essent unum secundum rationem […].

[1171] *Vgl. Streb. eth. 44v:* Ut vir stabilis et firmus fortuna luctante non facile deturbatur, sic deturbatus non facile erigitur.

tui fuit et singulari Dei providentia est restitutus.[1172] Ac si qui huiusmodi sunt, revera ceu quaedam admiranda et rara opera haberi possunt. Quamque hoc factu sit difficile, potest luculenter ostendere iam propositum exemplum Priami. Esto aliquando e tantis malis emersisset, quando unquam civitatem eversam instaurasset? Quando regnum ad pristinam formam atque splendorem restituisset? Quando abolevisset dolorem tot filiorum, qui occisi fuerant, tot cognatorum, qui iam misera captivitate adducti erant et Graecis serviebant? Perfectum tempus hic nil aliud quam plenam vitam significat. Et in ipso tempore, inquit, vitae reliquo usque ad finem oporteret, ut ingentium et permultorum bonorum fieret compos, alioquin denuo non efficietur felix.

256 Z_1 | *Quid igitur prohibet illum felicem dicere, qui agat ex virtute perfecta quique bonis externis copiose abundet, non quovis tempore sed perfecta vita? An addendum et ita victurum et moriturum ratione? Quandoquidem nobis futurum est incognitum, felicitatem autem et finem et perfectam usque quaque ponimus.* [141*] 1101a 14–19

Analysis. Putat Eustrathius non de felici absolute ac simpliciter hic sermonem fieri, sed de restituto et qui ex malis ac infortuniis emerserit.[1173] Ideoque non mirum, si ceu dubius loquitur, cum res illa sit et rara et parum explorata. Quia posuerat βίου τελείου, interpretationem eius quodammodo subiecit dubitando, an vitam perfectam sic intelligamus, ut eodem tenore semper vivat et tandem eadem ratione ac in eodem statu moriatur. Quod ideo requiri videtur, quoniam felicitatem ponimus fi-

[141*] *AG* τί οὖν κωλύει λέγειν εὐδαίμονα τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς ἱκανῶς κεχορηγημένον μὴ τὸν τυχόντα χρόνον ἀλλὰ τέλειον βίον; ἢ προσθετέον καὶ βιωσόμενον οὕτω καὶ τελευτήσοντα κατὰ λόγον; ἐπειδὴ τὸ μέλλον ἀφανὲς ἡμῖν ἐστίν, τὴν εὐδαιμονίαν δὲ τέλος καὶ τέλειον τίθεμεν πάντῃ πάντως· – *AL* Quid igitur prohibet dicere felicem secundum virtutem perfectam operantem et exterioribus bonis sufficienter ditatum, non contingenti tempore, set perfecta vita, vel apponendum et victurum sic et finiturum secundum racionem, quia futurum immanifestum nobis, felicitatem autem finem et perfectum ponimus omnino omnimode.

[1172] *Hiob 1f. und 42.*

[1173] *Eustr. graec. (Heylbut 101,8–11):* Ταῦτα οὐ περὶ τοῦ ἐξ ἀρχῆς εὐδαίμονος καὶ ἀγαθαῖς χρησαμένου τύχαις καὶ μέχρι τέλους οὕτω τετηρημένου ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐξ ἀγαθῶν μεταβεβλημένου τυχῶν καὶ εἰς μεγάλα περιπεσόντος καὶ πολλὰ ἀτυχήματα, εἶτα μεταβαλόντος πάλιν εἰς εὐτυχήματα. *Eustr. lat. (Mercken 164,73–76):* Haec non de felice a principio et bonis uso fortunis et usque ad finem sic servato, sed de eo qui ex bonis transmutatus est fortunis et in magna decidit et multa infortunia, deinde transmutatus est rursus in bonas fortunas.

nem et usque quaque perfectam. Sed ego potius iudicarim epilogum hic adiici, quo brevi descriptione ostendit, quis nam sit felix et id agit primum quo ad ea, quae perspicua sunt et in controversiam non revocantur. Deinde nonnihil subdubitat, an quicquam in hac re sit gra-
Quis felix sit. tificandum Soloni, et ostendit, quid ei dari utcunque ¦ posset. Primum 233 Z_2
igitur felicem illum dicit, qui ex virtute perfecta agat et externis bonis copiose abundet idque vita perfecta, non quovis tempore. Nam aetate confirmata est opus, ut superius est demonstratum, et si moreretur nimis iuvenis aut immatura morte, decederet nonnihil ex ratione verae felicitatis. Haec ex iam dictis certa sunt et indubitata. Nunc addit, sed quodammodo incertus et dubitans, et inquit: »An addendum, ut felix in his bonis et vivat et hoc modo se habens moriatur?« Quod si adiciatur, duplici de causa fit: tum quia nos felicitatem finem constituimus et rem perfectam, quae videntur exigere durationem aequabilem in his usque ad terminum vitae; tum quia nobis incerta sunt, quae impendent et in futurum expectantur. Dubitatio haec inducitur ob sententiam Solonis iam tractatam, cui etsi dare nolumus hominem, dum hic vivit, non posse dici felicem, tamen utcunque non graveremur ita loqui. Notabis etiam Aristotelem uti hoc loco εὐδαίμονος voce, ubi proculdubio de vero beato loquitur, utque statim subdetur, pro eodem ponit μακάριον.

1101a 19–21 | *Quod cum ita sit, ex viventibus illos beatos dicemus, in quibus et insunt et inerunt iam commemorata bona, beatosque dicemus, sed homines. Et haec huc usque sunto definita.* [142*] 257 Z_1

Si velimus aliquid Soloni dare atque gratificari, sic esset dicendum beatos hic esse et dici, sed addita conditione, ut sic maneant in posterum; nec refragari videtur Aristoteles, quin hoc detur, ita ut futurum tempus cum praesenti consentiat: Soloni minime datur, ut felix quis non sit aut dici non possit, dum vivit, quasi mors expectanda sit. Sed fortassis cum dicitur felix, addenda erit conditio. Sed notandum illum dicere istos non esse beatos simpliciter, sed tanquam homines, innuens quandam aliam beatitudinem perfectissimam esse, quae non possit ullo

Z. 18 graveremur] gravaremur Z_2

[142*] *AG* εἰ δ' οὕτω, μακαρίους ἐροῦμεν τῶν ζώντων οἷς ὑπάρχει καὶ ὑπάρξει τὰ λεχθέντα, μακαρίους δ' ἀνθρώπους· καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον διωρίσθω· – *AL* Si autem ita, beatos dicemus vivencium quibus existunt et existent que dicta sunt, beatos autem ut homines. Et quidem igitur de hiis in tantum dictum sit.

modo commutari, neque adiecta conditione de futuro opus habeat, et illa Dei est non hominum: sunt beati, sed beati homines.[1174]

Nunc reliquum est, ut de his, quae in hoc capite dicta sunt, paucis agam, quomodo sacris literis consentiant vel ab eis devient. Primum distinximus de beatitudine, ut quaedam esset huius seculi, altera vero in futurum expectanda. De illa futura cum Solone facimus, nam assentimur in hoc seculo non habendam; sed altera, quae sita est in condonatione peccatorum et instauranda vita per bonos mores, hic haberi potest. Quomodo autem quis dici ¦ queat felix ex ea, statuemus quandoque de seipso id esse persuasum, nam quisque potest nosse, an credat an non credat. Et hoc est: »Probet seipsum homo ac de pane illo edat et de calice bibat«[1175]. Et habemus testem Spiritum, qui »testimonium reddit spiritui nostro, quod simus filii Dei«[1176]. Adest et conscientiae ac bonae vitae testimonium.[1177] De aliis nil scire possumus, cum eorum animus et gratia sit nobis incognita, sed quam diu rectam fidem profitentur et in ecclesia tolerabiliter vivunt, de illis est bene sperandum.[1178] Neque statuere felicitatem esse actionem quicquam impedit, quin post mortem hi, qui obierunt, ea frui possint, cum vel tunc expeditiores habendae sint a nobis actiones. Ut autem felicitas nostra firma sit et stabilis, ex eius principiis, ut Aristoteles fecit de sua, expendamus. Pendet nostra felicitas a praedestinatione, spiritu et fide, quae longe praestabiliora sunt, quam ullae humanae virtutes aut actiones. Et multo minus in his fortuna potest quam in illis principiis Aristotelicis. Deinde nos quicquid Aristoteles in sua | felicitate ponit, habemus in nostra, quia et iustificatos volumus recte agere atque sese veris et solidis virtutibus instaurare, ac praeter illa sublimia principia, quae naturam vincunt, ponimus, nimirum divinam electionem, spiritum et fidem. Nec minus cum illo in eo consentimus, quod principia miseriae his contraria statuimus, hoc est reprobationem Dei, spiritus

Quomodo haec cum sacris literis consentiant.

234 Z_2

258 Z_1

[1174] *Vgl. Streb. eth. 44v:* Quia felicitas est alia deorum, alia mortalium, distinguendum est. […] Quapropter, si [homines] dicuntur esse foelices, non eo dicuntur, quod fruantur absolute foelicitate, sed ea, quam mortalis homo in tanta mutabilitate rerum comparare potest.

[1175] *1Kor 11,28.*

[1176] *Röm 8,16.*

[1177] *Vgl. Verm. Rom. 292:* Non enim leve aut contemnendum signum eius adoptionis est, quod habemus pacatam conscientiam nosque iam credimus Deo esse reconciliatos et charismatis aliis permultis nos iam experimur refectos esse et recreatos.

[1178] *Vgl. Verm. Rom. 616:* Non tamen de alterius salute quippiam nobis secure pollicemur, quamvis de nostra ipsorum salute non debeamus ambigere. Nam de aliis, et si certi esse non possemus, tamen charitas monet, ut de illis bene speremus.

destitutionem et infidelitatem. Qui subiicitur his malis, miser et infelix omnino habendus est. De collatione virtutum et scientiarum nullo pacto dissentimus, imo virtutes damus humanis scientiis magis constantes et firmas. Estque tanta stabilitas nostrae beatitudinis, ut dixerit Paulus de praedestinatione: »Firmum stat firmamentum: novit Dominus, qui sint sui«[1179]. Et ex fide ac gratia nos voluit Deus iustificari, non ex operibus, ut firma sit promissio et ne in illa titubemus ad nostram respiciendo infirmitatem. Atque Paulus ait: »Scio cui credidi et certus sum«[1180]. Quique nostra fruitur beatitudine, is ictus fortunae et quidem graves pulcherrime fert. Dicebat Paulus se scire humiliari et excellere, esurire et sitire, abundare ac penuriam pati.[1181] Est item noster felix ut quadratus lapis: »Quis«, inquit Paulus, »nos a charitate Dei separabit? Tribulatio? Angustia? Persequutio? Fames? Gladius? Periculum? Nuditas?«[1182] etc., et subiicit se persuasissimum esse neque vitam, neque mortem, neque angelos, neque principatus, neque potestates etc.[1183] Non laeditur noster felix fortuitis, sed omnia diligentibus Deum procedunt in bonum. Imo resplendet maxime in adversis: »Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit«[1184]. Utque Aristoteles ab insensibilitate abhorret, nos etiam illam non ponimus, imo flevit Christus, fleverunt prophetae ac sancti et iubemur condolere dolenti¦bus.[1185] Dicit Aristoteles felicem 235 Z_2 suum nunquam commissurum vilia et prava, nos de nostro haec non pronuntiamus, quoniam lapsus est graviter David[1186] et Petrus[1187] graviter. Suos ille habet non posse cito reparari, nos vero pharmacum habemus poenitentiae promptissimum ac semper ad manum. Et potest etiam noster ex his, quae suppeditantur, facere pulcherrima pro statu et conditione, quam est nactus. Unde minutum illud, quod offerebat vidua, tam pulchrum, gratum et acceptum Deo erat, ut opulentorum

[1179] *2Tim 2,19* Firmum fundamentum Dei stetit habens signaculum hoc: Cognovit Dominus, qui sunt eius.

[1180] *2Tim 1,12.*

[1181] *Phil 4,12* Scio et humiliari, scio et abundare; ubique et in omnibus institutus sum et satiari et esurire et abundare et penuriam pati.

[1182] *Röm 8,35.*

[1183] *Röm 8,38f.* Certus sum enim, quia neque mors neque vita neque angeli neque principatus neque instantia neque futura neque fortitudines neque altitudo neque profundum neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei.

[1184] *Röm 5,3–5.*

[1185] *Vgl. 1Kor 12,26* Si quid patitur unum membrum conpatiuntur omnia membra.

[1186] *2Sam 11,2–5.*

[1187] *Mt 26,69–75.*

oblationes vicerit.[1188] Postremo casus et infortunia temporaria quaecunque fuerint, magis impellunt pios homines ad Deum et a mundo abstrahunt. Non enim possunt nostri esse beati, nisi pauperes spiritu fuerint.

259 Z_1 5

| Caput XI

‹I,6› *Posterorum autem fortunas et amicorum omnium nihil attinere omnino, ab amicitia est alienum et contra opiniones videtur. Cum vero, quae accidunt, et multa sint et multiplices differentias habeant aliaque magis, alia minus nos attingant, singula distinguere longum et infinitum videtur. At si universe et crassius dicatur, forte satis fuerit.* [143*] 1101a 22–28

Quia Solon voluerat neminem, dum viveret, felicem appellari atque id ob fortunae multiplicem varietatem, contra quam sententiam obiecerat Aristoteles fortassis ne mortuos etiam extra fortunae aleam omnino esse, nisi velimus decernere posterorum casus ad suos non attinere, seu mortui fuerint seu vivi, quod inhumanum est et non dicendum videtur. Et relicta est sane tunc utraque pars quaestionis absque definitione. Quod tum expediri posse crederetur, cum patefactum esset, an quis, dum hic vivit, posset vocari felix, ut ut fortuna illius mutaretur? Et revera dissoluta est quaestio ex dictis, nam si beatitudo, veluti dictum est, a fortuna minime pendet et reddi non possumus ex nostris adversis miseri, neque propinquorum neque amicorum calamitatibus ita tangemur, ut a nobis felicitas prorsus eripiatur. Attamen ut nil a studiosis desideretur, privatim ad quaestionem respondetur. Et primum ad fortunatos ait propinquorum et amicorum casus attinere, ¦ quod in universum dicitur. Deinde aliquod ostenditur discrimen inter mortuos et vivos, non enim tam istos quam illos ex aequo attingunt. Esto igitur Analysis. 236 Z_2

[143*] *AG* Τὰς δὲ τῶν ἀπογόνων τύχας καὶ τῶν φίλων ἁπάντων τὸ μὲν μηδοτιοῦν συμβάλλεσθαι λίαν ἄφιλον φαίνεται καὶ ταῖς δόξαις ἐναντίον· πολλῶν δὲ καὶ παντοίας ἐχόντων διαφορὰς τῶν συμβαινόντων, καὶ τῶν μὲν μᾶλλον συνικνουμένων τῶν δ' ἧττον, καθ' ἕκαστον μὲν διαιρεῖν μακρὸν καὶ ἀπέραντον φαίνεται, καθόλου δὲ λεχθὲν καὶ τύπῳ τάχ' ἂν ἱκανῶς ἔχοι· – *AL* Pronepotum autem fortunas et amicorum omnium nequaquam quidem conferre, valde inamicabile videretur et opinionibus contrarium. Multis autem et omnimodas habentibus differencias accidentibus, et hiis quidem magis redundantibus, hiis autem minus, secundum unumquodque quidem dividere longum et infinitum videretur. Universaliter autem dictum et typo forsitan utique et sufficienter habebit.

[1188] *Mk 12,41–44.*

Amicorum casus ad fortunatos pertinent.

propositio: amicorum et propinquorum eventa etiam ad nos pertinent. Ea duobus argumentis confirmatur. Alterum est, quia statuere secus amicitiae sanctas leges violat. Nam quis ignorat amicum haberi quasi eundem alterum oportere?[1189] Quod non custoditur, quando ad me non puto attinere, quae illi, qui sit alter ego, accidant. Si amicitia est una eademque anima in duobus corporibus,[1190] fieri non potest, quin ab amico sentiantur, quae amico suo contigerint. Et certe amicus haberi non potest, quisquis amici eventa sua esse non putaverit. Decreto | 260 Z$_1$
Pythagoreorum id usque adeo verum est, ut ab eis pronunciatum sit, amicorum omnia esse communia.[1191] Alterum, quo eadem propositio stabilitur, est: nisi hoc pacto sentiamus, receptae ab omnibus opinioni adversabimur, nullus enim ita rusticus et rerum imperitus est, qui suos tueri non studeat et suorum iniurias non ducat suas esse, atque in secundis rebus amicis atque propinquis non gratuletur vicissimque in adversis una cum eis non doleat. Hinc mutuo convivia, nuptias et exequias celebrant.[1192] Quamobrem dicendum res posterorum seu cognatorum et amicorum ad nos attinere, ut ne vel in leges amicitiae vel in receptas opiniones iniqui simus. Valet porro ac vera est in universum sententia tam quo ad vivos quam quo ad mortuos: quod si quid sit discriminis, postea indicabitur. Ponitur ad haec quaedam occupatio.

Inaequalitas in his, quae amicis et propinquis accidunt.

Quivis enim intelligit in his, quae coniunctis atque necessariis nostris accidunt, non esse quo ad omnia aequabilitatem, nam propinquitatis varii multiplicesque sunt gradus, cum habeamus parentes, avos, proavos, tritavos et abavos. Habemus item fratres, consobrinos, fratrueles, neque tantum amicos, verum etiam amicorum amicos, recentes quoque ac veteres amicos, et ex his, quae accidunt, nonnulla scimus levia et alia gravia.[1193] Unde ab Aristotele videretur exigi posse, ut inter haec distingueret indicando, quibus tangi et quibus non moveri beatum

[1189] *Vgl. Cic. Lael. 80 (Falconer 188):* Est enim [amicus] is qui est tamquam alter idem.

[1190] *Diog. Laert. vit. 5,20 (Hicks I 462):* ἐρωτηθεὶς τί ἐστι φίλος, ἔφη [Ἀριστοτέλης], μία ψυχὴ δύο σώμασιν ἐνοικοῦσα. *Vgl. Arist. eth. Nic. 9,8, 1168b 6–9 (Bywater 190).*

[1191] *Vgl. Cic. off. 1,51 (Miller 54):* […] ut in Graecorum proverbio est, amicorum esse communia omnia. *Arist. eth. Nic. 8,9, 1159b 31 (Bywater 168):* κοινὰ τὰ φίλων. *Streb. eth. 46v schreibt diesen Spruch den Pythagoräern zu:* Amicorum communia sunt omnia, quae est vox Pythagorica ab omnibus comprobata.

[1192] *Vgl. Streb. eth. 46v:* Nemo sanae mentis quanvis rudis et rusticus existimat res suorum nihil ad se pertinere. Suos tuentur omnes, extollunt, summos esse volunt, laborantibus succurrunt, captos liberant, mortuos lugent et honore persequuntur. Hinc conspiratio totius familiae, hinc sacra communia, celebritates nuptiarum, invitationes, imagines, luctus communis, exequiae.

[1193] *Vgl. Streb. eth. 46v:* Alia magis, inquit, alia minus ad nos pertinent. Quaenam magis pertinent? Ea, quae sunt filiorum quam quae nepotum et nepotum quam pro-

oporteat. Ad id per occupationem respondet hoc fieri non posse, quod aut nimis longum aut infinitum esset, quorum utrunque cum artes tum facultates respuunt, nam, quae nimis longa seu infinita sunt, certis praeceptis aut ratione definita comprehendi nequeunt. Ideo, inquit, suscepto instituto satis erit, si universe atque rudiori Minerva[1194] dixerimus.[1195] Non itaque singula quaeque persequetur, sed quod in universum iudicandum sit aperiet, qua etiam ratione, qui leges conscribunt, uti videmus. Hi enim cum omnes casus non valeant exprimere, communibus verbis praecipiunt, quod visum fuerit. Τύπῳ quoque vult dicere non subtiliter, quia facilia tradet et apertiora omittendo nimis obscura et perceptu difficillima.[1196] Proinde subdit:

237 Z_2 ¦ *Enim vero quemadmodum adversa, quae accidunt, quaedam pondus habent ac momentum ad vitam, et alia videntur leviora; ita, quae amicis omnibus eveniunt, se habent.*[144*] 1101a 28–31

261 Z_1 | His verbis mensuram quandam praescribit, uti promiserat, sed universe ac pinguiori Minerva[1197] et accipitur haec regula ex iam allatis superius. Ac respicit magnitudinem aut parvitatem eventuum, cum inquit: necessariorum nostrorum casus fortunae ac eventa non sint a nobis aliena, sed etiam nos attineant. Ea metiemur, ut de nostris ipsorum iam est dictum. Quaedam infortunia levia sunt et illis nil movetur felix, alia vero, quae pondus et momentum ad vitam habent, non

Z. 19 nos] ad nos Z_2

[144*] *AG* εἰ δή, καθάπερ καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἀτυχημάτων τὰ μὲν ἔχει τι βρῖθος καὶ ῥοπὴν πρὸς τὸν βίον τὰ δ' ἐλαφροτέροις ἔοικεν, οὕτω καὶ τὰ περὶ τοὺς φίλους ὁμοίως ἅπαντας· – *AL* Si utique quemadmodum et circa ipsum fortunarum, hee quidem habent aliquod pondus et auxilium ad vitam, hee autem leviores videntur, ita et que circa amicos similiter omnes.

nepotum, et ita deinceps. Veterum amicorum quam novorum, bonorum quam malorum, quae magis augent aut imminuunt honorem.

[1194] *Vgl. Erasm. adag. 37 (ASD II/1 152).*

[1195] *Vgl. Streb. eth. 47r:* Subtiliter disputasset, si gradus omneis agnationum cognationumque distinguisset […]. Quod hoc erat longum et infinitum et a proposito valde alienum, maluit universe et minerva pingui dicere.

[1196] *Eustratius legt den Ausdruck* τύπῳ *anders aus, vgl. Eustr. graec. (Heylbut 103,8–10):* τύπῳ δὲ τὸ καθόλου λέγομεν, ὅτι συγκέχυται καὶ ἀμυδρότερον ἢ τὰ καθ' ἕκαστα τὴν γνῶσιν παρέχεται· ἐναργέστερα γὰρ ἀεὶ τὰ καθ' ἕκαστα διὰ τὸ αἰσθήσει γνωρίζεσθαι. *Eustr. lat. (Mercken 168,93–96):* Typo autem universale dicimus, quoniam confusum est et obscurius quam quae secundum singula cognitionem tribuunt. Manifestiora enim semper quae secundum singula eo quod sensu cognoscuntur.

[1197] *Vgl. Erasm. adag. 37 (ASD II/1 152).*

faciunt quidem miserum ex beato, sed illius felicitatem nonnihil coinquinant et obscurant. Ita sane de his, quae amicis accidunt, existimandum est.[1198]

1101a 31–34 *Refert autem, an quisque casus viventibus an mortuis accidat, multoque magis interest, quam iniusta ne ac gravia prius extiterint, quae in tragoediis referuntur, an reipsa committantur. Itaque hoc pacto discrimen inter ista colligendum est.* [145*]

An defuncti vivorum fortunis moveantur.

Casus atque fortunae amicorum ac propinquorum licet ad nos quoque attineant mensuraque et regula iam allata sint consideranda, nihilominus eodem modo non se habent ad vivos et ad mortuos. Et certe longe aliter afficiebatur Priamus, dum viveret, cerneretque suum regnum suamque familiam misere cadere quam Pelops aut Tantalus, qui iam obierant, moverentur et angerentur ob posterorum, Thyestis inquam et Atrei, scelera.[1199] Tantumque inter ista discrimen ponit quantum inter flagitia, quae actu patrantur et iam longe antea commissa in tragoediis recitantur. Hoc ille in re ista utitur simili, quo plane indicatur defunctos aut nihil aut parum admodum vivorum fortunis moveri. Nec mirum: siquidem a morte vel nihil superest vel, si adhuc manent defuncti, neque ita sunt infirmi neque sensibus amplius quemadmodum prius utuntur, qui fit, ut non instar viventium afficiantur. Unde si aut nihil aut ita leviter his tanguntur, apertum est illorum felicitatem neque his in miseriam verti neque maculari aut contamina¦ri, nisi fortassis vivorum existimatione. Quod vero attulit, argu- 238 Z_2

Quare Aristoteles hic nulla argumenta adferat.

mentis et rationibus adiunctis non confirmat, vel quod hic locus ad id tractandum non sit idoneus, vel quia, ut potius credo, nil de statu atque | conditione alterius vitae compertum habuerit. Quare, si modo 262 Z_1 suum morem custodit, quo solet in his aut mutus aut saltem non mul-

[145*] *AG* διαφέρει δὲ τῶν παθῶν ἕκαστον περὶ ζῶντας ἢ τελευτήσαντας συμβαίνειν πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ παράνομα καὶ δεινὰ προϋπάρχειν ἐν ταῖς τραγῳδίαις ἢ πράττεσθαι, συλλογιστέον δὴ καὶ ταύτην τὴν διαφοράν· – *AL* Differt autem et passionum unamquamque circa viventes vel mortuos contingere multo magis quam iniusta et mala preexistere in tragediis vel fieri. Sillogizandum utique et ita differenciam.

[1198] *Vgl. Streb. eth. 47r:* Tales esse fortunae casus in rebus eorum, quos habemus charos, quales sunt in negociis nostris.

[1199] *Vgl. Hyg. fab. 88,1 (Marshall 81):* Atreus Pelopis et Hippodamiae filius cupiens a Thyeste fratre suo iniurias exsequi, in gratiam cum eo rediit et in regnum suum eum reduxit, filiosque eius infantes Tantalum et Plisthenem occidit et epulis thesti apposuit. – *Zu den genannten Figuren der griechischen Mythologie vgl. NP X 305f. (Priamos); IX 509f. (Pelops); XII/1 11 (Tantalos); XII/1 519f. (Thyestes); II 222f. (Atreus).*

tus esse, quae certis ac firmis rationibus non valeat probare, id mirum haberi minime debet. Quae vero iniqua et gravissima scelera e tragoediis referri solerent, nemo versatus in poetis cum Graecis tum Latinis ambigit. Ibi Medea[1200] fratrem dilacerat et filios obtruncat.[1201] Ibi Atreus et Thyestes infando incestu et funestissimis dapibus contaminantur.[1202] Ibi Theseus[1203] filium Hippolytum[1204] ab equis discerpi curat.[1205] Ibi denique nihil, quod atrocissimum, detestabile atque crudelissimum non fuerit, haud consuevit introduci.

Scelera, quae in tragoediis referuntur.

Sed animadvertere operaepretium est, similis propositi duplicem intelligi posse collationem. Nam vel accipiemus: ita fortunas et casus viventium parum movere defunctos, ut spectatores tragoediarum non multum sceleribus et immanitate rerum, quas audiunt narrari, afficiuntur; aut sicut quae in tragoediis exprimuntur, de his heroibus, qui iam obierint, illos eosdem parum aut nihil attingunt, cum aut nihil sint aut a nobis valde remoti, ita nostris infortuniis aut casibus nil aut omnino tenuiter permoveri defunctos, quasi necessariorum et propinquorum eventa ad mortuos conferantur veluti tragoediae, quae de illis interdum referuntur atque ipsorum utcunque par eademque ratio haberi debeat.[1206] Quanquam alius intellectus non minus quadrat, si haec ita permisceamus, ut contraria contrariis reddantur, quemadmodum res mortuorum parum movent vivos, quando reprasentantur in tragoediis, haud secus fortunae vivorum parum aut nihil mortuos feriunt.[1207]

Similitudinis explicatio.

[1200] *Medeia, eng mit dem Argonauten-Mythos verbundene Gestalt der griechischen Mythologie. – NP VII 1091–1093.*

[1201] *Vgl. Hyg. fab. 23,4 (Marshall 38); Hyg. fab. 25,3 (Marshall 40).*

[1202] *Vgl. Hyg. fab. 88,1 und 4 (Marshall 81f.).*

[1203] *Theseus, mythologischer König und Staatsheros der Athener. – NP XII/1 435–439.*

[1204] *Hippolytos, Heros der griechischen Mythologie, Sohn des Theseus und einer Amazone. – NP V 601f.*

[1205] *Vgl. Hyg. fab. 47,2 (Marshall 56).*

[1206] *Vgl. Streb. eth. 47r-v:* Haec autem ratio comparationis: ut ea, quae aguntur in scena minus movent spectatores quam scelera, quum revera committuntur, ita fortuna adversa minus movet eum, qui mortuus est, quam qui vivit. Utque rebus adversis gravissime vexati nihil aut parum moventur a morte, quum calamitates ipsorum narrantur in theatro, misere cruciabantur vivi, sic mortui non magnopere turbantur propter aerumnas suorum, vivi multo gravius, quod adsunt, vident, sentiunt, dolorem corporis et animi ferunt.

[1207] *Vgl. Streb. eth. 47v:* Aut certe comparanda contraria hoc modo: ut res mortuorum, quum aguntur fabulae, parum commovent vivos, sic tragoediae et calamitates vivorum leviter feriunt mortuos.

1101a 34–1101b 3 *Ac fortasse magis de mortuis dubitandum, sint ne alicuius boni contrariorumque participes. Ex his quippe videtur, licet ad eos perveniat quicquam sive bonum sive contrarium, tenue quiddam et parvum aut simpliciter aut illis esse.* [146*]

Cum videat dubium et quidem non leve adhuc remanere de ipsis defunctis, an a morte boni malive sint participes, id non omnino dissi|mulat et inquit hoc magis forte superesse inquirendum. At modo, 263 Z_1
quemadmodum videmus, non fecit vel ignorationis suae sibi conscius, vel quod noluerit im¦pietatis accusari, si post mortem nil superesse 239 Z_2
diceret, quare non est, quod in praesentia illius nodi solutionem expectemus. Verum ex dictis inquit planum esse, nimirum ex prolato simili tragoediarum, admodum tenue ac parvum esse, quod hinc ad mortuos attinet, si quid tamen ista nostra illos tangant. Loquitur, ut audimus, non affirmando absolute, sed conditione interposita, ex qua dicendi formula nemo possit certa ratione colligere eum de alterius vitae statu quicquam affirmare. Quod enim nunc tradit, est: dato seu concesso nostra pertingere ad mortuos, quanti momenti erga eos esse queant. Quod vero adiecit, *aut simpliciter aut illis*, hunc habet intellectum. Si quae vivis accidunt eiusmodi sint ut levia et momentum seu pondus ad vitam immutandam non habeant, tum simpliciter ac natura sua tenuia et exigua sunt; quod si gravia per seipsa essent, saltem ipsis, hoc est mortuis, ob illorum statum atque conditionem tenuia et parva essent.[1208]

1101b 3–5 *Alioqui tale ac tantum, ut neque beatos faciant eos, qui non erant, neque a beatis auferat felicitatem.* [147*]

[146*] *AG* μᾶλλον δ' ἴσως τὸ διαπορεῖσθαι περὶ τοὺς κεκμηκότας εἴ τινος ἀγαθοῦ κοινωνοῦσιν ἢ τῶν ἀντικειμένων· ἔοικε γὰρ ἐκ τούτων εἰ καὶ διικνεῖται πρὸς αὐτοὺς ὁτιοῦν, εἴτ' ἀγαθὸν εἴτε τοὐναντίον, ἀφαυρόν τι καὶ μικρὸν ἢ ἁπλῶς ἢ ἐκείνοις εἶναι, – *AL* Magis autem fortassis inquirendum circa eos qui defecerunt, si aliquo bono communicant vel oppositis. Videtur enim ex hiis si et redundant ad ipsos quodcumque sive bonum sive contrarium, fragile quoddam et parum, vel simpliciter vel ipsis esse.

[147*] *AG* εἰ δὲ μή, τοσοῦτόν γε καὶ τοιοῦτον ὥστε μὴ ποιεῖν εὐδαίμονας τοὺς μὴ ὄντας μηδὲ τοὺς ὄντας ἀφαιρεῖσθαι τὸ μακάριον· – *AL* Si autem non tantum et tale ut faciat felices eos qui non sunt, neque hiis qui sunt auferat beatitudinem.

[1208] *Vgl. Streb. eth. 47v:* Simpliciter est tenue et exiguum, quod per se leve atque parvum […]; quod tametsi suapte natura grave est atque magnum, non tamen illis grave et magnum.

Iam inquit parum et tam exiguum id est, quod ad mortuos negotia huius vitae faciant, ut illis neque beatitudinem afferat neque adimat. Imo potius nostra haec ideo videntur ad mortuos spectare, quod aliquo respectu et quidem per viventes ad ipsos videantur referri. Passim enim sceleratis dicitur: Magno dedecore atque ignominia vestros maiores afficitis; ac e diverso bene atque praeclare se gerentibus: Beati profecto sunt parentes, a quibus in lucem editi estis.

Itaque ad mortuos pertinere videntur secundae res nec non adversae, sed ita et eatenus, ut nec ex beatis non beatos nec aliud quippiam huiusmodi efficiant. [148*] 1101b 5–9

264 Z_1 | Epilogo satis aperto rem concludit. Res nostras ad mortuos quidem pertinere, sed tamen ita, ut illos non vehementer afficiant, atque in hac sententia 11. caput absolvat. Modo superest, ut de more spectemus, quantum ista cum divinis literis consentiant.

Quantum haec cum divinis literis consentiant.

In summa quod res amicorum et necessariorum ad nos pertineant, divinae literae assentiuntur. Quare iure meritoque damnatur vox Cain, qua se negabat fratris custodem, tanquam minus ad illum pertinerent, quae ipse ageret.[1209] Imo divina oracula indicant longe arctius 240 Z_2 a Deo iunctum ac devinctum humanum ¦ genus, quando adstringimur ad proximos diligendos ut nosmetipsos.[1210] Atque nomine proximi non amici tantum et necessarii comprehenduntur, sed nobis quoquo modo coniuncti vel etiam inimicitiarum occasione. Unde pie admodum scribebat Paulus: »Quis scandalizatur, et ego non uror?«[1211] Ad haec Christus quoque agnovit hanc vulgo receptam opinionem et sensum communem omnibus inditum, ut sibi coniunctos putent amicos et necessarios. Unde inquit publicanos et peccatores mutuo inter sese salutare, iuvare ac beneficos esse, quare a suis discipulis multum ultra hoc requirit, nempe ut charitatem suam vel ad hostes ipsos exten-

Z. 13 absolvat] absolvit Z_2 16 assentiuntur] assentiuntnr Z_2

[148*] *AG* συμβάλλεσθαι μὲν οὖν τι φαίνονται τοῖς κεκμηκόσιν αἱ εὐπραξίαι τῶν φίλων, ὁμοίως δὲ καὶ αἱ δυσπραξίαι, τοιαῦτα δὲ καὶ τηλικαῦτα ὥστε μήτε τοὺς εὐδαίμονας μὴ εὐδαίμονας ποιεῖν μήτ' ἄλλο τῶν τοιούτων μηδέν· – *AL* Conferre quidem igitur aliquid videntur hiis qui defecerunt bone operaciones amicorum, similiter autem et infortunia, talia autem et tam magna ut neque felices non felices neque non felices felices faciant, neque aliud talium aliquod.

[1209] *Gen 4,9* Num custos fratris mei sum?
[1210] *Mt 22,39* Diliges proximum tuum sicut te ipsum.
[1211] *2Kor 11,29.*

dant.[1212] Nostra etiam spectare ad maiores, qui iam obierint, scripturae docent. Nam Deus amicis suis posterorum pollicitus est prosperitatem et impiis comminatus graves etiam in nepotes calamitates.[1213] Ac epulo divesque ille in Luca descriptus noluisset fratres ita perdite atque corrupte vivere, ut iisdem tandem poenis una secum afficerentur.[1214] Ad haec, si viventium cum mortuis omnis funditus praecisa et abrupta esset communicatio, non vocati fuissent Iudaei filii Abrahami post illius obitum neque adhuc a morte cognatorum gradus affinitatis, quae per illos inducta est, custodirentur. Atque id ut verissimum, quod hic subditur, debet concedi, nempe defunctos ob ea, quae hic a nobis gerantur, haud statum seu conditionem mutare. Nam dives ille, cuius paulo ante mentionem fecimus, ob cognatorum seu fratrum probitatem ex misero non potuisset beatus fieri. An vero propter illorum pravam doctrinam, si magis in dies grassetur per vivos aut propter illorum corrupta et detestanda inventa seu exempla, cum iam obierint, ipsis poenae accrescant, non ausim affirmare. Video sane ob unum peccatorem resipiscentem ad angelos magnum gaudium redundare,[1215] at id non mirum, quando illi ad nos assidue se conferunt et, quae hic agantur, non ignorant. Quod non pos|sumus de animis nostris identidem 265 Z_1
constituere, qui nostra suapte vi cognoscere nequeunt, nisi Deus illis voluerit patefacere, quod ab eo fieri divinis literis non constat, imo potius demonstratur longe secus evenire. Hoc tamen si Deus faceret, ut mortuos nostra ignorare non sineret, non tamen ex eorum notitia, vel sic dolore tangerentur, ut eorum felicitas imminueretur aut inquinaretur, nec ita laetarentur, ut eorum miseria in beatitudinem abiret. Quae omnia ut vere ac ex fide orthodoxa dicuntur, ita cum his, quae Aristoteles hic dicit, facile congruunt. At papistae, qui animas in purgatorio degentes volunt actionibus vivorum liberari, ita ut ex gravissimis poenis atque suppliciis ad summam requiem et optatissimam be-

[1212] *Mt 5,44–46* Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in caelis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Si enim diligatis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne et publicani hoc faciunt?

[1213] *Ex 20,5f.* Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filiis in tertiam et quartam generationem eorum, qui oderunt me, et faciens misericordiam in milia his, qui diligunt me et custodiunt praecepta mea.

[1214] *Lk 16,27f.* Rogo ergo te, pater, ut mittas eum in domum patris mei (habeo enim quinque fratres), ut testetur illis, ne et ipsi veniant in locum hunc tormentorum.

[1215] *Lk 15,7* Dico vobis, quod ita gaudium erit in caelo super uno peccatore paenitentiam habente quam super nonaginta novem iustis, qui non indigent paenitentia.

atitudinem transeant,[1216] non modo literarum divinarum oraculis, verum authoritate quoque Aristotelis gravissime premuntur.

241 Z_2 ¦ Caput XII

‹1,7› *His definitis de felicitate consideremus, reponenda ne sit inter laudabilia vel inter honoranda, siquidem perspicuum est illam ad facultates non pertinere.*[149*] 1101b 10–12

Saepius audivimus et liquet abunde felicitatem bonum quid esse, ideo non iniuria modo quaeritur, cuiusmodi sit bonum, atque id agitur, nempe his, quae iam allata sunt, definitis. Constitutum enim iam est Methodus. illam esse atque vera illius patefacta est definitio, causae demonstratae, illi remoti, qui eius non sunt capaces, ac denique tempus expositum, quo quis dici debeat felix, in vita ne an post mortem. Quare nunc in dubium revocatur, honoranda ne sit felicitas, an laudanda sive praedicanda encomio. Haec tria sunt, quae hoc 12. cap[ite] comprehenduntur, quamvis ab initio duorum tantum capitum fit mentio, ad finem enim ponuntur, quae ad ipsum encomium pertinent. Sed operaepretium iudico, ut a nobis tria haec ex ipso Aristotele definiantur primo Rhetoricorum: Ἔστιν δ' ἔπαινος λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς· δεῖ οὖν τὰς πράξεις ἐπιδεικνύναι.[1217] Laude itaque magnitudo Laus. 266 Z_1 virtutis explicatur, sed quia latet, actiones celebrantur, | unde virtus ostendi certo argumento queat. Τὸ δ' ἐγκώμιον τῶν ἔργων ἐστί.[1218] Tunc sane adhibentur encomia, cum ipsa opera sunt celebranda, sive Encomium. maneant ut colossi, labyrinthi, statuae, sive iam praeterierint ut victoriae, certaminis, patefactae coniurationis et consimilia. Honor vero Honor.

[149*] *AG* Διωρισμένων δὲ τούτων ἐπισκεψώμεθα περὶ τῆς εὐδαιμονίας πότερα τῶν ἐπαινετῶν ἐστὶν ἢ μᾶλλον τῶν τιμίων· δῆλον γὰρ ὅτι τῶν γε δυνάμεων οὐκ ἔστιν· – *AL* Determinatis autem hiis scrutemur de felicitate utrum laudabilium est vel magis honorabilium. Manifestum enim quoniam potenciarum non est.

[1216] *Vgl. Conc. Lugd. II (DH 856):* Si vere paenitentes in caritate decesserint, antequam dignis paenitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis: eorum animas poenis purgatoriis seu catharteriis […] post mortem purgari: et ad poenas huiusmodi relevandas prodesse eis fidelium vivorum suffragia, Missarum scilicet sacrificia, orationes et eleemosynas et alia pietatis officia, quae a fidelibus pro aliis fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiae instituta. – *LThK³ III 1206f.*

[1217] *Arist. rhet. 1,9, 1367b 28 (Ross 41).*

[1218] *Arist. rhet. 1,9, 1367b 28f. (Ross 41).*

est σημεῖον δόξης εὐεργετικῆς[1219] atque signa ista in sacrificiis consistunt, monimentis vel metrica vel soluta oratione scriptis, praemiis, lucis dedicatis, primis accubitibus, sepulchris, imaginibus, victu publico et adoratione ritu barbarico.[1220] Haec de his definitionibus breviter diximus.

Bonorum partitio.

Nunc vero bona sunt partienda, quaedam enim humana sunt et quaedam divina. De divinis in praesentia parum agitur. Humana vero adhuc dividuntur, nam quaedam certa sunt et finita, quaedam incerta et non definita. Primi sane ordinis sunt virtus atque beatitudo, nam ista sic certa sunt atque finita, ut illis nemo possit male uti, et ita prosunt, ut nunquam obsint. Incerta vero se omnino secus habent, quia interdum iuvant, interdum nocent atque tam bene quam male homines illis utuntur. Huc vero pertinent naturales faculta¦tes animi, ut vis irascens, 242 Z_2 nec non illa, qua cupimus, voluntas et consimiles. Illa etiam, quae ratione ac usu parantur, ceu navigandi peritia, pugnandi et dicendi. Potest harum rerum malus esse usus nec minus interdum nocumentum

Analysis.

quam adiumentum afferunt.[1221] Cumque res huiuscemodi laude aut honore non existimentur dignae, ideo quaestionem proponendo illa particula de felicitate interiecta est, *siquidem perspicuum est illam ad facultates non pertinere*, ac si per occupationem tacitae responderet obiectioni. Nam dixisset aliquis: beatitudo neque laude neque honore afficienda est, quare abs te frustra quaeritur, utrum duorum illi conveniat. Non ita est, inquit, quoniam beatitas et in numero bonorum est neque adnumeratur illis, quae ἐπαμφοτερίζουσιν, uti sunt facultates, quarum usus est et abusus, quae nonnunquam prosunt et interdum nocent.

[1219] *Arist. rhet. 1,5, 1361a 28 (Ross 21):* Σημεῖον εὐεργετικῆς εὐδοξίας.

[1220] *Arist. rhet. 1,5, 1361a 34–37 (Ross 22):* μέρη δὲ τιμῆς θυσίαι, μνῆμαι ἐν μέτροις καὶ ἄνευ μέτρων, γέρα, τεμένη, προεδρίαι, τάφοι, εἰκόνες, τροφαὶ δημόσιαι, τὰ βαρβαρικά, οἷον προσκυνήσεις καὶ ἐκστάσεις.

[1221] *Eustr. graec. (Heylbut 104,21–105,1):* ἐπεὶ γὰρ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν θεῖά φαμεν τὰ δὲ ἀνθρώπινα, καὶ τὰ μὲν θεῖα τίμια λέγομεν ὡς ὑπάρχοντα καὶ ὑπὲρ ἔπαινον καὶ τιμῆς διὰ τὴν ὑπεροχὴν ἀξιούμενα, ἐπαινετὰ δὲ τὰ ἀνθρώπινα, ὡς τοῦ τιμᾶσθαι μὲν λειπόμενα, ἐπαίνων δὲ μόνων τυγχάνοντα, εἰσὶ δὲ καὶ ἕτερα ἀνθρώπινα μὲν καὶ ταῦτα, ἐπαμφοτερίζοντα δὲ ὡς καὶ κατορθοῦν δύνασθαι καὶ ἁμαρτάνειν, καὶ διὰ τοῦτο δυνάμεις λεγόμενα ὥς τινας τῶν τεχνῶν ὑπάρχει ‹εὑρεῖν› οἷον ἰατρικὴν ἢ ῥητορικὴν ‹ἢ› κυβερνητικήν. *Eustr. lat. (Mercken 170,43–52):* Quia enim bonorum haec quidem divina dicimus, haec autem humana, et divina quidem honorabilia dicimus ut existentia super laudem et honore propter superexcellentiam digna, laudabilia autem humana velut ab eo quod est honorari quidem deficientia, laudes autem saolas adipiscentia, sunt autem et altera humana quidem et haec, ad utrumque se habentia autem ut et dirigere potentia et facere peccare et propter hoc virtutes vel potentiae dicta, velut quasdam artium existentes est invenire, puta medicinalem vel rhetoricam vel gubernativam.

Idcirco restat, ut vel honore vel laude ipsam omnino prosequamur. Inter laudabilia non collocabitur, quoniam illa (ut dicetur) ad aliud referuntur. Unde in bonis honoratis manebit, ut Deus et illi, qui maximis beneficiis nos cumulant, nam honor ad ista proprie pertinet. Propositio, qua respondetur ad quaestionem est: felicitas non est ex genere laudabilium. Confirmat eam prius ratione, deinde authoritate philosophi Eudoxi[1222]. Ratio syllogismo potest huiusmodi comprehendi: Analysis.

267 Z_1 | Quae certa qualitate sunt affecta et referuntur ad aliud, sunt laudanda.
Beatitudo non est huius generis.
Ideo non est laudabilis.[1223]

Sed iam prius Aristotelis verba interponantur.

Id omne sane, quod est laudabile, laudari videtur, quod aliqua sit praeditum qualitate et ad aliquid quodammodo referatur. Virum enim iustum, probum, fortem, ut in summa dicam, et ipsam virtutem propter opera actionesque laudamus. Robustum quoque et celerem cursu et alium quemvis ob id laude afficimus, quod sit certae qualitatis et ad aliquid boni honestique referatur. [150*] 1101b 12–18

Primo loco maior syllogismi expositi propositio traditur, quae tum inductione tum alio argumento confirmatur. Inductione allata ostenditur, quae laudantur, et qualitate certa esse affecta et ad aliud referri, nimirum ad opera et actiones. Idcirco enim sunt laudabiles iustus, 243 Z_2 fortis et probus, quia ¦ istarum virtutum habitibus ornantur et actionum iustarum, fortium et honestarum sunt authores. Atque in ista inductione simplicia et coniuncta numerantur, id est una cum iusto Laudantur, quae certa qualitate affecta sunt et ad aliud referuntur.

[150*] *AG* φαίνεται δὴ πᾶν τὸ ἐπαινετὸν τῷ ποιόν τι εἶναι καὶ πρός τι πῶς ἔχειν ἐπαινεῖσθαι· τὸν γὰρ δίκαιον καὶ τὸν ἀνδρεῖον καὶ ὅλως τὸν ἀγαθόν τε καὶ τὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦμεν διὰ τὰς πράξεις καὶ τὰ ἔργα, καὶ τὸν ἰσχυρὸν δὲ καὶ τὸν δρομικὸν καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῷ ποιόν τινα πεφυκέναι καὶ ἔχειν πως πρὸς ἀγαθόν τι καὶ σπουδαῖον· – *AL* Videtur autem omne laudabile in quale quid esse, et ad aliquid qualiter habere laudari. Iustum enim et virilem et universaliter bonum et virtutem laudamus, propter opera et actus; et fortem et cursorem et aliorum unumquemque in qualem quandam natum esse et habere aliqualiter ad bonum aliquod et studiosum.

[1222] *Eudoxos von Knidos (wohl 391/90–338/37 v. Chr.), Mathematiker, Astronom, Geograph, und Philosoph. Zu seinen grundlegenden Beiträgen zur griechischen Mathematik zählt die Proportionenlehre. – NP IV 223–225; DPhA III 293–302.*

[1223] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Baroco.

viro, forti et probo virtus ipsa, ita ut non tantum praediti virtute, sed etiam ea per se ipsa laudetur. Deinde non tantum recensentur animi habitus, verum corporis quoque adiiciuntur, ut robur et velocitas. Referuntur, inquit, ista ad ἔργα et πράξεις. Forte πράξεις ad animam et ἔργα ad corpus pertinent, quamvis hoc inter ista discrimen haud perpetuum sit et certum.

1101b 18–21 *Id deorum laudes perspicue demonstrant: nam, cum referuntur ad nos, ridiculae videntur, quod profecto inde oritur, quod laudes, ut diximus, ex collatione petantur.* [151*]

Deus non laudatur, quia non ad aliud refertur.

| Ratione adhuc maior probatur, qua docet ex eo non posse deos laudari, quia oporteret illos ad aliud quiddam referre, quod sane perabsurdum est, cum ea sit Dei bonitas et dignitas, ut non aliunde sit petenda, sed in seipsa plena satis et solida constet. Nil Deus habere potest se melius, quo perficiatur, quod in his requiritur, quae laudantur. Virtutum laus actionibus constat, quae actiones habitibus sunt meliores et illos perficiunt. Quod, si quippiam hoc pacto de Deo tentaremus dicere, laudem ridiculam institueremus, nam illa Deus potius dehonestaretur, quam commendaretur. Neque ista dicuntur, quasi Deus actiones non habeat erga nos beneficas, quae a Davide atque hymnis Orphei[1224] commemorantur. Eas plane habet, sed illarum celebratio ad honorem, non ad laudes pertinent, quia tales non sunt actiones, quasi absque ipsis Deus sua dignitate careret aut veluti ex illis eius perfectio pendeat.[1225] Bene quidem meretur Deus de hominibus, at id non est eius finis, nisi fortassis quo ad cui, qua de re superius abunde sumus loquuti.[1226] Scio equidem locum hunc ab aliquibus exponi ridiculas fore Dei laudes, dum ab iisdem laudaretur a quibus homines laudantur, nimirum a parentibus, a forma, ab armis, a patria

10 268 Z_1

Z. 7 cum] quum Z_2

[151*] *AG* δῆλον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν περὶ τοὺς θεοὺς ἐπαίνων· γελοῖοι γὰρ φαίνονται πρὸς ἡμᾶς ἀναφερόμενοι, τοῦτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ γίνεσθαι τοὺς ἐπαίνους δι' ἀναφορᾶς, ὥσπερ εἴπομεν· – *AL* Manifestum est hoc et ex hiis que circa deos sunt, laudibus. Derisibiles enim videntur ad nos relati; hoc autem contingit quia sunt laudes per relacionem ut diximus.

[1224] *Orpheus, berühmtester Sänger in der griechischen Mythologie. – NP IX 54–57.*

[1225] *Vgl. Streb. eth. 50r:* Nec [Deus] laudabilior habendus, quod homini permulta dederit, quod res egregias perfecerit, quia si nihil istorum fecisset, tantus esset, quantus est. Nec laus eius cum homine communis, nec opera faciunt laudabilem, nec illi fit unquam decessio nec ulla penitus accessio.

[1226] *Vgl. oben S. 78.*

et huiusmodi.[1227] Est sane hoc verum, sed ad rem propositam nil facit, quoniam Aristoteles ex eo deos non posse laudari statuit, quod extra se nihil habeant, ad quod referantur et a quo perficiantur, et fortassis hoc dicendo poetas perstrinxit et aliquos ineptos, qui deos imprudenter laudaverint.

244 Z_2 *Quod si laus talium est, nemini dubium, quin opti¦mis non congruat. Sed aliud quiddam maius atque melius, ut videtur. Deos enim ut beatos et felices praedicamus et, quos habemus ex hominibus divinissimos, beamus.* [152*] 1101b 21–25

Deo maiora debentur laude.

Non docuit deos et beatitudinem non esse laudanda, quasi vellet quippiam eis detrahere: imo, inquit, illis quippiam laude maius et melius debetur, id vero est honor, cum deos ac divinos homines non laudamus, tamen beamus. Unde sciendum Aristotelem in Rhetoricis iam adducto loco non tantum habere ἐπαίνους, ἐγκώμια et τιμήν, sed has
269 Z_1 duas voces μακαρισμόν et εὐδαιμονισμόν, quae sane cum Deo tum | viris divinis conveniunt.[1228] Praedicare itaque possumus Deum ut principium, fontem ac plenitudinem quandam bonorum omnium, quae, cum de illo dicimus et celebramus, non ad ἔπαινον, sed ad μακαρισμόν attinet. Quod ait de Deo, itidem de hominibus maxime divinis affirmandum censet. Hi autem sunt benefici, qui ad naturam prope divinam existimantur accedere, ut, qui cum Deo pene ipsa natura communicant, iidem a Deo non discrepent hac honoris proprietate.

Z. 6 non] non non Z_2

[152*] *AG* εἰ δ' ἐστὶν ὁ ἔπαινος τῶν τοιούτων, δῆλον ὅτι τῶν ἀρίστων οὐκ ἔστιν ἔπαινος, ἀλλὰ μεῖζόν τι καὶ βέλτιον, καθάπερ καὶ φαίνεται· τούς τε γὰρ θεοὺς μακαρίζομεν καὶ εὐδαιμονίζομεν καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς θειοτάτους [μακαρίζομεν]· – *AL* Si autem est laus talium, manifestum quoniam optimorum non est laus, set maius aliquid et in eis quemadmodum videtur. Deos enim beatificamus et felicitamus et virorum divinissimos beatificamus.

[1227] *Vgl. Streb. eth. 49v:* Sunt qui interpretantur ad nos deorum laudes referri, quum dii sic laudantur ut homines et cum mortalium genere comperantur, ut si dicantur pulchri, celeres, divites, fortunati, fortes, iusti, clementes, pii.

[1228] *Arist. rhet. 1,9, 1367b 34–36 (Ross 41):* μακαρισμὸς δὲ καὶ εὐδαιμονισμὸς αὐτοῖς μὲν ταὐτά, τούτοις δ' οὐ ταὐτά, ἀλλ' ὥσπερ ἡ εὐδαιμονία τὴν ἀρετήν, καὶ ὁ εὐδαιμονισμὸς περιέχει ταῦτα.

1101b 25–27 *Ita quoque de caeteris bonis res se habet, nemo quippe felicitatem, quemadmodum iustitiam laudat, sed ut quippiam divinius et melius beat.* [153*]

Felicitas non est capax laudis.

Quae de Deo et hominibus prope divinis pronuntiaverat, idem quoque de beatitudine affirmat, cuius causa mota fuit quaestio. Quia felicitas non est habitus neque actio imperfecta, quae ad meliorem referatur, ideo scribitur non esse capax laudis. Virtutem autem, ut quae inter bona summum locum non occupat, laudare proprie licet.

1101b 27–31 *Eudoxusque videtur pulcherrima unus defensione pro voluptatis praemiis et honoribus. Quod enim, cum bona sit, non laudaretur, indicare putavit iis, quae laudantur, eam esse praestantiorem, cum Deus et ipsum bonum sint eiusmodi, nam ad haec alia referuntur.* [154*]

Suam sententiam Eudoxi authoritate confirmat. Is enim voluptatem ¦ summum bonum statuerat, cui cum patrocinari deberet, quod a caeteris philosophis non laudaretur: »Iure«, inquit, »abstinent ab eius laudibus, quia, inter bona dum summum locum obtinet, illam non queunt laudare.« »Cum bona«, inquit, »sit«; hoc adiecit, ne quis ob id putet eam illaudatam, quod ex bonorum albo sit exclusa. Ex his non putetur Eudoxi opinio de voluptate confirmari, quasi pro summo bono sit habenda. Sed eius commendatur acumen, qui ex eo quod sibi ab adversariis obiiciebatur, suam magis constabilivit opinionem, recte a se id non esse laudibus ornandum, quod extremum bonum fuerit.[1229] 245 Z_2

Z. 3 *Marg.* laudis] fraudis Z_2 9 cum] quum Z_2

[153*] *AG* ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἀγαθῶν· οὐδεὶς γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπαινεῖ καθάπερ τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡς θειότερόν τι καὶ βέλτιον μακαρίζει· – *AL* Similiter autem et bonorum. Nullus enim felicitatem laudat quemadmodum iustum, set ut divinius aliquid et melius beatificat.

[154*] *AG* δοκεῖ δὲ καὶ Εὔδοξος καλῶς συνηγορῆσαι περὶ τῶν ἀριστείων τῇ ἡδονῇ· τὸ γὰρ μὴ ἐπαινεῖσθαι τῶν ἀγαθῶν οὖσαν μηνύειν ᾤετο ὅτι κρεῖττόν ἐστι τῶν ἐπαινετῶν, τοιοῦτον δ' εἶναι τὸν θεὸν καὶ τἀγαθόν· πρὸς ταῦτα γὰρ καὶ τἄλλα ἀναφέρεσθαι· – *AL* Videtur autem et Eudoxus bene attribuisse de primiciis voluptati. In non laudari enim bonorum existentem nunciare existimat, quoniam melius est laudabilibus. Talem autem esse deum et per se bonum; ad hec enim et alia referri.

[1229] *Vgl. Streb. eth. 50v:* Eudoxi de voluptate sententiam non probat Aristoteles […], sed argutum responsum viri, qui res summas non laude sed honore dignas ostenderit.

270 Z_1 *Laus enim virtutis, nam honestorum autho|res ex ea evadimus. Encomia vero sunt operum, ut corporis, ita et animi.* [155*] 1101b 31–34

Cur virtus sit laudabilis, modo exponitur, quia inde fit perfectior, quod nos actionum honestarum efficientes reddit et ita reddit, ut ipsa ex eis perficiatur. Ut virtuti laus proprie attribuitur, ita operibus encomium, neque refert, an ea sint vel corporis vel animi, neque si transeant aut maneant. Cum autem encomii definitio fit prius allata, plura de eo loqui desinam. Virtus est laudabilis.

At de his exquisite agere, ad eos magis attinet, qui circa encomia laborant. Nobis vero hinc liquet felicitatem inter honorata bona et perfecta esse habendam. [156*] 1101b 34–1102a 1

Qui circa encomia exercentur et laborant, sunt ipsi rhetores et sophistae, ut fuit Protagoras[1230] et Isocrates[1231] et horum similes.[1232] Huius philosophiae non est de his exquisite loqui, quoniam obiter in eorum mentionem incidimus.[1233] Atque ista tantum ideo commemorata sunt, quia ostendendum erat, felicitatem ipsam, quod summum bonum esset, non posse laudari, sed tantum honore celebrandam.

Z. 7 definitio] desinitio Z_{1-2} 8 desinam] definam Z_1

[155*] *AG* ὁ μὲν γὰρ ἔπαινος τῆς ἀρετῆς· πρακτικοὶ γὰρ τῶν καλῶν ἀπὸ ταύτης· τὰ δ' ἐγκώμια τῶν ἔργων ὁμοίως καὶ τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ψυχικῶν· – *AL* Laus quidem enim virtutis; operatores enim bonorum ab hac virtute laudantur. Laus autem operum similiter et corporalium et animalium.

[156*] *AG* ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως οἰκειότερον ἐξακριβοῦν τοῖς περὶ τὰ ἐγκώμια πεπονημένοις· ἡμῖν δὲ δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία τῶν τιμίων καὶ τελείων· – *AL* Set hoc quidem forte magis proprium certificare, hiis qui circa laudes insudaverunt. Nobis autem manifestum ex hiis que dicta sunt, quoniam est felicitas honorabilium et perfectorum.

[1230] *Protagoras (5. Jh. v. Chr.) war nach Platon (Plat. Prot. 317b) der erste Philosoph, der als »Sophist« bezeichnet wurde. – NP X 456–458; GGL I/3 15–40.*

[1231] *Isokrates (436–338 v. Chr.), athenischer Logograph, Rhetoriklehrer und Publizist. Unter seinem Namen sind insgesamt 21 Reden und neun Briefe überliefert. – NP V 1138–1143.*

[1232] *Vgl. Streb. eth. 50v:* Qui sunt ii, qui encomiis operam dederunt? Ii, qui vocabantur sophistae et in scholis rhetoricam profitebantur, ut Andocides, Antiphon, Gorgias, Isocrates.

[1233] *Vgl. oben S. 381f.*

1102a 2–4 *Et ita quoque videtur habere, cum sit principium: caetera enim omnia huius gratia omnes facimus. Quod vero principium et causa est bonorum, honorandum et divinum arbitramur.* [157*]

Felicitas honoranda quia finis.

¦ Nova ratione propositionem suam communit. Idcirco, inquit, felicitas 246 Z_2
est honorata, quia principium et causa est bonorum neque causa est
quaecunque, sed finis. Quod sane genus causae est summum, nam
materia pendet a forma, ea inducitur ab efficienti, finis vero agentem
causam incitat, ultra finem, quo ipsa moveatur, haberi non potest.
Quare Aristoteles in 2. Physicorum non immerito pronunciavit finem
causam causarum esse.[1234]

Quatenus haec sacris literis consentiant.

Quae in isto capite sunt allata, divinis literis per omnia non consen-
tiunt. Nam homines utut benefici et perfecti atque ipsa felicitas non | ita 271 Z_1
summa et eximia bona sunt, ut alio referri non debeant. Hoc suadet
pietas, hoc rei dignitas exigit, hoc divina lege imperatur. At Aristoteles
nusquam, quod sciam, istam nostrorum bonorum relationem in Deum
commendavit. Praeterea id minus placet, quod felicitatem ac eximios
homines honore dicit ornanda ut Deum, quasi pro meritis laudari
nequeant et Deo ipsi comparentur. Deo quidem dabimus, quod vere
non possit laudari, ut in Psal[mo] 65. dicit: »Tibi Deus laus silet in
Zion«[1235]; alii verterunt: »Te expectat«[1236]; Hebraice scribitur: **דמיה**,
»Tacita est«. Et Rabbi David sequitur hanc expositionem, quod Deus
prae dignitate laudari non possit, quia omnia nostra protinus exce-
dit.[1237] At id vel de ullis hominibus vel de humana felicitate non ex-
istimaverim posse pie dici.

[157*] *AG* ἔοικε δ' οὕτως ἔχειν καὶ διὰ τὸ εἶναι ἀρχή· ταύτης γὰρ χάριν τὰ λοιπὰ πάντα πάντες πράττομεν, τὴν ἀρχὴν δὲ καὶ τὸ αἴτιον τῶν ἀγαθῶν τίμιόν τι καὶ θεῖον τίθεμεν· – *AL* Videtur autem ita habere, et propter esse principium; huius enim gracia reliqua omnia omnes operantur; principium autem et causam bonorum honorabile quid et divinum ponimus.

[1234] *Vgl. Thom. Aqu. phys. 2,5,11 (STO IV 71):* Dicitur finis causa causarum.

[1235] *Ps 65,2 (Vulg. 64,2).*

[1236] *Vgl. den Text der Vulgata (Ps 65,2 [Vulg. 64,2]):* Te decet hymnus, Deus, in Sion.

[1237] *Die Deutung von* **דמיה** *als »Stille« findet sich nicht im Psalmenkommentar des David Kimchi (Rabbi David) (1160–1235, vgl. EJ XII 155f.), sondern bei Raschi (Rabbi Salomon) (1040–1105, vgl. EJ XVII, 101–106; LMA VII, 445f.), vgl. Tehillim I 794.*

Caput XIII

‹I,8› *Quia vero beatitudo est actio quaedam animi ex virtute perfecta, de virtute utique agendum est atque ita fortassis felicitatem spectabimus.* [158*] 1102a 5–7

Tria sunt, quae isto capite potissimum aguntur. Primum statuitur de virtute pertractandum. Deinde animi partes distinguuntur. Iuxta quam divisionem postremo virtutes quoque separantur. Propositio prima est: tractandum est de virtutibus, quod ratione duplici confirmatur, tum quia melius ipsa beatitudo intelligetur, tum quia civiles circa virtutem potissimum occupantur. Sciendum vero in methodo librorum Aristotelem hunc morem servare, ut sub finem alicuius libri submoneat, de quibus proximo libro sit dicendum, quod modo licet apertissime cognoscere. Nam quia secundo libro de virtute in universo agendum est, ideo in calce huius causam ostendit, quare id facere o¦porteat et quomodo partiendae sint virtutes ostendit.[1238] Ratio prior, qua probatur tractatio de virtutibus necessaria, sumitur a felicitatis natura, quae iam toto isto libro est explicata. Et certe, cum in eius definitione virtus adhibita sit, ea non poterit perfecte intelligi, nisi virtutis quoque iusta notitia interponatur. | Nam quae in definitione quavis accipiuntur, eius quod definitur partes esse quasdam non ambigitur et nemo ignorat ipsum totum nos latere, nisi partes illius patefiant. Et finis cum pendeat a mediis, quibus consequi possit, eo demostrato necesse est, ut media etiam, quibus habeatur, ostendantur. Quare beatitudine definita, de virtute iure tractandum est, quo ad illam ut medium necessarium refertur. Dixit *ex virtute perfecta*, non ut actuosam significaret, non in po-

Capitis 13. partitio.

Methodus Aristotelis.

247 Z_2

Quare de virtute tractandum.

272 Z_1

[158*] *AG* Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργειά τις κατ' ἀρετὴν τελείαν, περὶ ἀρετῆς ἐπισκεπτέον ἂν εἴη· τάχα γὰρ οὕτως ἂν βέλτιον καὶ περὶ τῆς εὐδαιμονίας θεωρήσαιμεν· – *AL* Si autem felicitas operacio quedam secundum virtutem perfectam, de virtute scrutandum. Forte enim utique ita melius et de felicitate contemplabimur.

[1238] *Eustr. graec. (Heylbut 108,17–22):* Ἔθος τῷ Ἀριστοτέλει ἐν ταῖς παραδιδομέναις ὑπ' αὐτοῦ μεθόδοις, ταῖς εἰς πλείω βιβλία διαιρουμέναις, ἐν τοῖς τέλεσι τῶν προλαμβανόντων τὰ ἐφεξῆς προαναφωνεῖν περὶ τίνων διαλαβεῖν μέλλουσιν ὡς ἂν εἶεν συνεχῆ πρὸς ἄλληλα τὰ γραφόμενα· ἐπεὶ τοιγαροῦν ἐν τῷ πρώτῳ τούτῳ περὶ εὐδαιμονίας τὸν πάντα λόγον πεποίηκε, μέλλει δ' ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ ἀρετῆς διδάξαι ἡμᾶς καθόλου, προλαμβάνει λέγων τὸ μέλλον ἔσεσθαι. *Eustr. lat. (Mercken 174,83–89):* Consuetudo est Aristoteli in traditis ab ipso methodis, in plures libros divisis, in finibus praeassumptorum quae deinceps praedicere, de quibus tractare debent, ut utique sint continua ad invicem quae scribuntur. Quia igitur in orimo huius de felicitate omnem sermonem fecit, debet autem in secundo de virtute docere nos universaliter, praeassumit dicens quod futurum erit.

tentia seu in habitu, quoniam id satis ex definitione liquebat, cum actio ponatur ut genus, quod efficit ne, etiamsi velimus, queamus virtutem in habitu accipere. Sed intellexit perfectam, quae iam radices egerit sitque firma et admodum constans.[1239] Vel innuit gradum inter virtutes esse, quare felicitas dicitur actio virtutis at non cuiusvis, sed melioris atque praestantioris, ut est prudentia et sapientia.

1102a 7–12 *Videtur autem quisquis vere civilis fuerit circa ipsam, quam maxime laborare: vult enim cives bonos efficere ac legibus obtemperantes. Atque Cretensium Lacaedemoniorumque legislatorum hac de re habemus exempla, et si qui alii huiusmodi fuere.* [159*]

Analysis. Iam ratione altera confirmatur par esse, ut de virtute agatur, quandoquidem ad civilem facultatem, cuius haec philosophia vel pars vel initium est, maxime spectat. Sic poterit syllogismus componi:

Facultas civilis debet de virtute agere.
Moralis philosophia est civilis facultas.
Quare illius est de virtutibus tractare.[1240]

Minor ut hactenus probata sive posita relinquitur. Maior exemplis confirmatur legumlatorum cum Cretensium tum Lacaedemoniorum, id est, Minois[1241] et Lycurgi.[1242] *Et si qui alii huiusmodi fuere*, addit, quoniam per haec exempla inductionis argumento est usus, quod sane infirmum est, nisi omnia singula recenseamus vel addatur particula, quae illa omnia indicet ita se habere. Nec dubium est permultos alios fuisse legislatores, qui iure a prudentia et bonis institutis laudari de-

Z. 22 ita se] se Z_2

[159*] *AG* δοκεῖ δὲ καὶ ὁ κατ᾽ ἀλήθειαν πολιτικὸς περὶ ταύτην μάλιστα πεπονῆσθαι· βούλεται γὰρ τοὺς πολίτας ἀγαθοὺς ποιεῖν καὶ τῶν νόμων ὑπηκόους· παράδειγμα δὲ τούτων ἔχομεν τοὺς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων νομοθέτας, καὶ εἴ τινες ἕτεροι τοιοῦτοι γεγένηνται· – *AL* Videtur autem et secundum veritatem civilis, circa hanc maxime insudare. Vult enim cives bonos facere, et legum obauditores; exemplum autem horum habemus Cretensium et Lacedemoniorum legislatores, et si qui alii tales facti sunt.

[1239] *Vgl. Streb. eth. 52v:* Adde, quod opus est longo tempore et longa consuetudine bene vivendi, si velis esse foelix. Agendo virtus increscit et firmatur usuque longo fit perfectior.

[1240] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

[1241] *Minos, mythologischer König von Kreta, Sohn des Zeus und der Europe, bekannt als Richter und Gesetzgeber. – NP VIII 234f.*

[1242] *Vgl. Polyd. inv. 82.*

248 Z_2 beant. Commemoratur enim Solon, ¦ Draco[1243], Charondas[1244], Numa[1245] Pompilius atque consimiles.[1246] Dubitat Eustrathius, an his
273 Z_1 (~~274~~) Moses | accenseri queat, videturque id negare, quod populum non humana via, sed omnino divinitus instituerit.[1247] At mihi, pace illius dixerim, non ita videtur. Quia pertinent ad hunc numerum omnes legislatores, qui studuerunt homines bonos efficere, non autem refert, an divinis an humanis rationibus id praestiterint. Siquidem Lycurgus ab Apolline,[1248] Minos a Iove,[1249] Numa vero ab Aegeria[1250] se doctos finxerunt leges tulisse, quas promulgarunt. Civilem autem non simpliciter dicit, sed *vere*, quod ut inveniuntur quo ad doctrinam sophistae ac impostores, ita in disciplina publicae administrationis occurrunt saepe fucati et adulterini magistratus, qui scientiam bene regendi rempub[licam] vel non tenent vel uti nolunt aliudque consilium sequuntur, quam ut cives bonos fieri cupiant. His vero iam addatur, si magistratui curae debeat esse, ut populi ex virtute agant, et inter eas pietas primas habeat. Ad bonum itaque magistratum spectabit omnino providere, ut pura sinceraque religio in suis ditionibus colatur. Quod qui non faciunt, veram gubernandae reipub[licae] rationem non retinent.[1251] Quomodo autem ex instituto faciendi bonos cives conficiatur virtutem adhibendam, facile intelligitur, quoniam virtutes probitatis sunt causae.

An ad numerum civilium legislatorum Moses pertineant.

Quod si tractatio civilis est facultatis, manifestum erit inquisitionem iuxta nostrum ab initio institutum fore.[160*] 1102a 12–13

[160*] *AG* εἰ δὲ τῆς πολιτικῆς ἐστὶν ἡ σκέψις αὕτη, δῆλον ὅτι γίνοιτ' ἂν ἡ ζήτησις κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς προαίρεσιν· – *AL* Si vero politice est perscrutacio hec, manifestum quoniam fiet utique questio secundum eam que a principio eleccionem.

[1243] *Drakon soll im Jahre 621/20 v. Chr. in Athen die ersten schriftlich fixierten »Gesetze« erlassen haben. – NP III 810f.*

[1244] *Charondas (7./6. Jh. v. Chr.) galt als Gesetzgeber der westgriechischen Kolonien. – NP II 1109f.*

[1245] *Numa Pompilius, sagenhafter zweiter König und Gesetzgeber Roms. NP VIII 1045f.*

[1246] *Vgl. Polyd. inv. 82f.*

[1247] *Eustr. graec. (Heylbut 109,8f.):* Μωσέα γὰρ τούτοις συντάττειν ὀκνῶ, θεόθεν καθαρῶς λαβόντα τὸν νόμον καὶ νομοθετήσαντα καὶ δημαγωγήσαντα ὑπὲρ ἄνθρωπον. *Eustr. lat. (Mercken 175,9–11):* Moysen enim his coordinare pigritor, divinitus pure assumentem legem et legem ponentem et plebem ducentem super hominem.

[1248] *Her. hist. 1,65 (Dietsch I 34f.).*

[1249] *Plat. leg. I 624a (Burnet V ibid.).*

[1250] *Liv. 1,19,5 (Walters/Conway I ibid.). – Die Nymphe Egeria war Geliebte und Beraterin des Numa Pompilius, vgl. NP III 888.*

[1251] *Vgl. Verm. Iud. 185v:* Nec princeps corpora tantum hominum curabit et negliget animos. Non enim armamentarium ac subulcum fingimus, cui tantummodo venter, caro et cutis subditorum curae sint, imo providebit, ut ex virtute ac pietate vivant.

Ista modo interponuntur et quidem obiter, ut indicetur sic de virtutibus tractandum, ut exquisitae rationes expectari non debeant, sed quales in facultate civili haberi solent: quandoquidem ista philosophia vel principium est vel pars civilis facultatis. Haec duo sunt ab initio libri huius fuse declarata, nempe doctrinam hanc de moribus civilem esse, atque demonstrationes ibi mathematicas haberi non posse.

1102a 13–15 *De virtute autem agendum, humana videlicet; etenim bonum humanum inquirimus et felicitatem humanam.* [161*]

Virtutes variae et quae nam humanae.

Ne putetur Aristoteles virtutem quamvis docturus, de humana tantum se loqui velle testatur. Innuit Eustrathius hoc dici, quod variae multi- pli¦cesque sint virtutes, reperitur quippe civilis, purgans, contemplans, 249 Z_2 et utitur exemplis.[1252] At haec non multum ad rem faciunt, quon|iam 274 Z_1 hae omnes virtutes, quas recenset, humanae sunt et Aristoteles non humanas a tractatione sua, verum si quae ab homine alienae sint, excludit.[1253] Unde alii dixerunt non esse hic de virtutibus Dei, quae tanquam omnium virtutum exempla sunt, agendum neque de virtutibus mentium coelestium aut stellarum aut elementorum aut naturae, sed tantum de humanis. Possent haec fateor accommodari, sed verior meo iudicio sensus est, ut hic putemus virtutes humanas intelligi, quae ad animum attinent, ita ut de virtutibus corporis nil sit expectandum. Atque hunc sensum, quae proxime dicet Aristoteles, confirmabunt.

1102a 16–18 *Virtutem quidem humanam dicimus non corporis sed animi et felicitatem quidem animi actionem dicimus.* [162*]

[161*] *AG* περὶ ἀρετῆς δὲ ἐπισκεπτέον ἀνθρωπίνης δῆλον ὅτι· καὶ γὰρ τἀγαθὸν ἀνθρώπινον ἐζητοῦμεν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἀνθρωπίνην· – *AL* De virtute autem perscrutandum, humana videlicet. Et enim bonum humanum querebamus et felicitatem humanam.

[162*] *AG* ἀρετὴν δὲ λέγομεν ἀνθρωπίνην οὐ τὴν τοῦ σώματος ἀλλὰ τὴν τῆς ψυχῆς· καὶ τὴν εὐδαιμονίαν δὲ ψυχῆς ἐνέργειαν λέγομεν· – *AL* Virtutem autem dicimus humanam non eam que corporis, set eam que anime. Set et felicitatem anime operacionem dicimus.

[1252] *Eustr. graec. (Heylbut 109,19f.):* Πολλὰ γένη ἀρετῆς εἰσῆγον οἱ παλαιοί, πολιτικὴν καθαρτικὴν νοερὰν καὶ τὴν παραδειγματικήν. *Eustr. lat. (Mercken 176,24–26):* Multa genera virtutum inducebant veteres: politicam, purgativam, intellectualem et exemplarem.

[1253] *Vgl. Streb. eth. 53r:* Errat [Eustratius] meo iudicio, quia nullam ponit, quae non sit generis humani.

Hic apertissime videmus, quae ab hac tractatione virtutes excludantur, corporis inquam. Illae autem 4 numerantur, sanitas, forma, sensuum perspicacitas et robur,[1254] sub quo comprehenduntur vis currendi, saltandi, trahendi, comprimendi et proceritas, ut in Rhethoricis ab eodem Aristotele dicitur.[1255] Et illas tantum esse tractandas, quae in animo inhaereant. Quod cum ita sit, gradus iam positus est, per quem ad partes animi distinguendas veniatur, cum omnes virtutes haud sint in eadem animi parte. Rationem subdit, quare virtutem humanam illam dicat, quae animi sit: quoniam et felicitas, ad quam virtus refertur, animi actio est. Nec obscurum oportere medium cum fine iustam habere convenientiam. Unde si felicitas, quae animi actio est, habeatur (ut haberi debet) pro fine, virtus quoque, per quam ad illam itur, in animo erit. Nec ista sic accipienda sunt, quasi virtutes corporis ad felicitatem nil faciant. Faciunt quidem, sed non ita, ut sint eius praecipuae ac intimae partes, verum inter instrumenta censeri debent et multo sane praestantiora quam divitiae.

Quae virtutes excludantur ab hac tractatione.

Si autem haec ita se habent, liquet oportere civilem nosse aliquo modo, quae ad animum spectant, quemadmodum vel oculos vel corpus universum sanaturus atque hoc magis, quanto et honoratior et melior est civilis facultas quam medicina. [163*]

1102a 18–21

275 Z_1 250 Z_2 ¦¦ Quoniam animus virtutum est subiectum, ideo prius de illo quaedam videnda sunt, quam illius accidentibus agatur. Simili hoc suum consilium Aristoteles confirmat. Quia medicus identidem agit: is enim ante naturam corporis et oculi spectat, quam ad ista curanda manus admoveat. Augetur vero argumenti vis, quando in ista similitudine a minori ad maius proceditur. Medica enim facultas civili habetur longe inferior, quare, si medicus non ignorat, quae tractaturus et sanaturus

Quare de animo tractandum.

Z. 19 est] et Z_1

[163*] *AG* εἰ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, δῆλον ὅτι δεῖ τὸν πολιτικὸν εἰδέναι πως τὰ περὶ ψυχῆς, ὥσπερ καὶ τὸν ὀφθαλμοὺς θεραπεύσοντα καὶ πᾶν ‹τὸ› σῶμα, καὶ μᾶλλον ὅσῳ τιμιωτέρα καὶ βελτίων ἡ πολιτικὴ τῆς ἰατρικῆς· – *AL* Si autem hec ita habent, manifestum quoniam oportet politicum scire aliqualiter que circa animam, quemadmodum et eum qui oculos curat et omne corpus, et magis quanto honorabilior et melior politica medicinali.

[1254] *Vgl. Arist. rhet. 1,5, 1360b 21f. (Ross 19f.):* τὰς τοῦ σώματος ἀρετάς (οἷον ὑγίειαν, κάλλος, ἰσχύν, μέγεθος, δύναμιν ἀγωνιστικήν).

[1255] *Arist. rhet. 1,5, 1361b 15–18 (Ross 22):* ἰσχὺς δ' ἐστὶ μὲν δύναμις τοῦ κινεῖν ἕτερον ὡς βούλεται, ἀνάγκη δὲ κινεῖν ἕτερον ἢ ἕλκοντα ἢ ὠθοῦντα ἢ ἄροντα ἢ πιέζοντα ἢ συνθλίβοντα, ὥστε ὁ ἰσχυρὸς ἢ πᾶσιν ἢ τούτων τισίν ἐστιν ἰσχυρός.

Similitudinis propositae explicatio.

est membra, civilis multo magis erit animum, in quo sunt virtutes, cognoscere. Apposita est et commodissima similitudo medici et civilis. Ut enim ille medetur corpori, sic iste animum bonis institutis curare satagit. Et est propemodum, ac si cernamus hominis duas praecipuas partes a duplici facultate regendas et instaurandas: civili creditur animus, corpus medico. Utque medicus ante omnia de unaquaque corporis parte scire curat, quae illi ex natura propria conveniant, deinde intuetur, quid morbus incidens afferat eius naturae contrarium, quibus perspectis de remediis prospicit, quibus illae corporis partes ad proprium naturae statum revocet. Atque cum haec ad corpus pertineant, quod animo notius est, rationem argumentandi a similibus pulchre observavit, quandoquidem ex his, quae notiora sunt et apertiora, similitudinem duxit.[1256] Nec sine ratione speciatim oculi mentionem fecit, vel quia is etiam finis est moralis doctrinae, ut mentis oculus non obscuretur aut flectatur ad errores ex animi affectibus immoderatis aut perturbatione vehementiori; vel quod inter caetera corporis membra, oculorum notitia sit difficilior, cum multiplicibus variisque rebus constent, ibi enim sunt membranae complures, humores varii, nervi ac venae permultae.[1257] Unde si medicus non perterretur ea difficultate, neque civilis a notitia quadam animi se minime debet subtrahere. Duo sunt, quae medico attribuit, notitiam oculi et corporis, quibus innuit duo medicum oportere nosse, totum quidem hominis corpus et particulam illam privatam, quam sanat. Quae si ad civilem transtuleris, oculos ad animum, corpus ad omnes partes et ordines reipub[licae]

[1256] *Vgl. Streb. eth. 54r-v:* Quum paulo antea duplicem fecisset humanam virtutem, unam animo, alteram corpori tribuisset, hoc vidit corpus a medicis, animum a custodibus legum curari oportere, quapropter eo venit comparationis. Quod autem corpus videri potest ac tangi, notius est quam mens et animus; quamobrem, si quid ex eo sumitur et apte comparatur, illustrat id, quod erat obscurius, quod plurimum valeat ad docendum.

[1257] *Eustr. graec. (Heylbut 110,21–31):* τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς ἐνταῦθα παρέλαβεν ἴσως διὰ τὸ ποικίλον τῆς τούτων συνθέσεως· […] ἢ οὖν διὰ τοῦτο ἢ διὰ τὸ καὶ τῇ πολιτικῇ περὶ τῶν νοητῶν ὀφθαλμῶν τῆς ψυχῆς τὴν σπουδὴν εἶναι μάλιστα, νοῦ καὶ διανοίας, ὡς ἂν μὴ συγχέοιντο καὶ ἀμβλυώττωσι τοῖς ἀλόγοις ἐπισκοτούμενοι πάθεσι, μηδ' ἐπιπροσθοῖντο τῷ πάχει τοῦ σώματος εἰς τὴν τῆς ἀληθείας καὶ τοῦ ἀγαθοῦ κατανόησιν. *Eustr. lat. (Mercken 177f.,68–79):* Oculos autem hic assumpsit forte propter varietatem compositionis horum. […] Vel igitur propter hoc vel quia et politicae de intellectualibus oculis animae studium est maxime, intellectu scilicet et mente, ut utique non confundantur et obtundantur irrationalibus intendentes passionibus neque superapponantur grossitiei corporis in veritatis et boni ignorantiam vel reprehensionem.

referes.[1258] Ideo addidit *aliquo modo*, quoniam civili non vult universam de animo scientiam obtrudere, quam quatenus ad virtutes accommodatur.[1259]

Et qui utique sunt inter medicos elegantes, plurimum circa corporis notitiam laborant.[164*] 1102a 21–23

276 Z_1 | Ne putes illum de quibusvis medicis agere, τοὺς χαρίεντας nominatim exprimit, ut qui non ignoret aliquos crassiores facile notitiam huius-
251 Z_2 modi ¦ corporis et oculorum praeterire ac tantum quibusdam experimentis uti. Propterea inquit elegantiores medicos circa notitiam corporis plurimum laborare. Quamobrem, quod illi magno studio ac labore sibi vendicant, civili turpissimum erit negligere. Vim hic sermo profecto habet adhortandi, ut, quae mox de animo dicenda sunt, prompte atque alacriter accipiantur. Medici elegantiores, qui modo commemorantur, fuere Machaon[1260], Podalirius[1261], Aesculapius[1262], Hippocrates, Erisistratus[1263] atque consimiles, qui aetatem Aristotelis praecesserunt.[1264]

Z. 1 quoniam] qnoniam Z_2

[164*] *AG* τῶν δ' ἰατρῶν οἱ χαρίεντες πολλὰ πραγματεύονται περὶ τὴν τοῦ σώματος γνῶσιν· – *AL* Set et medicorum excellentes, multa negociantur circa corporis cognicionem.

[1258] *Vgl. Streb. eth. 54v:* Ut is, qui oculos curaturus est, tum corpus, sic qui et civitatem recturus, animum cognitum quodammodo habere debet.

[1259] *Vgl. Streb. eth. 53v:* Cur illud additur quodammodo? Explicat Aristoteles, quum dicit animum cognoscendum horum causa, id est propter mores atque virtutes et quoad satis est ad ea, quae modo quaeruntur. Quia penitus perspicere et accurate subtiliterque perquirere non est eius, qui remp[ublicam] administrat, sed eius, qui in contemplatione philosophiaque versatur.

[1260] *Machaon, in der griechischen Mythologie Sohn des Asklepios und Arzt. – NP VII 622.*

[1261] *Podaleirios, in der griechischen Mythologie Sohn des Asklepios und Arzt. – NP IX 1186.*

[1262] *Asklepios, wichtigster griechischer Heilheros, Sohn des Apollon und einer Sterblichen, in Rom als Aesculapius verehrt. – NP II 94–100.*

[1263] *Erasistratos (4./3. Jh. v. Chr.), Verfasser zahlreicher medizinischer Abhandlungen, galt als einer der bedeutendsten Ärzte in der Antike. – NP IV 41–43; GGL II/1 295f.*

[1264] *Vgl. Streb. eth. 54v:* Medicos χαρίεντας, hoc est […] doctos et praestantes, dicit antiquos, non Galenum et aequales posterioresve, qui omnes post Aristotelem florurerunt. Antiqui vero Aesculapius, Machaon, Podalyrius, Paeon, Hippocrates, eius discipuli multi, Critobulus, qui sanavit oculum Philippi aliique permulti, ut Diocles, Praxagoras, Plistonicus.

1102a 23–26 *Viro itaque civili de animo considerandum est, sed ita considerandum est, ut horum gratia id fiat et quantum satis fuerit ad ea, quae inquiruntur. Nam penitius et exquisite ista cognoscere operosius fortassis est, quam quae modo sunt proposita.* [165*]

Quatenus hic de animo considerandum.

Non universam de animo doctrinam seu scientiam huc transferendam censet, sed quantum ad ea, quae modo aguntur, satis fuerit. Nam quae obiter in aliqua facultate sumenda interdum sunt, non debent ceu ex professo tractari, alioqui libri in immensum crescerent, et superfluis compluribus lectores onerarentur. Hoc est, quod inquit operosius id fore, quam sit res proposita. Quis ignorat scientiam de animo integram et perfectam tota philosophia de moribus esse difficiliorem multo? Si quis innumeras eas quaestiones videre cupiat, librum primum eius tractationis perlegat.[1265] Non vult Aristoteles, ut quisquam auditorum labore deterreatur, quo minus his attendat, quae de animi natura statim est interpositurus. Id obiter notabimus omnium facultatum seu scientiarum quosdam esse praescriptos fines eosque non par esse excedere.[1266] Unde, quae obiter accesserunt, curandum est ut parce inducantur, ne πάρεργα institutis vel plura vel paria fiunt. Et quia illa, quae per seipsa tractantur, non eadem sunt cum iis, quae propter aliud spectantur, ideo ut ut in illis prolixe agamus, in iis haud immorandum est, nisi quantum ipsa necessitas coegerit. Possumus etiam ex his, quae nunc dicuntur, intelligere, ut scientiae sibi mutuo inserviant neque ulla earum propemodum reperitur, quae alterius opera in aliqua sui parte non indigeat. Est | enim mira bonarum rerum connexio neque minus quam virtutes ipsae quoque scientiae inter sese coniunctae sunt. 277 Z_1

Scientiae quomodo tractandae.

1102a 26–28 ¦ *Dicunturautem de ipso nonnulla et in externis sermonibus abunde satis et iis modo est utendum.* [166*] 252 Z_2

Z. 12 eas] eus $\mathcal{Z}_1$ 18 fiunt] fiant $\mathcal{Z}_2$ 24 Est | enim] Est | Est enim $\mathcal{Z}_1$

[165*] *AG* θεωρητέον δὴ καὶ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς, θεωρητέον δὲ τούτων χάριν, καὶ ἐφ' ὅσον ἱκανῶς ἔχει πρὸς τὰ ζητούμενα· τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐξακριβοῦν ἐργωδέστερον ἴσως ἐστὶ τῶν προκειμένων· – *AL* Contemplandum itaque et civili de anima. Contemplandum autem horum gracia, et in quantum sufficienter habet ad quesita. In plus enim certificare, operiosius forte est propositis.

[166*] *AG* λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια, καὶ χρηστέον αὐτοῖς· οἷον τὸ μὲν ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λόγον ἔχον· – *AL* Dicuntur autem de hac et in exterioribus sermonibus sufficienter quedam et utendum ipsis.

[1265] *Arist. anim. 1,1–5, 402a 1–411b 31 (Ross 1–25).*

[1266] *Vgl. oben S. 74.*

Scripta ἀκρωάματα et ἐξωτερικά, quid differant.

Quae de animo faciant huc, indicat, ex quo loco sumi queant, nempe ex illis eius scriptis quae vocat ἐξωτερικά, ibi enim quaedam se ait copiose tradidisse, quibus in praesentia utendum censet, ea vero mox ipse referet. Ad quae priusquam accedamus, dicendum est, quod sit ponendum discrimen inter ea scripta Aristotelis, quae ἀκρωάματα et quae ἐξωτερικά nominantur. Putavit Eustrathius illa fuisse ἀκρωάματα, quae auditoribus proponebantur legenda, et ab ipso eodem explicabantur; ἐξωτερικά vero fuisse, quae requisitus de aliquo argumento ad quempiam scripsisset.[1267] Cicero vero 5. De finibus habet: »Duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum quod ἐξωτερικόν appellabant, alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt.«[1268] Gellius[1269] 2. lib[ro], cap[ite] 4.: »Exoterica dicebantur, quae ad rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum civiliumque rerum notitiam conducebant, acroamatica autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur quaeque ad naturae contemplationes disceptationesve dialecticas pertinebant.«[1270] Ex his, ut arbitror, liquet exoterica illa fuisse, quae vulgabantur faciliusque intelligi poterant, ut quae non tantum haberent acuminis methodi subtilisque tractationis. Acroamata vero, quae tantum in scholis retinebantur neque poterant nisi ab exercitatis et bene doctis facile cognosci. Cum itaque nunc Aristoteles agat cum civilibus hominibus et de moribus tractet, lectores non ad libros suos De anima remittit, qui sane, ut iudico, acroamatici sunt, quandoquidem ibi methodus absolutissima conservatur et omnia multo subtilissime atque acutissime scribuntur, sed ad ἐξωτερικά ut faciliora et quibuslibet pervia. Et in eis non omnia de animo se scripsisse ait, sed *quaedam*, innuens ibi non contineri perfectam tractationem. Atque dicit *et in externis*, innuens rem alibi quoque tractatam et perfectius, quae tamen inde sumenda sint, ipse (ut audiemus) recitabit.

Z. 25 sed ad] sed Z_2

[1267] *Eustr. graec. (Heylbut 111,25–28):* ἐκεῖνα μὲν οὖν ἀκροαματικὰ ὀνομάζεται, ἐπεὶ ὡς εἴρηται πρὸς τοὺς κοινῶς ἀκροωμένους γεγένηται, ταῦτα δὲ ἐξωτερικά, διότι τούτων ἕκαστον πρός τινα ζητήσαντα γέγραπται ἔξω τῆς κοινῆς ἀκροάσεως. *Eustr. lat. (Mercken 179,18–21):* Illae quidem igitur auditivae nominatae sunt, quia ut dictum est ad communiter audientes factae sunt; hae autem exteriores, quia harum unaquaeque ad aliquem quaerentem scripta est extra communem auditionem.

[1268] *Cic. fin. 5,12 (Rackham 402).*

[1269] *Aulus Gellius (geb. um 125/130 n. Chr.), Verfasser des Miszellanwerks »Noctes Atticae«. – NP IV 896f.; GRL III 175–180.*

[1270] *Gell. 20,5,2f. (Rolfe III 432).*

1102a 28–32 | *Ut unam partem eius esse rationis expertem, alteram vero eam habere. Haec vero utrum distincta sint ceu particulae corporis et omne, quod dividi potest, seu duo sunt ratione, cum alioqui suapte na¦tura nequeant a se mutuo divelli, quemadmodum in ambitu convexum et concavum, ad id, quod agitur, nihil interest.* [167*] 278 Z_1 (~~287~~) 253 Z_2

Animi divisio. Partitio, quae adhibetur est partium animi unam esse, quae rationem habeat, alteram, quae non habeat. Atque hic, ne simus id nescii, secunda huius capitis pars tractatur, qua distinguuntur animi partes, quantum ad virtutes attinet, quae in illis haerent. Sed animadvertendum utrunque allatae divisionis membrum adhuc partiendum, quia, quod ratione caret aut illa omnino vacuum est, ut vires alendi augendique corpus et id genus aliae; aut ratione caret, quod eam ex seipso non habet, sed tamen eius gubernationis atque regiminis est utcunque capax, tales autem habentur vis, quae irascitur, una cum illa, quae cupit. Quod item rationem habere dicitur, bifariam distinguendum est. Nam aut est rationem per seipsum obtinens, cuiusmodi vis intelligendi seu mens esse non dubitatur. Aut rationis duntaxat capax est, quod ei obtemperat, et ab illa se gubernari patitur. Qui fit ut in facultate irascente atque cupiente fortitudo, temperantia et id genus virtutes queant collocari, quod minime liceret, si partes istae animi crassiores a ratione prorsus essent vacuae.[1271] Atque hoc animus noster quo ad illam partem inferiorem ab anima brutorum interest, quod ibi nos a ratione possumus regi ac ex virtute duci, quod feris non potest usu venire. Non quasi et ipsae aliqua ratione non agantur, aguntur quippe ratione, at naturae seu Dei moderatoris naturae, at non ea ratione, quae sit animis eorum coniuncta, ut nostram nobis adesse compertum habemus.

Animus hominis, quid a brutorum anima differat.

Animi partes quomodo differant. Quomodo autem una istarum partium ab altera differat, ratione inquam vel separatione in reipsa, inquit ad praesens negotium nil referre. Distinguuntur ceu particulae corporis animi vires, quando varia et loco separata illarum subiecta ponerentur, quasi ratio in cere|bro, 279 Z_1

[167*] *AG* ταῦτα δὲ πότερον διώρισται καθάπερ τὰ τοῦ σώματος μόρια καὶ πᾶν τὸ μεριστόν, ἢ τῷ λόγῳ δύο ἐστὶν ἀχώριστα πεφυκότα καθάπερ ἐν τῇ περιφερείᾳ τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον, οὐθὲν διαφέρει πρὸς τὸ παρόν· – *AL* Puta hoc quidem irrationale ipsius esse, hoc vero racionem habens. Hec autem utrum determinata sunt quemadmodum corporis particule et omne divisibile, vel racione duo sunt indivisibilia apta nata quemadmodum in peryferia curvum et concavum, nichil differt ad presens.

[1271] *Arist. eth. Nic. 1,13, 1102b 29–31 (Bywater 22):* τὸ μὲν γὰρ φυτικὸν οὐδαμῶς κοινωνεῖ λόγου, τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν μετέχει πως, ᾗ κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ καὶ πειθαρχικόν.

vis irascendi in corde, cupiendi in epate resideret. Etenim, quae sic inter sese subiecto differunt, reipsa dividi compertum est. Per id autem, quod dividi potest, corpus quodlibet ac illius partes intelligit, quandoquidem non sunt simul neque in eodem loco seu puncto universae habentur.[1272] Quod sane proprium est spiritus, ut simul sit totus, ubicunque fuerit; in his vero, quae molem habent, res hoc modo non est, imo quaedam partes ut aliis iungantur atque continuentur, extra eas nihilominus iacent, alioquin dividi ac secari non possent. Unde colligimus quaedam reipsa distingui, alia vero mente seu cogitatione se interponente, cum suapte natura iuncta sint et indivulse copulata. Exemplis hoc ¦ patefacit, convexi et concavi, quae figurae ambitus manifestae sunt proprietates. Etenim, ut Euclides inquit: Κύκλος ἐστὶ σχῆμα ἐπίπεδον ὑπὸ μιᾶς γραμμῆς περιεχόμενον ἣ καλεῖται περιφέρεια.[1273] Circulus sive orbis est figura plana, quam linea una complectitur, quae vocatur ambitus. In figura huiusmodi convexum et concavum actu et reipsa dividi non potest, cum lineis constet, quae cum latitudine tum altitudine carent. Ratione igitur ista solum differunt, quia linea eadem, qua exteriorem partem respicit, convexum, qua vero interiorem, concavum in circulo appellabitur. Quod si de figura non agatur, sed de corpore sphaerico, id est de globo, convexum ibi et concavum reipsa poterit dividi, nam globus lunaris, parte sua concava ignis elementum attingit, devexa globum Mercurii[1274], quem supra se habet.

Quomodo aliquid reipsa aut ratione tantum distinguatur.

254 Z_2

Quamvis Aristoteles quaestionem hanc in praesentia reiicit, pauca tamen ipse interponam. Divisio haec subiecti est in accidentia, quandoquidem istae animi partes nil aliud quam vires eius dici debent neque anima corpus est, quae instar eius discerpi queat. Videtur autem notari Plato, cum dubitatur, an possit animus distingui ut particulae corporis, nam is (ut diximus) visus est, diversis membris partes eius attribuere.[1275] Qui tamen a suis ipsius familiaribus defenditur, quod non ita crasse, ut eum insimulant, animi partes per diversa membra sit partitus, at id fecit ostendens, in quibus potissimum corporis partibus hae animi vires vigeant et sese aperiant. Proinde ratione distingui af-

Qualis sit animi divisio.

Plato notatur.

Z. 19 concavum] convexum Z_1

[1272] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 52 a. 3 arg. 1 (STO II 262):* Plura enim corpora non possunt esse simul in eodem loco.

[1273] *Eucl. elem. 1, def. 15 (Stamatis I 2,9f.).*

[1274] *Merkur, römischer Gott mit verschiedenen Funktionen (u. a. Bote und Redner, Gott des Handels). – NP VIII 1–4.*

[1275] *Vgl. Plat. Tim. 70a–71a (Burnet IV ibid.).*

firmantur, quod reipsa et subiecto non differant, non tamen ita, ut ratio vires istas aut illarum definitiones, cum in re non inveniantur, affinxerit. Natura quippe sua citra nostras | cogitationes distinctam inter sese substantiam vel essentiam habent.[1276] 280 Z_1

1102a 32–1102b 2 *Quod autem ratione caret, partim communis animae simile est et illi, quo stirpes vigent, id autem dico nutriendi et augendi facultatem; talem autem animi vim in omnibus, quae aluntur, et in foetibus immaturis quis posuerit, et hanc eandem in absolutis. Hanc enim magis quam ullam aliam consentaneum est.* [168*]

Nutriendi et augendi facultas ad hanc considerationem non pertinet.

Alterum allatae divisionis membrum Aristoteles rursus distinguit, nempe illud, quod ratione caret, quia partim ei potest obtemperare, licet ea ¦ non utatur. Partim vero ea omnino vacuum est, quod a nostra tractatione reiicitur, quod ad hominem, qua homo est, non pertineat, imo non absimile sit communis cuiusdam animae, qua cum bruta tum plantae communicent: vivunt enim stirpes et aliqua facultate animi sunt praeditae. De hac itaque animae parte nunc agit, quae ad istam doctrinam minime pertinet, cum ea non sit hominis, qua homo est et probus censetur. Vis porro haec vegetandi non tantum in plantis, sed in brutis et in hominibus quoque inest, sed qua vivunt et aluntur. Et in homine tum ea vis tum sentiendi facultas requiritur, quoniam per ista 255 Z_2

Z. 15 animi] animae Z_2

[168*] *AG* τοῦ ἀλόγου δὲ τὸ μὲν ἔοικε κοινῷ καὶ φυτικῷ, λέγω δὲ τὸ αἴτιον τοῦ τρέφεσθαι καὶ αὔξεσθαι· τὴν τοιαύτην γὰρ δύναμιν τῆς ψυχῆς ἐν ἅπασι τοῖς τρεφομένοις ὑείη τις ἂν καὶ ἐν τοῖς ἐμβρύοις, τὴν αὐτὴν δὲ ταύτην καὶ ἐν τοῖς τελείοις· εὐλογώτερον γὰρ ἢ ἄλλην τινά· – *AL* Irracionabilis autem hoc quidem assimulatur communi et plantativo. Dico autem causam eius quod est nutriri et augeri. Talem enim virtutem anime in omnibus que nutriuntur, ponet aliquis utique, et in embrionibus, eandem utique hanc et in inperfectis. Racionabilius enim quam aliam aliquam.

[1276] *Vgl. Calc. Tim. 228 (Waszink 243,13–244,10):* Hoc loco calumniari solent homines quibus ueri infagandi cura nulla est. Dicunt enim Platonem in Phaedro quidem asserere animam esse sine ulla compositione proptereaque indissolubilem, in Timaeo tamen compositam rem confiteri, siquidem faciat eam constare ex indiuidua diuiduaque substantia et item diuersa eademque [alia] natura conflante eam et uelut coagmentante [ab] opifice deo, male ac miserabiliter, nescientes compositum id esse quod ex aliquo initio temporis factum sit, ut nauim et domum, quiddam uero, quod compositum quidem non sit, habeat tamen rationem compositionis, ut in musica symphonia, quae diatessaron uocatur, et item geometrica teoremata […]. Igitur cum dicit Plato natam animam et ab opifice deo factam compositamque, nec ex certo tempore initium substantiae dicit trahere nec ut, quae non fuerit ante, post esse coeperit, sed quod habeat rationem ortus et compositionis.

fit gradus ad rationem. Sic enim hominis materia praeparatur, ut ad rationem explicandam seu recipiendam possit accommodari. Sciendum nihilominus isti facultati non eadem instrumenta, quando in animantibus atque cum in stirpibus est, inservire. Ut enim species ac naturae sunt diversae, sic diversa organa sunt adhibita. Nec minus ista vi praediti sunt foetus adhuc immaturi, quandoquidem in ipsis nullum aliud naturae opus apparet.[1277] Adiecit praeterea vegetantem facultatem in absolutis esse, ne fortassis arbitraremur e foetibus iam maturis et natis illam discedere, manet enim et in eis augendis et alendis laborat. Differunt autem inter se nonnihil augere ac nutrire, nam alimentum instaurationem amissae substantiae spectat, incrementum vero non solum magnitudinem, quae prius aderat, conservat, verum etiam substantiam novam adiicit, qua foetus aut recens animal ad
281 Z_1 iustam progrediatur staturam. Perfecta vero | seu absoluta intelligit ex collatione ad immaturos foetus, qui adhuc in utero matrum delitescant. Imo, inquit, in absolutis atque perfectis viventibus sive bruta fuerint sive homines longe magis haec ipsa facultas inest, quia, cum aliae illorum vires ab opere suo cessent, haec nunquam agere desinit, ut mox ostendetur.

Augere et nutrire differunt.

Eius autem quaedam virtus communis esse videtur et non humana, nam in somnis potius haec pars atque virtus agere videtur probusque vir atque malus per somnum minime discernitur. [169*] 1102b 2–6

Id prius docuerat, quo satis cognosci potuit vim illam vegetandi ad scientiam istam non attinere, quod nimirum sit communis et plantis et brutis animantibus ac foetibus immaturis; modo tradit aliud, quod eodem ferme spectat, quia, inquit, per istam animi partem homo probus a pravo non discernitur, ideo non est dicenda humana virtus.
256 Z_2 Quod sumpserat hac ratione ostendit, ¦ quoniam, inquit, potius in somnis agere huiusmodi virtus consuevit et per somnum bonus ab iniusto viro non internoscitur. Ratio igitur est:

Vegetandi vis non est propria hominibus.

[169*] *AG* ταύτης μὲν οὖν κοινή τις ἀρετὴ καὶ οὐκ ἀνθρωπίνη φαίνεται· δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς ὕπνοις ἐνεργεῖν μάλιστα τὸ μόριον τοῦτο καὶ ἡ δύναμις αὕτη, ὁ δ' ἀγαθὸς καὶ κακὸς ἥκιστα διάδηλοι καθ' ὕπνον· – *AL* Hec quidem igitur communis quedam virtus et non humana apparet. Videtur enim in sompnis operari maxime particula hec et virtus; bonus autem et malus nequaquam manifesti sunt secundum sompnum.

[1277] *Vgl. Streb. eth. 55r:* Foetus autem in utero sic alitur et crescit, ut stirpes in gremio terrae, quapropter ea, qua viget, anima non est humana, id est hominis propria, sed stirpium, bestiarum, hominum communis.

Ea virtus non censetur homini propria, quae magis per somnum quam per vigiliam operatur.
Eiusmodi est pars animi, quae corpus vegetat.
Quare propria non est hominibus existimanda.[1278]

Opera facultatis vegetantis.

Complura facultatis huius opera enumerantur: cibum in ventriculo coquit, immutat in eum humorem, quem chilum vocant, transmittit ad epar et cor, ut inde sanguis et spiritus habeatur (sanguis enim in epate, spiritus in corde producuntur ex chilo), in reliqua membra distribuitur, ibi applicatur et unitur atque in substantiam, quae membro congruat, vertitur, atque illi, quantum fieri potest, assimilatur.[1279] Sunt haec porro munera vegetantis animi, quae cum vi caloris praesertim efficiantur isque dormiendo robustior quam vigilando sit, hinc recte dicitur hanc vim magis per somnum quam per vigiliam efficacem esse. Potest esse ratio a contrariis:

Vis, quae valentior est in somno quam in vigilia, non est hominis propria.
Facultas, qua vegetamur, ita se habet.
Ideo non est humana.[1280]

| In hac ratione subintelligitur hominem, qua homo est, in vigilia maxime agere. Quod vero somni opus non sit homini proprium, id ex eo confirmat, quod iustus et iniustus a se invicem tum temporis non differunt. 282 Z_1

1102b 6–11 *Quare aiunt dimidio temporis vitae felices a miseris nil distare, id autem iure accidit. Est enim somnus ocium animi, qua vel probus vel pravus dicitur, nisi si aliqui motus parumper interveniant, atque ita meliora fiant proborum visa quam quorumcunque.* [170*]

In somno pravi et boni non differunt.

Suam propositionem, pravos et bonos dormiendo a se invicem non internosci, vulgi sententia communique proverbio confirmat, quo passim aiunt miseros a felicibus dimidio vitae quicquam non differre.[1281]

Z. 10 assimilatur] assimulatur Z_2 15 quae] qua Z_2

[1278] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Ferio.
[1279] *Vgl. Streb. eth. 55r:* Alimentum coquit ac conficit, sanguinem gignit, spiritus creat animales atque naturales, calorem fovet, partes instaurat, aretriarum motu corpus agitat.
[1280] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Ferio.
[1281] *Vgl. Erasm. adag. 1009 (ASD II/3 34).*

Fundamentum rationis huius ex natura probabili constat: nam quod omnibus videtur, id probabile est. Vulgatae vero sententiae atque proverbia inde porro sunt orta, quod passim ita esse omnes iudicarint. Et hanc vulgarem sententiam esse id quoque testatur, quod somni spacium haud propria decentique mensura temporis est descriptum. Cum
257 Z_2 enim in quemque diem vel octo vel septem horas dormia¦mus, tertia potius vitae pars quam dimidium oportuit dici, at more vulgi sermo est accipiendus, a quo res ad amussim non aestimantur et quod revera tertia pars est dimidium putatur.

Somnus ocium animi.

Ratione confirmat bona vitae parte, somni tempore inquam, bonos et pravos non differre, quoniam tum animus noster est ociosus, praesertim qua vel boni vel mali sumus. Non est haec accipienda, ut somni propria definitio, quod sit animi ocium, sed tamen ita utcunque describitur. Ociatur quippe animus dormiendo, tametsi non desinat interea virtutum habitibus ornari, qui tamen in homine quamdiu dormit haud agnoscantur. Quemadmodum fructiferae arbores a sterilibus non discernuntur, nisi suos fructus ediderint, tametsi per hyemem, dum fructibus carent, sylvestribus atque sterilibus facultate longe meliori sint praeditae.[1282] Non absolute posuit animi ocium somnum esse, verum adiecit *qua bonus vel malus dicitur*, quia revera dormiendo animus non
283 Z_1 omnibus partibus ociatur. Etenim tum (ut diximus) | facultas illa vegetandi quam maxime laborat. Neque felices a miseris dormiendo nil differre, usque quaque verum est, nam utriusque illorum insomnia, phantasmata inquam seu visa multo inter sese discrepant.[1283] *Parum quiddam* vel *parumper* ait ex collatione, nam discrimen hoc, si magnam

Felices a miseris dormiendo aliquid differunt.

[170*] *AG* (ὅθεν φασὶν οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἀθλίων· συμβαίνει δὲ τοῦτο εἰκότως· ἀργία γάρ ἐστιν ὁ ὕπνος τῆς ψυχῆς ἢ λέγεται σπουδαία καὶ φαύλη), πλὴν εἰ μὴ κατὰ μικρὸν καὶ διικνοῦνταί τινες τῶν κινήσεων, καὶ ταύτῃ βελτίω γίνεται τὰ φαντάσματα τῶν ἐπιεικῶν ἢ τῶν τυχόντων· – *AL* Unde dicunt nichil differre secundum dimidium vite felices a miseris. Contingit autem hoc decenter. Quies enim est sompnus anime secundum quod dicitur studiosa et prava. Verumptamen si quo paulatim pertranseunt quidam motuum, et ita meliora fiunt fantasmata studiosorum quam quorumlibet.

[1282] *Eustr. graec. (Heylbut 114,19–23):* ὡς γὰρ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται, οὕτως ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν αἱ ἕξεις· ὡς οὖν ἐν καιρῷ ἀκαρπίας οὐκ ἄν τις δένδρου ἀρετὴν καρπογόνον ἐπιγνώσεται, οὕτως οὐδ' ἐν καιρῷ ἀργίας ψυχὴν εἴτ' ἀγαθὴ εἴτε φαύλη τὰς ἕξεις ἐστίν. *Eustr. lat. (Mercken 183,37–41):* Ut enim fructu arbor cognoscitur, ita ab operationibus habitus. Sicut igitur in tempore non fructificationis non utique aliquis arboris virtutem fructificativam cognoscet, ita neque in tempore quietis animam sive bona sive prava secundum habitus est.

[1283] *Vgl. Streb. eth. 55r:* Meliora sunt autem phantasmata bonorum, quia viri boni res honestas et praeclaras meditantur et agunt, quarum apparet in somnis imago.

actionum differentiam spectes, quibus se vigilando exercent, parvum admodum est. Ἐπιεικεῖς modo illos vocat, qui a recto seu decenti non recedunt, τυχόντας vero intelligamus quosvis, qui, ut occurrit utque impelluntur, se gerunt. Nec mirum esse debet proborum visa, cum dormiunt, meliora et tranquilliora esse quam improborum, quoniam imagines spectraque versantur in imaginatione seu phantasia earum rerum, quas vigilando gessimus.[1284] Hoc idem Plato De repub[lica] docuit.[1285]

Bonorum somnia meliora quam improborum.

Non debemus ex his colligere somnum proprium esse affectum vegetantis facultatis, nam, si hoc existimaremus, plantas quoque dormire dandum esset, quod non tantum primo aspectu absurdum videtur, sed etiam experientia refellitur. Non enim vegetans vis tunc ociatur neque particulae seu membra corporis, quae illi serviunt, imo tum efficaciter exercentur. Cum itaque somnus dicatur ocium animi, non potest arborum esse, cum illarum vegetandi facultas, qua dicuntur animatae, nunquam a munere suo cesset.[1286] Est itaque somnus affectus quidam sensuum isque ut fiat, ab Aristotele De somno et vigilia pulchre traditur: a calore animantibus innato vapores quidam ex cibis assumptis feruntur ad superiores partes, nimirum ad caput, ubi cerebrum est natura frigidum. Cumque vapores eo pervenerint, frigore quod ibi reperiunt crassescunt, ut nubibus in aere cernimus usuvenire; redditi vero densiores atque ¦ ob id graves, pondere suo ruunt et per vias meatusque redeundo, quibus ascenderunt, illos oppilant et sua densitate obstruunt, unde calori nostro interno facultas effundendi se ad sensus externos praeripitur, non enim obsessis viis a frigidis illis humoribus calidi spiritus possunt ad sensus meare.[1287] Imagines quoque

Somnus non est affectus vegetantis facultatis.

Somni descriptio.

258 Z_2

Z. 16 *Marg.* Somni descriptio] *om.* Z_2 23 ascenderunt] ascenderuut Z_2

[1284] *Eustr. graec. (Heylbut 114,28–33):* καὶ ἐν φαυλότητι δὲ διαφορά, ὅτι τινὰ τῶν ἐνεργημάτων τῶν ἐν ταῖς ἐγρηγόρσεσι διαπερῶσιν ὥσπερ καὶ εἰς τοὺς ὕπνους, τῆς φαντασίας ἐνεργούσης ἐν τῷ τὰς αἰσθήσεις ἀργεῖν καὶ τύπους φερούσης ὧν τις ἐγρηγορὼς ἐνήργησεν, ὡς εἶναι τοῖς σπουδαίοις καὶ τοῖς φαύλοις τὰ καθ' ὕπνον φαντάσματα τῶν ἐν ταῖς ἐγρηγόρσεσι παθῶν ἢ ἐνεργειῶν ἀνάλογα. *Eustr. lat. (Mercken 183f.,46–51):* Differentia autem, quoniam quaedam operum eorum quae in vigiliis terminabunt quemadmodum et ad somnum, phantasia operante dum sensus quiescunt et typos ferente eorum quae quis vigilans operatus est, velut sint studiosis et pravis secundum somnum phantasmata earum quae in vigiliis passionum vel operationum analoga.

[1285] *Plat. resp. IX 571d–572b (Burnet IV ibid.).*

[1286] *Vgl. Arist. somn. vigil. 1, 454a 15–17 (Hett 320):* δῆλον ὡς ὅσα μὲν αὐξήσεως καὶ φθίσεως μετέχει μόνον τῶν ζώντων, [ὅτι] τούτοις οὐχ ὑπάρχει ὕπνος οὐδὲ ἐγρήγορσις, οἷον τοῖς φυτοῖς (οὐ γὰρ ἔχουσι τὸ αἰσθητικὸν μόριον.

[1287] *Arist. somn. vigil. 3, 456b 21–28 (Hett 336):* τὸ δὲ θερμὸν ἑκάστου τῶν ζῴων πρὸς τὸ ἄνω πέφυκε φέρεσθαι· ὅταν δ' ἐν τοῖς ἄνω τόποις γένηται, ἀθρόον πάλιν ἀντι-

seu spectra, quae sensus exterius feriunt, ad cor vel ad cerebrum penetrare non valent, ideo sic sensus (ut videmus) dormientibus alligantur, eorumque motus et actiones impediuntur. Est itaque somnus vinculum sensuum, quo ratione iam exposita impediuntur. Nova itaque per sensus externos visa non transeunt solum circa praesentia, et prius in memoria conservata phantasia ipsa, ut occurrunt, versatur, unde contingunt insomnia.[1288] Quod itaque in dormientibus vegetandi facultas operetur valentius quam in vigilia, | ex eo est, quod aliae vires 284 Z$_1$ animi tum quiescunt, dumque ad alia non distrahitur, maiori vi facultatis eius munera possunt effici, quam cum circa multa et varia opera vigilantes occupantur. Non igitur ideo per somnum vegetans anima roboratur, quod is vel ad eam pertineat vel sit illius affectus, verum quia tum vires aliae vacant, neque illius opus ulla ex parte impeditur.

Caeterum de his satis multa. Et facultas quidem alendi mittenda est, quod 1102b 11–18
virtutis humanae sit expers. Alia vero animi natura esse videtur ratione quidem vacua, sed eius quoquo modo particeps. Continentis quippe ac incontinentis rationem, partem videlicet animi, quae rationem habet, laude afficimus, nam recte atque ad meliora hortatur, in ipsisque aliud etiam apparet, quod est praeter rationem, quodque cum repugnat tum resistit rationi. [171*]

Membrum alterius divisionis, qua rationis expertem vim distinxerat, nimirum vegetantem facultatem, ut communem et minime propriam homini reiicit: destituitur quippe omnino ratione, atque a notitia vir-

[171*] *AG* ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἅλις, καὶ τὸ θρεπτικὸν ἐατέον, ἐπειδὴ τῆς ἀνθρωπικῆς ἀρετῆς ἄμοιρον πέφυκεν· ἔοικε δὲ καὶ ἄλλη τις φύσις τῆς ψυχῆς ἄλογος εἶναι, μετέχουσα μέντοι πῃ λόγου· τοῦ γὰρ ἐγκρατοῦς καὶ ἀκρατοῦς τὸν λόγον καὶ τῆς ψυχῆς τὸ λόγον ἔχον ἐπαινοῦμεν· ὀρθῶς γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ βέλτιστα παρακαλεῖ· φαίνεται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ἄλλο τι παρὰ τὸν λόγον πεφυκός, ὃ μάχεται καὶ ἀντιτείνει τῷ λόγῳ· – *AL* Set de hiis quidem igitur sufficienter. Et nutritivum igitur relinquendum, quoniam humane virtutis expers innatum est. Videtur utique et alia quedam natura anime irracionalis esse, participans quidem aliqualiter racione. Incontinentis enim et continentis racionem habens, laudamus. Recte enim et ad optima deprecatur racio. Videtur autem in ipsis aliud quidem preter racionem innatum, quod adversatur et obviat racioni.

στρέφει καὶ καταφέρεται· […] ἱστάμενον μὲν οὖν βαρύνει καὶ ποιεῖ νυστάζειν· ὅταν δὲ ῥέψῃ κάτω καὶ ἀντιστρέψαν ἀπώσῃ τὸ θερμόν, τότε γίγνεται ὁ ὕπνος καὶ τὸ ζῷον καθεύδει.

[1288] *Arist. insomn. 3, 461a 3–8 (Hett 362):* νύκτωρ δὲ δι' ἀργίαν τῶν κατὰ μόριον αἰσθήσεων καὶ ἀδυναμίαν τοῦ ἐνεργεῖν, διὰ τὸ ἐκ τῶν ἔξω εἰς τὸ ἐντὸς γίνεσθαι τὴν τοῦ θερμοῦ παλίρροιαν, ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς αἰσθήσεως καταφέρονται καὶ γίνονται φανεραὶ καθισταμένης τῆς ταραχῆς.

tuteque humana quam longissime abest. Oportet autem humanas virtutes, ut nos hoc minime lateat, semper cum notitia seu ratione coniunctas esse, nam cuiusque naturae seu speciei virtutes opus est, ut ad summum gradum perfectionemque illius quoquo modo attingant.

Tres animi facultates.

¦ Cum aliam vim animi esse inquit, de qua modo agetur, aperte 259 Z_2
indicat animi tres facultates reperiri. De illa, quae compos est rationis, iam a principio, cum animus distingueretur, prima partitione constat; de alente vi nunc est visum; quare cum modo alia inducatur, tres animi vires esse confectum est, nimirum altricem, sentientem atque intelligentem. Istam vero mediam, quae nempe ad sensum pertinet, a ratione ipsa differre, continentis atque incontinentis experientia demonstratur. Is porro continens est, qui adversus animi | crassiores cupiditates 285 Z_1
dimicat et ita dimicat, ut denique superior evadat. Incontinens e diverso post diuturnam pugnam victus cupiditate voluptatum succumbit. Unde ita continentia describitur: Ἐγκρατείας ἐστὶ τὸ δύνασθαι κατασχεῖν τῷ λογισμῷ τὴν ἐπιθυμίαν ὁρμῶσαν ἐπὶ φαύλας ἀπολαύσεις ἡδονῶν.[1289] Proinde in utroque horum tam in ipso continenti quam in incontinenti rationem laudamus, quae in ambobus pravis cupiditatibus repugnet. Quae vero sit pugna, in eo demonstratur, quod inquit rationem ipsam ad meliora hortari: quia ex notitia, quam cum innatam tum comparatam habet, discrimen honestorum turpiumque tenet. Quare consilio valet et ob id ad honesta impellit et a turpibus revocat. Laudari ea de causa mereretur, quoniam facultas est et ad actionem refertur, nil autem (ut prius diximus) laude dignum est, quod ad bonum ulterius non ordinetur. Haec autem vis, de qua modo agimus, ideo a ratione differre asseritur, quod adversus illam pugnet. At de ista pugna nec non continenti et incontinenti lib[ro] 7. Ethicorum copiose agitur, ubi etiam absoluteque scribitur de temperantia et intemperantia.[1290] Et Plato De repub[lica] ista eadem ratione demonstrat discrimen inter superiorem animi partem et inferiorem nec bellum esse potest nisi inter plura, quae distincta sint, et minimum duo.[1291] Unde veteribus dictum est duellum.[1292]

Vis animi, quae ad sensum pertinet, quid a ratione differat.

Z. 17 continenti] continente Z_2 18 incontinenti] incontinente Z_2 27 continenti] continente Z_2 27 incontinenti] incontinente Z_2 27 lib[ro] 7.] libro septimo Z_2 28 absoluteque] absolute Z_2 29 repub[lica]] republica Z_2

[1289] *Arist. virt. 5,1, 1250b 12–14 (Rackham 494):* Ἐγκρατείας δ' ἐστὶ τὸ δύνασθαι κατασχεῖν τῷ λογισμῷ τὴν ἐπιθυμίαν ὁρμῶσαν ἐπὶ φαύλας ἀπολαύσεις καὶ ἡδονάς.

[1290] *Arist. eth. Nic. 7,1–10, 1145a 15–1152a 36 (Bywater 130–148).*

[1291] *Plat. resp. IV 431a-b (Burnet IV ibid.):* φαίνεταί μοι βούλεσθαι λέγειν οὗτος ὁ λόγος ὥς τι ἐν αὐτῷ τῷ ἀνθρώπῳ περὶ τὴν ψυχὴν τὸ μὲν βέλτιον ἔνι, τὸ δὲ χεῖρον, καὶ ὅταν μὲν τὸ βέλτιον φύσει τοῦ χείρονος ἐγκρατὲς ᾖ, τοῦτο λέγειν τὸ κρείττω αὐτοῦ – ἐπαινεῖ

Profecto quemadmodum particulae corporis eorum, qui volunt eas dextrorsum moveri, si dissolutae fuerint, contra sinistrorsum feruntur, ita in animae partibus est, incontinentium appetitus in contraria feruntur. Sed in corporibus, quod praeter voluntatem feratur, videmus, in animo vero non videmus. Fortassis nihilominus putandum est in animo quiddam inesse, quod rationi adversetur atque contra i¦psum veniat. Ut autem sit diversum, nihil refert.[172*] 1102b 18–25

260 Z_2

Quomodo ista vis, de qua nunc agit, cum ratione pugnet ac illi resistat, cum ad honesta hortatur et aliquid recti iubet, simili probat a membris corporis translato. Nam ibi statim ut animans aliquas par|ticulas vult aliquo flectere ac movere, parent, quae sanae fuerint, ac dissolutae suo pondere in contrarium nituntur. Contingit vero ista nervorum membrorumque dissolutio, cum superfluus humor eo redundat, praesertim frigidus: illo enim meatus et viae oppilantur, ne spiritus moventes eo queant accedere, vel aliqua violenta laesione, qua nervus incidatur aut compago dissolvatur. Particulae igitur laxatae, cum appetitus animantis nititur eas pro arbitrio trahere, feruntur in contrarium, quod item in parte animi cupiente ac irascente usu venit, nisi fuerint virtute domitae, rationi perpetuo adversantur. Proinde imperium appetitus erga partes corporis ad eas movendas confert cum adhortatione rationis, qua vim concupiscentem ad meliora et honestiora incitat.[1293] Atque in

Quomodo inferior animi pars rationi repugnet.

286 Z_1

Z. 10 ac dissolutae] at dissolutae Z_2

[172*] *AG* ἀτεχνῶς γὰρ καθάπερ τὰ παραλελυμένα τοῦ σώματος μόρια εἰς τὰ δεξιὰ προαιρουμένων κινῆσαι τοὐναντίον εἰς τὰ ἀριστερὰ παραφέρεται, καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς οὕτως· ἐπὶ τἀναντία γὰρ αἱ ὁρμαὶ τῶν ἀκρατῶν· ἀλλ' ἐν τοῖς σώμασι μὲν ὁρῶμεν τὸ παραφερόμενον, ἐπὶ δὲ τῆς ψυχῆς οὐχ ὁρῶμεν· ἴσως δ' οὐδὲν ἧττον καὶ ἐν τῇ ψυχῇ νομιστέον εἶναί τι παρὰ τὸν λόγον, ἐναντιούμενον τούτῳ καὶ ἀντιβαῖνον· πῶς δ' ἕτερον, οὐδὲν διαφέρει· – *AL* Firmiter enim quemadmodum dissolute corporis particule in dextram preeligencium movere, in sinistram prave feruntur, et in anima sic; ad contraria enim motus incontinencium. Set in corporibus quidem videmus quod perverse motum est. In anima vero non videmus; fortassis autem nichil minus et in anima existimandum esse aliquid preter racionem, contrarians huic et obvians. Qualiter autem alterum, nichil differt.

γοῦν – ὅταν δὲ ὑπὸ τροφῆς κακῆς ἤ τινος ὁμιλίας κρατηθῇ ὑπὸ πλήθους τοῦ χείρονος σμικρότερον τὸ βέλτιον ὄν, τοῦτο δὲ ὡς ἐν ὀνείδει ψέγειν τε καὶ καλεῖν ἥττω ἑαυτοῦ καὶ ἀκόλαστον τὸν οὕτω διακείμενον.

[1292] *Vgl. Streb. eth. 55v:* Est igitur in utroque pugna quaedam, pugna autem duorum, quapropter veteres duellum vocabant.

[1293] *Vgl. Streb. eth. 55v:* Solutio corporis affectus est nervorum. Interdum laeso nervorum principio motum corpus amittit ut in apoplexia, nonnunquam principio sano partes ab humore solvuntur ut in paresi. Aliquando solvitur una pars aliis constantibus ut vesica. Quum membra hoc vel illo modo soluta sunt, non moventur ad voluntatem, sed persaepe, si velis ad dexteram movere, ad laevam contra feruntur et ponderi non voluntati parent. Sic ea pars animi, quae ὁρμή dicitur, saepe rationi repugnat.

ista similitudine perinde est sive continentem sive incontinentem spectes, nam eorum uterque adversus cupiditates pugnat. Hoc tantum interest: alter duorum vincit, alter superatur. Similitudinem inquit probe constare, licet corporis vitium in oculos incurrat, animi vero turpitudo visum subterfugiat. Attamen ipsa quoque non omnino latet, quia prudentium virorum iudicio deprehenditur. Discamus hinc eos, qui possunt haec animi nostri vitia nosse, haud minus iudicare turpe, quod ratio succumbat cupiditatibus, quam quod os vel aliqua corporis pars in contrarium distorqueatur. Quamobrem cum uterque istorum pugnet, continens inquam et incontinens, pars ista cupiditatibus obnoxia demonstratur apta sua natura esse ad parendum rationi, si, quemadmodum a continenti fieri videmus, in officio diligenter contineretur.

Duae voces in lectione Graeca notari debent, ἀτεχνῶς quod hoc loco nil aliud est nisi certe, profecto.[1294] Unde inquit Eustrathius: ἀτεχνῶς ἀντὶ τοῦ λίαν.[1295] Deinde quod inquit ἴσως, est πάντως: non enim ea voce nunc utitur, ceu quicquam ambigat, sed id, quod adducit, firmiter atque constanter affirmat. Et apud hunc philosophum huius vocis in hunc intellectum est frequentissimus usus.[1296] Concludit denique, ut in corpore laesae particulae voluntati, quae motum aliquem imperat, resistunt, ita in animo quandam esse portionem, quae cum ratione interdum pugnet.

Ut autem sit diversum, nihil refert.] Particulae huius geminus affertur sensus. Putat Eustrathius esse quidem certum quoddam discrimen inter pugnam partis huius animi adversus rationem et partium corporis dissolu¦tarum contra vim animi aliquem | certum motum imperantem, 261 Z_2 287 Z_1
sed id persequi discrimen ipsumque modo prodere ac explicare ad rem, quae in praesenti agitur nihil facere.[1297] Alter intellectus horum

Z. 12 continenti] continente Z_2

[1294] *Vgl. Streb. eth. 57r:* Profecto […]. Sic verto ἀτεχνῶς γάρ, quod alii convertere nescierunt.

[1295] *Eustr. graec. (Heylbut 116,5f.). Eustr. lat. (Mercken 186,13–15):* »Atechnos« enim […] ipse Aristoteles pro »valde« ponit.

[1296] *Eustr. graec. (Heylbut 116,23–25):* Τὸ ἴσως νῦν ἀντὶ τοῦ πάντως· οὐ γὰρ ὡς ἀμφιβάλλων φησὶν ἀλλ' ὡς βεβαίως ἀποφαινόμενος, καὶ πολλαχοῦ ἄν τις οὕτως αὐτὸν εὑρήσει τῇ λέξει χρώμενον. *Eustr. lat. (Mercken 187,36–38):* Fortassis nunc pro »omnino« posuit. Non enim ut dubitans ait sed firmiter enuntians, et multis in locis utique aliquis ita ipsum inveniet hac dictione dictum.

[1297] *Eustr. graec. (Heylbut 116,29–33):* ἕτερον μὲν τὸ ἐν τοῖς παρειμένοις σώμασιν ἀνθιστάμενον τῇ κατὰ προαίρεσιν κινήσει καὶ ἕτερον τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς πρὸς τὸν λόγον ἐναντιούμενον καὶ μὴ συγχωροῦν κατὰ λόγον τὰς πράξεις ἀπαρτίζεσθαι· τί δὲ ταῦτα πρὸς ἄλληλα διενήνοχεν οὐκ οἰκεῖον νῦν ἐξετάζειν καὶ λέγειν τί τὸ παρὰ φύσιν τοῦ παρὰ λόγου διήνεγκε. *Eustr. lat. (Mercken 187,42–47):* Alterum quidem est quod in

verborum est, ut differentia, quae nunc relinquitur cuiusque tractatio non esse praesentis negotii dicitur, sit ea, quae ratio et vis ista, quae apta est ad obediendum illi, a seipsis distant.[1298] Quare idem nunc dicitur atque superius, ubi priori distinctione animi partium allata scribitur ad hanc rem, quam paramus, non opus esse scire, quo discrimine illae facultates inter sese differant. Et certe scire, quomodo, cum sit unus idemque animus, partes ita secum pugnantes habeat, et difficillimum cognitu est neque hoc loco potest opportune doceri.

Hoc quoque, sicuti diximus, rationis esse particeps videtur, nam rationi continentis paret. [173*] 1102b 25–27

Inferiorem animi partem esse aliquo modo rationis participem.

Prius partem hanc mediam extare demonstrabat, quae a ratione distingueretur, quod illi resisteret; nunc vero, quod rationis particeps quoquo modo existimari debeat, inde confirmat, quia rationi continentis hominis obediat. Idcirco (quemadmodum antea est dictum) continentis ratio laudatur, quod suo studio, sedulitate ac diligentia super hanc partem victrix evadat. Rationis itaque pars ista non est omnino expers, quia, et si propriam non habet, aliena utitur ut luna, quae ob fulgorem solis, quem admittit, lucere dicitur et inter luminaria coeli connumeratur.

Ac etiam illi fortassis magis obedit viri temperantis et fortis appetitio, nam omnia rationi consentiunt. [174*] 1102b 27–28

Morum perfectio quomodo adipiscatur.

Obedientiam huius facultatis animi, quam deprehendi ostenderat in homine continenti, nunc longe inquit evidentius apparere in viris temperatis et fortibus. Unde sciendum est ita naturam hominum compa-

Z. 23 continenti] continente Z_2

[173*] *AG* λόγου δὲ καὶ τοῦτο φαίνεται μετέχειν, ὥσπερ εἴπομεν· πειθαρχεῖ γοῦν τῷ λόγῳ τὸ τοῦ ἐγκρατοῦς – *AL* Racione autem et hoc videtur participare, quemadmodum diximus. Obedit igitur racioni quod continentis.

dissolutis corporibus obsistit ei qui secundum electionem motui et alterum quod in animabus ad rationem contrariatur et non concedit secundum rationem operationes perfici. Quid autem haec ad invicem differunt non proprium nunc perscrutari et dicere quid quod praeter naturam ab eo quod praeter rationem dividit.

[1298] *Streb. eth. 55v:* Non agit de eius, quod est praeter naturam, et eius, quod est praeter rationem, dissimilitudine, ut vult Eustratius, sed de partibus animi duabus superiore et inferiore in hanc sententiam. Est aliquid in animo praeter rationem, quod imperio rationis adversatur. […] Quomodo vero sit aliud a ratione, an substantia differat ab ea, an qualitate, non est hic disputandum.

ratam esse, ut morum summam perfectionem non uno momento, sed variis gradibus adipiscatur. Primo quidem nonnulli occurrunt, qui pravis cupiditatibus omnino delectantur, cumque illis tantum abest, ut pugnent, ut se ab ipsis agi permittant, quocunque velint. Sunt alii, qui turpitudinem illarum animadvertant, damnosas non ignorent fugiendasque intelligant, et idcirco pugnam contra eas capessunt, | at cum 288 Z_1
usum belli huius non habeant, sint ¦ debiles et imperiti certaminis, 262 Z_2
vincuntur subinde, attamen pugnam redintegrant, donec ex victis aliquando victores evadant. Est nihilominus in his rationis principatus inquietus ac turbidus, obstrepunt enim cupiditates et passim adversus rationem seditiones movent. At dum ipsa ratio vincendo pergit, debellatur tandem et cupiditates protinus rationi traduntur captivae nihilque ulterius movere audent, quam ab ea praescriptum fuerit, non aufertur quidem earum natura, sed turbare, seditiose agere et ferocire desinit. Atque hic summa est affectionum obedientia erga rationem, de qua modo Aristoteles loquitur. Et hoc interesse in 7. huius philosophiae scribit Aristoteles inter incontinentem et intemperatum.[1299] Temperatus his, quae praeter rationem sunt, non gaudet, continens vero gaudet quidem, sed illis abduci se non sinit.[1300]

Omnia, inquit, nempe in fortibus ac temperatis hominibus, *rationi consonant*.] Orationis huius metaphora elegans a musicis deducta est, quorum arte sic temperantur voces et soni, ut, quamvis natura inter se longe differant, attamen quo ad harmoniam mirifice consentiunt. Ita fortis ac temperata virtute ratio et pars haec animi crassior, ut reipsa distinguantur, attamen ad honesta magno studio simul conspirant. Non accepit Aristoteles exemplum temperati et fortis, verum incontinentis et continentis, quando hanc distinctionem a principio induxit, quoniam extare hanc partem ostendere voluit et a ratione sua ipsius natura differre, quod in homine temperato non valuisset demonstrare,

Z. 21 consonant.]] consonant. Z_2 29 demonstrare] domonstrare Z_1

[174*] *AG* ἔτι δ' ἴσως εὐηκοώτερόν ἐστι τὸ τοῦ σώφρονος καὶ ἀνδρείου· πάντα γὰρ ὁμοφωνεῖ τῷ λόγῳ· – *AL* Amplius autem forsitan subieccius est, quod sobrii et fortis; omnia enim consonant racioni.

[1299] *Arist. eth. Nic. 7,9, 1152a 4–6 (Bywater 147):* ὅμοιοι δὲ καὶ ὁ ἀκρατὴς καὶ ἀκόλαστος, ἕτεροι μὲν ὄντες, ἀμφότεροι δὲ τὰ σωματικὰ ἡδέα διώκουσιν, ἀλλ' ὁ μὲν καὶ οἰόμενος δεῖν, ὁ δ' οὐκ οἰόμενος.

[1300] *Arist. eth. Nic. 7,9, 1151b 34–1152a 3 (Bywater 147):* ὅ τε γὰρ ἐγκρατὴς οἷος μηδὲν παρὰ τὸν λόγον διὰ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς ποιεῖν καὶ ὁ σώφρων, ἀλλ' ὁ μὲν ἔχων ὃ δ' οὐκ ἔχων φαύλας ἐπιθυμίας, καὶ ὁ μὲν τοιοῦτος οἷος μὴ ἥδεσθαι παρὰ τὸν λόγον, ὁ δ' οἷος ἥδεσθαι ἀλλὰ μὴ ἄγεσθαι.

ubi huic probe cum ratione convenit. Ibi vero differentia est manifesta, cum pugnam inter utramque cernamus.[1301] Duarum virtutum exempla posuit, temperantiae ac fortitudinis, ut indicet partem hanc tum esse cupientem tum irascentem. Frenat harum altera cupiditates noxiarum voluptatum, altera vero metum cohibet, ne refugiat laboriosa, dura et periculosa, quando causa honesta tuenda est, et audaciam, ne ruat praeceps et pericula inutilia seu non necessaria temere subeat.[1302]

Videtur itaque facultas rationis expers duplex quoque esse. Partim vegetans, quae nullo modo ratione communicat. Partim cupiens et in universum appetens, quae particeps eius | est, quatenus illi obedit atque ipsius imperio paret. [175*] 1102b 28–31

289 Z$_1$

Epilogo, ut liquet, ex dictis colligit duplicem esse partem illam animi, ¦ quam ἄλογον appellavit. Adiecit: καὶ ὅλως ὀρεκτικόν, ut non solum concupiscentem, sed simul irascentem partem comprehenderet.

263 Z$_2$

Hoc itaque modo patris et amicorum dicemus quempiam habere rationem, non ut rerum mathematicarum. [176*] 1102b 31–33

Quomodo se habeat vis animi inferior ad rationem.

Ita inquit ista vis animi se habet ad rationem ut filii ad parentes atque amici ad amicos. Dum enim illorum monitis obtemperant, dicuntur eorum rationem habere, ut, quod sua non vident, per illorum mentem intelligere dicantur. Mathematicos vero non audimus admonentes vel adhortantes, verum, quae docent, ipsi et nosse et scire volumus. Dum obedimus aut patri aut amico, rerum, quae imperantur, causas persaepe haud novimus. Ita pars animi, quae appetit, dum bene se gerit,

[175*] *AG* φαίνεται δὴ καὶ τὸ ἄλογον διττόν· τὸ μὲν γὰρ φυτικὸν οὐδαμῶς κοινωνεῖ λόγου, τὸ δ' ἐπιθυμητικὸν καὶ ὅλως ὀρεκτικὸν μετέχει πως, ᾗ κατήκοόν ἐστιν αὐτοῦ καὶ πειθαρχικόν· – *AL* Videtur utique et irracionabile duplex. Plantativum quidem enim nequaquam communicat racione. Concupiscibile enim et universaliter appetibile participat aliqualiter secundum quod exaudibile est ei et obaudibile.

[176*] *AG* οὕτω δὴ καὶ τοῦ πατρὸς καὶ τῶν φίλων φαμὲν ἔχειν λόγον, καὶ οὐχ ὥσπερ τῶν μαθηματικῶν· – *AL* Ita utique et patris et amicorum dicimus habere racionem, et non quemadmodum mathematicorum.

[1301] *Vgl. Streb. eth. 55v:* Continens in cupiditatem dimicat tandemque vincit, incontinens certat ad tempus, sed tamen vincitur. […] Ex quo fit, ut in continentibus et non continentibus magis quam in aliis partes discordes repugnantesque videantur.

[1302] *Zur Definition des Mutes als Mitte zwischen Feigheit und Tollkühnheit vgl. Arist. eth. Nic. 3,7, 1116a 4–7 (Bywater 55):* περὶ ταὐτὰ μὲν οὖν ἐστὶν ὅ τε δειλὸς καὶ ὁ θρασὺς καὶ ὁ ἀνδρεῖος, διαφόρως δ' ἔχουσι πρὸς αὐτά· οἱ μὲν γὰρ ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν, ὁ δὲ μέσως ἔχει καὶ ὡς δεῖ.

rationem causamque ignorat eorum, quae agit, sed tantum menti, quae imperat, auscultat. Ut demonstraret, quomodo hae vires differant, exemplo est usus partium corporis dissolutarum; nunc vero quomodo una alteram audiat, novo simili patris et filii declarat.

1102b 31–1103a 1 *A ratione suaderi quoquo modo facultatem, quae illa caret, indicio est admonitio et omnis obiurgatio atque adhortatio.* [177*]

Obedientia inferioris partis animi erga rationem.

Hanc obedientiam, quam ostenderat in animi parte inferiori erga rationem ex continentibus, fortibus atque temperatis, rursus demonstrat a ratione admonitionis, obiurgationis et adhortationis. Nam quandoque fit, ut quispiam victus vel ira vel cupiditate quo ad propriam rationem se agendum permittat ab his crassioribus animi partibus, quo voluerint, monenti postea vel patri vel amico cedat. Particulam illam πῶς interposuit, quia non unus, imo varii sunt modi, quibus hi frenantur impetus, atque hi modo recensentur suis nominibus, admonitionis, obiurgationis et adhortationis.[1303] Haecque inter se ita diffe|runt. Admonitio. Admonitio per doctrinam fit, qua dirigimus exorbitantem animi affectum. Obiurgatio. Correctio vel obiurgatio est sermo, quo potestate quadam seu authoritate perterrefacimus eos, qui labuntur, et caecum illorum impetum reprimimus. Adhortatio. Adhortatio vero seu παράκλησις oratio est blande ac leniter adhibita, ut infirmiores a pravis atque turpibus abducamus.[1304] Pars animi altrix, qua homines vegetantur, ha¦rum rerum non est capax: nemo quippe hominum ventrem suum unquam monuit obiurgavit aut est adhortatus. Nam surdus est venter, ut Cato[1305] in-

290 Z_1

264 Z_2

[177*] *AG* ὅτι δὲ πείθεταί πως ὑπὸ λόγου τὸ ἄλογον, μηνύει καὶ ἡ νουθέτησις καὶ πᾶσα ἐπιτίμησίς τε καὶ παράκλησις· – *AL* Quoniam autem suadetur aliqualiter a racione irracionabile, nunciat et suasio, et omnis increpacio, et deprecacio.

[1303] *Eustr. graec. (Heylbut 119,16–18):* τὸ δὲ πῶς εἶπε διὰ τὸ διάφορον τῶν τρόπων, οἷς τὰς παραλόγους ὁρμὰς ἀναχαιτίζουσιν οἱ ἄνθρωποι· ὃ καὶ δηλῶν ἐπήνεγκε νουθέτησιν καὶ ἐπιτίμησιν καὶ παράκλησιν. *Eustr. lat. (Mercken 191,52–55):* Hoc autem scilicet aliqualiter dixit propter differentiam modorum quibus irrationales impetus refrenant homines. Quod et manifestans intulit suasionem et increpationem et deprecationem.

[1304] *Eustr. graec. (Heylbut 119,20–24):* νουθέτησις μὲν γάρ ἐστι διδασκαλική τις παραίνεσις ψυχῶν διορθουμένη ἐμπάθειαν, ἐπιτίμησις δὲ ἐξουσιαστική τις ἐμβρίμησις ἐκφοβοῦσα τὸν παραλόγως ὀρεγόμενον πρὸς ἐκκοπὴν τῆς ὁρμῆς, παράκλησις δὲ λόγος ἀγαπητικῶς προφερόμενος καὶ μαλακῶς ἐπανάγων ἀπὸ τῆς τῶν ἀλόγων παθῶν κατακυριεύσεως. *Eustr. lat. (Mercken 191,57–61):* Suasio quidem enim est doctrinalis quaedam admonitio passibilitatis animarum directiva. Increpatio autem potestativa quaedam obiurgatio terrens eum qui praeter rationem appetit ad excisionem impetus. Deprecatio autem sermo caritative prolatus et molliter reducens ab irrationalium passionum dominatione.

quit.[1306] Ratio item haud monenda videtur, quando ipsa notitia non caret eiusque iubere est ac imperare. Proinde ista tria tantum ad mediam animi partem pertinebunt.

Quod si opus fuerit dicere hanc quoque partem rationem habere, duplex erit pars compos rationis: una quidem proprie ac in seipsa, altera vero ut quispiam patri audiens. [178*] 1103a 1–3

Non ita partem istam animi appetentem illi, quae rationis expers est, subiicit, ut neget sub altero membro contineri. Imo scribit id quoque, si quis voluerit, posse fieri duplex, ita ut una pars dicatur proprie ac per seipsam rationem habere, alteram vero non aliter eius esse participem, ac puer sit rationis patris, cui obedit, particeps. Prius hoc nitebamur explicare simili deducto a luna, quae alieno lumine lucet; hic possumus caeci hominis exemplum adhibere, qui, utut lumine proprio careat, quando se duci ab alio patitur, eius utcunque oculis utitur. Ita pars haec propriam non habet rationem, sed mentis iudicio, dum se regi sinit, eius lumine, ut ipsius natura fert, perfunditur. Cur vero animus hominis adeo variis diversisque partibus sit conflatus, quae inter se tam evidenter pugnent, ratio alia reddi non potest, nisi quod homo esse debuit in ipso medio positus inter substantias intelligentes et bruta. Quamobrem non modo est rationis particeps, qua cum substantiis intelligentibus communicat, verum etiam affectuum, quibus bruta laborant. Potest haec ratio utcunque fieri. Sed quia hoc fraudi hominibus fuisse videtur, ut si discordantes animi partes hominibus dederit, existimari possit illorum saluti obiecisse impedimentum, rei
291 Z_1 huius causam a philosophis, tametsi non la|tuerit eos hoc genus incommodi, nunquam videmus redditam fuisse. Nobis vero est quam apertissima: dedit enim Deus homini ab initio inferiores has animi partes moderatas et rationi obsequentes, quarum deinde licentia ob primo-

Quomodo inferior animi pars rationem habeat.

Quare animus hominis expugnantibus partibus sit conflatus.

Z. 17 adeo] ex adeo Z_2 22 fieri] ferri Z_2

[178*] *AG* εἰ δὲ χρὴ καὶ τοῦτο φάναι λόγον ἔχειν, διττὸν ἔσται καὶ τὸ λόγον ἔχον, τὸ μὲν κυρίως καὶ ἐν αὐτῷ, τὸ δ' ὥσπερ τοῦ πατρὸς ἀκουστικόν τι· – *AL* Si autem oportet et hoc dicere racionem habere, duplex erit et racionem habens; hoc quidem principaliter et in se ipso, hoc autem quemadmodum a patre audibile aliquid.

[1305] *Marcus Porcius Cato d.Ä. (234–149 v. Chr.), römischer Politiker, Feldherr und Autor (»Origines«, »De agricultura«, Reden). – NP II 1033–1035; GRL I 178–193.*

[1306] *Plut. mor. 198D (Babbitt et al. III 176):* Κάτων ὁ πρεσβύτερος ἐν τῷ δήμῳ τῆς ἀσωτίας καὶ πολυτελείας καθαπτόμενος εἶπεν ὡς χαλεπόν ἐστι λέγειν πρὸς γαστέρα ὦτα μὴ ἔχουσαν. *Vgl. Erasm. adag. 1784 (ASD II/4 204):* Venter auribus caret.

rum parentum scelus erupit. Quamobrem, quod conqueramur, de ipso non habemus, cum ex nobis ipsis quicquid hic mali est profectum fuerit.

1103a 3–7 *Dividitur autem et virtus hac differentia. Ex illis ¦ enim alias dicimus intellectuales, alias vero morales. Sapientiam quidem solertiam et prudentiam intellectuales, liberalitatem autem et temperantiam morales.* [179*] 265 Z_2

Virtutum divisio per subiecta.

Non alia de causa partes animi sunt investigatae, nisi ut denique ad virtutum distinctionem perveniretur, de qua modo succincte agitur. Illas quippe Aristoteles dividit per sua subiecta. Ut enim in diversis animi partibus habentur, sunt a se invicem separatae. Partem vegetantem ab hac tractatione removit, ut quae virtutum capax minime sit, in duas vero facultates residuas virtutes distribuit. In mente seu ratione intellectuales collocans, morales vero in ea parte, quae rationi potest obtemperare. Facultatem rationalem, in qua locum habent sapientia, solertia et prudentia, eam intelligimus, quae suopte ingenio suaque ipsius natura intelligit. Altera vero pars, ubi morales virtutes collocantur, est quae a ratione ceu a quodam paedagogo ducitur.

1103a 7–8 *Cum enim de more loquimur, neque sapientem neque solertem quenquam appellamus, sed clementem aut temperatum.* [180*]

Probatio allatae divisionis.

Distinctio iam allata ex communi hominum sermone probatur. Cum enim de more agunt cuiuspiam, semper has virtutes, quas morales vocamus, verba sua referunt, non ad sapientiam vel prudentiam. Id vero est, quoniam illud genus virtutum, morale inquam, exercitio et usu constat. Non quod etiam sapientia, cum sit habitus, exercitatione non indigeat, sed quia doceri potest, quod moralibus virtutibus | non usu venit, ut quae tantum exercitatione, minime vero doctrina usurpentur. Exempla duarum virtutum adduxit, quarum clementia irascentis est facultatis, temperantia cupientis.[1307] 292 Z_1

[179*] *AG* διορίζεται δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ τὴν διαφορὰν ταύτην· λέγομεν γὰρ αὐτῶν τὰς μὲν διανοητικὰς τὰς δὲ ἠθικάς, σοφίαν μὲν καὶ σύνεσιν καὶ φρόνησιν διανοητικάς, ἐλευθεριότητα δὲ καὶ σωφροσύνην ἠθικάς· – *AL* Determinatur autem virtus secundum differenciam hanc. Dicimus enim harum has quidem intellectuales, has autem morales. Sapienciam quidem et intellectum et prudenciam intellectuales, liberalitatem autem et sobrietatem morales.

[180*] *AG* λέγοντες γὰρ περὶ τοῦ ἤθους οὐ λέγομεν ὅτι σοφὸς ἢ συνετὸς ἀλλ' ὅτι πρᾶος ἢ σώφρων· – *AL* Dicentes enim de moribus, non dicimus quoniam sapiens et intelligens, set quoniam mitis vel sobrius.

Laudamus quidem sapientem ex habitu. Ex habitibus vero eos, qui sunt laudati, virtutes dicimus. [181*] 1103a 8–10

Habitus intellectuales virtutes esse ostendit, quod laudentur, nam sa- Habitus intellectuales esse virtutes.
266 Z_2 pi¦entem, inquit, virum propter illius praeclarum habitum laudamus. Habitus vero illi, qui sunt laudabiles, virtutes et dicuntur et sunt. Probatio haec a proprio deducta est: id enim virtutis esse tradit, ut laudetur. Visque rationis huius in eo sita est, quod ex multis habitibus ii, qui laude digni habentur, sunt virtutes. Qua de re superius, quae opportuna fuerunt, et Aristoteles dixit et nos interpretati sumus. Quaedam enim ex bonis honorata ponebantur et alia laudabilia. Illa honore afficienda statuebantur, quae per seipsa expetenda erant, ita ut alio non referrentur. Deo quippe ac divinis rebus honor defertur. Unde conficiebatur felicitatem bonum esse honore dignum, quod non in alia dirigeretur. Illa vero bona statuebantur laudanda, quae alio referrentur idque potissimum virtutibus tribuebatur.[1308] Syllogismus eiusmodi esse in his Aristotelis verbis apparet:

Omnis habitus animi laudabilis est virtus.
At sapiens propter habitum laudatur, id est, sapientia est habitus laudabilis.
Proinde sapientia est virtus et si ea sit, caeteri quoque intellectuales habitus sunt virtutes.[1309]

Notabimus postremo has virtutes, tam intellectuales quam morales, earum partium animi perfectiones esse, in quibus fuerint, nam moralibus habitibus crassiores animi partes absolvuntur, intellectualibus vero mens, quae animi pars praestantissima est.

Restat modo, ut, quae in isto capite sunt allata, ad regulam divi- Quomodo haec cum divinis literis consentiant.
narum literarum expendamus. Virtutes ab initio ait in definitione fe-

[181*] *AG* ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ τὸν σοφὸν κατὰ τὴν ἕξιν· τῶν ἕξεων δὲ τὰς ἐπαινετὰς ἀρετὰς λέγομεν· – *AL* Laudamus autem et sapientem secundum habitum. Habituum autem laudabiles virtutes dicimus.

[1307] *Eustr. graec. (Heylbut 120,32–35):* ἔστι δὲ ἡ μὲν πρώτη [πραότης] ἐν τῷ θυμικῷ τοῦ λόγου κατόρθωσις, τὰς ὁρμὰς αὐτοῦ ἑαυτῷ ὑποτάξαντος καὶ τοῖς ἐξ ἑαυτοῦ μέτροις ὑπείκειν πείσαντος, ἡ δὲ σωφροσύνη ἐν τῷ ἐπιθυμητικῷ, λαβόντι τάξιν καὶ αὐτῷ παρὰ τοῦ λόγου καὶ ῥύθμισιν τὴν προσήκουσαν. *Eustr. lat. (Mercken 193,15–20):* Est autem mansuetido quidem in irascibili a ratione directio, impetus ipsius sibi ipsi subiiciente et eis quae ex ipsa mensuris et moderationibus oboedire suadente, sobrietas autem in concupiscibili, assumente ordinem et sibi a ratione et formationem convenientem.

[1308] *Arist. eth. Nic. 1,12, 1101b 12–27 (Bywater 19f.).*

[1309] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

licitatis positas, ideo de illis tractandum esse. Hoc nos minime dedimus, qui felicitatem ponimus in reconciliatione cum Deo per Christum, ut dicitur: »Beati, quorum remissae sunt iniquitates«[1310]. Ad quam primam felicitatem consequitur hominis instauratio, | donec in 293 Z_1
eo imago Dei restituatur, quo virtutes requiruntur. Nam id inchoant utcunque, dum hic vivimus, quod in alio seculo absolute perficiendum est. Ad civilem facultatem spectare ait de virtutibus agere, quandoquidem legislatores hoc maxime suis decretis volunt, ut cives ornentur virtutibus, tametsi divina lex aliam finem praestantiorem habet, ut peccata et infirmitates ostendat, unde postea homines ad Christum adducat. Adhaec, si qui sunt legislatores, qui veras virtutes praeceperint, lex Dei per Mosem lata primas iure sibi vendicat, ibi vere sancta, iusta et honesta traduntur. Sed agendum prius, inquit, de anima. Fateor, nam et ante ullum praeceptum in Genesi dicitur: »Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram«[1311]. Satis est de anima nostra intelligere illam ima¦ginis Dei capacem, nimirum ut eum intel- 267 Z_2
ligat, amet et suis actionibus exprimat. Non subtilis vel absoluta tractatio animi exigetur, sed brevis et quae divinis literis sit conformis. Iure vegetantem animi partem reiicit, ut quae virtutum non sit capax, neque Deus unquam praecepit non esuriendum, non sitiendum, non dormiendum, non somniandum et consimilia, quae a iudicio et voluntate nullo modo pendent. Somnia vero proborum virorum nos etiam dabimus esse quietiora et addemus Deum persaepe illis dormientibus ac somniantibus futura demonstrare, licet aliquando et impiis hoc largiatur. Hoc tamen inter nos bene congruit, propter somnia ipsa nullos aut meliores aut deteriores esse. Quod vero pars animi crassior cum ratione pugnet, quando bene instructa est et verbo Dei formata, satis experimur. Unde matrimonium datum est ad istos cupiditatis impetus comprimendos, ne homines passim scortentur aut vagis libidinibus ignoscant. Hinc illa Pauli verba: »Melius est nubere quam uri«[1312]. Et ne privatis ultionibus saeviatur, positi sunt magistratus, qui ius dicant, ut saltem his iustis modis ac viis affectus violenti, quibus ratio non posset moderari, certis legitimis finibus coerceantur. Idem quoque apostolus dicebat: »Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem, ut non, quae vultis, ea faciatis«[1313]; et: »Sentio aliam

[1310] *Ps 32,1 (Vulg. 31,1).*
[1311] *Gen 1,26.*
[1312] *1Kor 7,9.*
[1313] *Gal 5,17.*

legem in membris meis repugnantem legi mentis meae«[1314]. Quae tametsi revera intelliguntur de natura non regenerata cuiuscunque partis animi sit, attamen, quando ratio verbo Dei et Spiritu formata est, impedimentum et quidem non parvum ex affectibus experitur. Possunt
294 Z_1 etiam hae partes animi inferiores | obedire menti verbo Dei bene instructae. Unde praecipitur: »Diligito Deum toto corde, tota anima et omnibus viribus«[1315], quod quidem in hac vita non praestatur, sed in alia fiet. Cum vero probat partem animi inferiorem quodammodo rationis esse capacem, alioquin admonitiones, correctiones et consimilia essent inania et cassa, et ita hoc dicit, quasi ratio ipsa non his opus habeat, illi non assentimur. Non enim ille vidit mentis corruptionem, proinde sic loquitur. Verum et ipsa cum vitiata sit, et monitis et correctionibus et adhortationibus opus habet, quae passim in divinis literis proferuntur.

Divisio autem virtutum in morales et intellectuales approbatur, nam utraeque in sacris libris numerantur. In Isaia scribitur, cap[ite] 11.: »Et requiescet super eum Spiritus sapientiae, intelligentiae«[1316] etc. Pertinent utique dona ista ad partem animi intelligentem. Postea subditur: »Spiritus fortitudinis et timoris«[1317] etc., quibus morales habitus exprimuntur. Sed quod Aristoteles non vidit, id est, omnia haec Spiritum sanctum habere authorem, praesertim si vera et perfecta fuerint. Sa-
268 Z_2 pientiam laudari, ut ipse dicit, facile dabi¦mus, quamvis illa eius distinctio laudabilis et honorati boni haud concederetur, nam ille putat felicitatem non esse laudandam, ut superius dictum est, quod alio non referatur; quod veritati adversatur, nam et ipsa felicitas natura, quaecunque tandem ea sit, in Deum referenda est. Habet praeterea in iis Aristoteles partem hanc, nempe rationem, semper invitare ac adhortari ad meliora. Qua sententia illi abutuntur, qui plus aequo libero arbitrio tribuunt. Quare non illi est simpliciter assentiendum, quasi mens et voluntas non habeat sua vitia. Damus quidem multas adhuc notitias honestarum rerum Dei beneficio in mente humana conservari. Unde ibi possumus in hac sententia συντήρησιν concedere, quae non sit aliud quam istarum notitiarum conservatio.[1318] Neque inde aliquas

Z. 25 felicitas] felicitatis Z_2 32 συντήρησιν] σωτήρησιν Z_{1-2}

[1314] *Röm 7,23.*
[1315] *Dtn 6,5.*
[1316] *Jes 11,2.*
[1317] *Jes 11,2.*
[1318] *Der Begriff* synteresis *bezeichnete die in jedem Menschen angelegte Fähigkeit, zwischen gut und böse zu unterscheiden – LThK³ IV 622f. Vgl. Thom. Aqu. STh Ia-IIae q. 94 a. 1 ad 2 (STO*

honestas στοργάς excludemus. Quae tamen, ut natura suae sint bonae res, non regeneratis tamen sunt peccata. Verum notitiam voluntatis Dei, qua per Christum servandi sumus, ubi situm est evangelium Christi, naturaliter non habemus. Et addendum est naturali vitio sic laborare homines, ut illis notitiis honestarum rerum non queant obtemperare prae affectuum impetu et resistentia. Unde aiebat illa Medea: »Video meliora proboque, deteriora sequor.«[1319] Proinde verba Aristotelis ad notitiam tantum referenda videntur, quod ad|huc in 295 Z_1
mente reliquum sit aliquod honestorum iudicium, unde nomine λόγου utitur et verbo παρακαλεῖν. Neque ob hoc putare debemus hominum mentes absque Christo rectas et iustas esse. Ac ut daremus, ceu dictum est, aliquas voluntati στοργάς honestas, illas in non regeneratis peccata ponimus et debiles admodum, ut qui a pravis affectibus vincantur. Cogitate legislatorem quempiam vos audire, qui roget honestas et bonas leges, an illum, quia recte monere potest et novit, ilico bonum virum putabitis? Non arbitror. Fieri enim potest, ut sit Ulpianus[1320], Diocletianus[1321], qui mali viri permultas leges utiles tulerunt. Neque semper bonarum legum authores illis obtemperant. Omnis enim homo mendax, ita de ratione statuendum, licet ad bona et honesta interdum hortetur, attamen non propterea ipsa bona est et incorrupta neque peccata non sunt, quae faciunt ethnici, dum rationi suae obtemperant. Quamvis et id praestare debent, ut illi obtemperent, alioqui gravius peccabunt, si ea quoque negligant, quae a ratione ut honesta et iusta proponuntur. Minusque Deus temporariis externisque flagellis eas respub[licas] affligit, in quibus civilis disciplinae aliqua ratio habetur.

At illud modo providendum est, ut confirmemus rationis iudicium et mentem seu voluntatem per originis peccatum, corruptionem labemque contraxisse. In epistola ad Romanos habetur: »Qui sunt filii Dei, ii Spiritu Dei aguntur«[1322]; ¦ et: »Qui Spiritum Christi non habent, 269 Z_2
ii non sunt eius«[1323]. Quae duo loca Spiritu Dei opus esse indicant, si ad filiorum adoptionem et communionem Christi simus evehendi, ad

Z. 1 tamen] tamne Z_1

II 479): Synderesis dicitur lex intellectus nostri, inquantum est habitus continens praecepta legis naturalis, quae sunt prima principia operum humanorum.

[1319] *Ov. met. 7,20f. (Anderson 147).*

[1320] *Domitius Ulpianus (gest. wohl 223 n. Chr.), römischer Jurist, dessen Werke mehr als ein Drittel der Digesten Justinians füllen. – NP XII/1 980f.; GRL III 203–207; RRG 130–138.*

[1321] *Diokletian (241/244–313), römischer Kaiser 284–305. – NP III 577–587.*

[1322] *Röm 8,14.*

[1323] *Röm 8,9.*

quae, si vires humanae sufficerent, Dei Spiritus non esset vel accersendus vel expectandus. Ad Corinthios deinde habetur: »Animalis homo non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei, nec enim potest, quandoquidem illi stultitia sunt«[1324]. Et: »Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non intrabit in regnum coelorum«[1325]. »Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum«[1326]. »Omnes erunt docti a Deo«[1327]. »Absque me nihil potestis facere«[1328]. Quibus et illud possumus addere: »Prudentia carnis inimica est Deo, legi enim Dei non est subiecta neque potest«[1329]. Et: »Prudentia carnis mors est«[1330], cui testimonio aliqui resistunt, nam cum humana prudentia doceat non furandum, non committendum adulterium, non occidendum, siquidem haec iniusta esse naturae lumen ostendit, quare, inquiunt, hae notitiae mors essent, quod tam absurdum videtur, quam legem Dei condemnare. At quid hoc dare cunctabimur? Ipsa Dei lex ad nostram cupiditatem | et infirmitatem relata mors a Paulo dicitur, sed non per se, nam suopte ingenio vita est et iustitia, sed incurrens in animum corruptum et mortem et peccatum operatur.[1331] Ad haec Paulus non intelligit per prudentiam solummodo notitiam, sed una comprehendit pravam cupiditatem et contractum naturae vitium. Quae iam recensui possunt liquido patefacere, ut accipienda sit ea sententia: Rationem semper ad meliora hortari.

296 Z_1

Finis primi libri

[1324] *1Kor 2,14.*
[1325] *Joh 3,5.*
[1326] *Joh 6,44.*
[1327] *Joh 6,45.*
[1328] *Joh 15,5.*
[1329] *Röm 8,7.*
[1330] *Röm 8,6.*
[1331] *Vgl. Röm 7,12f.* Itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

297 Z_1
270 Z_2

|¦ IN SECUNDUM LIBRUM ETHICORUM NICOMACHIORUM ARISTOTELIS D[OMINI] PETRI MARTYRIS VERMILII FLORENTINI COMMENTARIA

Caput primum

‹II,1› *Cum autem duplex sit virtus, mentis inquam et moris, quae mentis est maiori ex parte a doctrina ortum et incrementum habet. Idcirco experientia et tempore opus habet. Sed quae moris est, a consuetudine paratur. Unde nomen habuit parum* ἀπὸ τοῦ ἔθους *deflectens.* [182*] 1103a 11–18

Quia felicitatis definitio, quae allata est priori libro, virtutem ut differentiam quandam habuit,[1332] ideo quo planior fiat meliusque intelligatur, de virtute agendum est. Felicitas et virtus inter se omnino coniunguntur, quandoquidem felicitas vel est virtutis effectus vel causa. Effectus est, cum ab ea ceu a fine pendeat; causa vero, quia illam tandem nobis efficit. In ista de virtute tractatione per hunc, quem auspicamur, librum methodus huiusmodi servabitur. Primo loco investigantur eius causae; secundo, quid ipsa sit, demonstratur; postremo vero in suas partes ac species distribuitur.

Quare de virtute hic tractetur.

Methodus secundi libri.

Caput vero, quod primum iam occurrit, tria praesertim complectitur: primo divisio prius allata virtutum repetitur; secundo eas non ingenerari hominibus a natura demonstratur, sed potius more; idcirco tertio et ultimo loco admonet educationi magnam diligentiam adhibendam, ut quisque prudenter consideret, quibus nam actionibus assuescat. Hanc virtutis distinctionem superius Aristoteles memoraverat, sed ita ut membrorum eius materiam ac sedem ostenderit.

Primi capitis partitio.

[182*] *AG* Διττῆς δὴ τῆς ἀρετῆς οὔσης, τῆς μὲν διανοητικῆς τῆς δὲ ἠθικῆς, ἡ μὲν διανοητικὴ τὸ πλεῖον ἐκ διδασκαλίας ἔχει καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν, διόπερ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου, ἡ δ' ἠθικὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἔσχηκε μικρὸν παρεκκλῖνον ἀπὸ τοῦ ἔθους· – *AL* Duplici autem virtute existente, hac quidem intellectuali, hac autem morali, ea quidem que intellectualis plurimum ex doctrina habet et generacionem et augmentum. Ideo experimento indiget et tempore. Moralis vero ex morte fit. Unde et nomen habuit parum declinans a more.

[1332] *Arist. eth. Nic. 1,7, 1098a 16–18 (Bywater 11):* τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετήν.

298 Z_1
271 Z_2

|Virtutum quippe alias dixit in ratione seu ¦ mente collocandas, alias vero in partibus animi crassioribus, quae a ratione gubernantur, inhaerere. Hic vero materiam vel sedem virtutum non patefacit, sed illarum effectrices docet causas, a quibus differentiam utilissimam scitu nanciscuntur, quandoquidem earum nonnullae doctrina et aliae consuetudine acquiruntur. Oportuit vero nos haud latere utrumque discrimen, materiae inquam et efficientis causae. Non enim omnes virtutes in eisdem sedibus collocari possunt, neque omnes ab iisdem causis haberi.[1333] Nam, si quo ad ista principia inter sese non variarent, iis distinctionibus supersedendum fuisset. Zeno quidem omnes virtutes in ratione collocavit,[1334] sed is potius prudentiam, earum initium inquam, unde pendent universae, spectavit. Nam eam in ratione sitam dubitat nemo, quam singularum naturam formamque integram respexerit.

Virtutum materia et causa efficiens.

Virtus mentis quomodo comparetur.

Virtus mentis doctrina comparatur. *Maiori ex parte* idcirco adiectum est, quoniam et naturae bonitas, animus docilis et mentis perspicacitas requiritur.[1335] Meminit etiam experientiae, siquidem complura scientiarum prima elementa per sensuum experimenta comprehendimus. Medici observarunt, quid reubarbarum possit, quid scamonia, et ex huius generis experientiis, praeceptiones varias collegerunt, ex quibus ars eorum perfecta evasit. Quod idem in astronomia evenisse facile intelligimus. Nos adhaec id non praetereat, virtutes mentis alios per seipsos acquirere, alios vero iam inventas addiscere. Quo ad inventores, experientia illis usui fuit. Qui vero ab aliis instructi sunt, doctrina sibi virtutes mentis pepererunt. Idcirco earum duo Aristoteles principia posuit. Quamvis experientia non tantum ad inventionem artium valuit, sed etiam ad eas perficiendas plurimum est utilis, nam quae didicimus peritos ac doctissimos viros audiendo, magis confirmantur et expoliuntur, quando id, quod ante mente concepimus, variis experimentis ita esse deprehenderimus. Experientiae ita cum initia tum expolitionem virtutum mentis attribuimus, quamvis, ut monuimus, in his natura

Z. 1 Virtutum] Virtutem Z_2

[1333] *Vgl. Streb. eth. 57v:* Non omnes autem [virtutes] una parte continentur, quandoquidem aliae sola ratione et contemplatione perfici possunt, aliae actione corporis egent. Itaque duo genera facienda. Praeterea quum doctrina pariat nonnullas, mos alias, nec sit eadem ratio doctrinae et consuetudinis in efficienda virtute, necesse est diversas esse virtutes et in genera minimum duo partiri.

[1334] *Vgl. Cic. ac. 1,38 (Rackham 446):* Cumque superiores non omnem virtutem in ratione esse dicerent sed quasdam virtutes natura aut more perfectas, hic [Zeno] omnes in ratione ponebat.

[1335] *Vgl. Streb. eth. 58r:* Cur hoc addidit: ex maxima parte? Ut prudentia magna comparetur, non doctrina modo opus est, sed etiam natura et investigatione.

quoque partem non parvam habet. Si quis enim stolidus et hebes fuerit, iis adminiculis parum iuvatur.[1336]

Tempus item requiritur, quia nec experientiae statim colliguntur Experientia.
299 Z_1 neque doctrina brevi momento percipitur. Egent quidem et mo|rales
5 virtutes aliquo tempore, verum non usque adeo prolixo. Experimentum vero seu experientia est observatio, qua per sensus conamur facultates ac vires et naturas rerum deprehendere. At ad id faciundum tempore ideo indigemus, quoniam (ut inquit Hippocrates) experimentum est fallax.[1337]

10 Atque discrimen est inter experimentum et morem seu consuetu- Experientiae et moris discrimen.
dinem. Quia experientia circa externa versatur. Physici enim herba-
272 Z_2 rum, vires lapidum et ¦ metallorum experiuntur; observant etiam astronomi effecta motus et aspectum stellarum. Sed mos et assuetudo est quo ad proprias nostrum cuiusque actiones. Agendo quippe assuesci-
15 mus et habitus nobis ipsis comparamus. Sunt fortassis etiam, qui volent experientiam illud studium appellare, quo virtutes mentis, hoc est sapientiam et scientias, tractamus. Quod qui sequuntur, a proprietate vocum discedunt. Dubium vero id non est, longam diuturnamque rerum experientiam homines prudentes ac sapientiores reddere. Quod
20 Euripides indicavit, cum diceret,

Ἀλλ' ἐμπειρία ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφότερον.[1338]

Per doctrinam vero intelligit Aristoteles, non solum quae a praecep- Doctrina.
toribus nobis traduntur, sed totum illum progressum, quo a simplicibus ad propositiones, ab illis ad conclusiones, et a prioribus conclusis et
25 perfectis ad posteriora ducimur.[1339]

Hucusque vidimus, quae principia et ortus habeant virtutes mentis. Virtutis moralis causa.
Nunc de causa moralis virtutis agit eamque dicit a consuetudine vel usu gigni et rationem ex nominis etymologia inducit. *Unde nomen habuit parum* ἀπὸ τοῦ ἔθους *deflectens*.] Si vertatur ε in η, quod Graecis est
30 familiare, pro ἔθος habebis ἦθος, unde τὰ ἠθικά. Graeca scholia hoc loco monent ἔθος actionem esse, ἦθος vero qualitatem, quae per ipsas energias et actiones parti animi affectuose accedit.[1340]

Z. 8 quoniam (ut] (quoniam ut Z_{1-2}

[1336] *Vgl. Streb. eth. 58r:* Nec enim rerum veritatem perspicere poterit tardus, hebes et obtusus.

[1337] *Hipp. aphor. 1 (Jones 98):* ἡ δὲ πεῖρα σφαλερή.

[1338] *Eurip. Phoen. 529f. (Diggle 111):* Ἀλλ' ἡμπειρία ἔχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

[1339] *Vgl. Streb. eth. 58v:* Apparet igitus Aristoteles […] nec eam solum dicere doctrinam, quae in scholis a praeceptoribus traditur, sed eam quoaue, quae ratiocinando, aliud ex alio colligendo, audiendo, legendo, observando, agendo percipitur.

Virtutes mentis et moris differre.

Ex hac Aristotelis doctrina probare possumus evidenti ratione, virtutes mentis et moris differre. Quaecunque habent diversam generationem inter se, non sunt eadem. Propositio ista probabilis est et in Topicis traditur: mentis virtus habet diversam generationem a virtute moris.[1341] Igitur ab ea differt.[1342] Minor explicata est indicando utriusque virtutis initia.

1103a 18–23

| *Unde planum fit nullam moralem virtutem natura nobis ingenerari. Quia nihil eorum, quae natura insunt, aliter assuescit. Ut lapis, qui natura deorsum fertur, nunquam ut ad superiora feratur, assuescat nec quidem illum assuescet quispiam, si millies sursum proïiciat. Neque ignis deorsum neque aliud quicquam potest aliter assuescere, quam natura sit comparatum.* [183*] 300 Z_1

Analysis.

Propositio huius loci est: virtutes nobis natura non ingenerari. Quam tribus rationibus, imo quatuor confirmat. Hanc rem ideo diligentius tra¦ctat, quia duas virtutum causas iam dederat, quod in cassum fuisset positum, si virtutes natura essent hominibus insitae. Nam tum initia longe alia e naturae penetralibus eruenda essent atque ista, quae simpliciter iam sunt exposita. Videreturque tractatio ista, si sic esset, non ad moralem philosophum pertinere, sed ad naturalem spectare. 273 Z_2

Quinque causae virtutum.

Causarum, quas possemus virtutibus affingere, quinarius numerus se offert: Deus, casus, natura, doctrina, exercitatio. Duas has postremas Aristoteles recipit. De Deo nihil modo scribit, at superius, cum de felicitate ageretur, parum dixit. Sed nos prolixe id edocuimus[1343] et ad

Z. 14 in cassum] incassum Z_2 16 e naturae] naturae Z_2

[183*] *AG* ἐξ οὗ καὶ δῆλον ὅτι οὐδεμία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἡμῖν ἐγγίνεται· οὐθὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται, οἷον ὁ λίθος φύσει κάτω φερόμενος οὐκ ἂν ἐθισθείη ἄνω φέρεσθαι, οὐδ' ἂν μυριάκις αὐτὸν ἐθίζῃ τις ἄνω ῥιπτῶν, οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ἄλλως πεφυκότων ἄλλως ἂν ἐθισθείη· – *AL* Ex quo et manifestum quoniam neque una moralium virtutum natura nobis insit. Nullum enim natura existencium aliter assuescit; puta lapis natura deorsum latus non utique assuescet sursum ferri, neque si decies milies assuescat quis eum sursum iaciens, neque ignis deorsum, neque aliud aliquo eorum que aliter innata sunt, aliter utique assuescet.

[1340] *Graec. schol. II (Heylbut 122,19–123,1):* Καὶ ἔστι τὸ μὲν ἔθος ἡ ἐνέργεια, τὸ δὲ ἦθος ἡ ποιότης ἡ διὰ τῆς ἐνεργείας ἐγγινομένη. *Graec. schol. transl. II (Mercken 195,34f.):* Et est »ethos« quidem operatio, »Hthos« autem qualitas quae per operationem infit in passibili anima.

[1341] *Vgl. Arist. top. 5,1, 128b 37–39 (Ross 84):* καθάπερ ἀρετῆς πρὸς ἐπιστήμην, ὅτι τὸ μὲν ἐν πλείοσι, τὸ δ' ἐν λογιστικῷ μόνον καὶ τοῖς ἔχουσι λογιστικὸν πέφυκε γίνεσθαι.

[1342] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

[1343] *Vgl. oben S. 345.*

finem huius capitis repetemus.[1344] Casus et fortuna explosa non sunt neque ut felicitatis causae recepta, partim quod non sunt causae per se, partim quod rerum praestantissimarum non reddendae sunt adeo viles causae, tum denique quod raro ex iis causis effecta proficiscuntur. Solum natura superest inspicienda, ne forte virtutes ab ea oriantur. Id negat, ut audivimus. Quare aliis remotis causis, iam tantum aliae duae supererunt, doctrina inquam et consuetudo.

Quare tantum moralem virtutem dicat non inesse natura.

Propositionem vero non est mirum, si de morali virtute solum enuntiarit, cum et de mentis virtute nihilominus vera sit, quia de morali nunc est agendum. Praeterea hae morales notiores sunt aliis et communiores, illisque oportet a teneris ornare homines.[1345] Id vero in scientiis tradendis perpetuo servatur, ut a notioribus et communioribus auspicemur.[1346] Sed tamen ita res ab Aristotele tractatur, ut de moralibus agendo una demonstret se idem quoque de virtute mentis intelligere. Quia non solum exemplis utitur iustitiae, fortitudinis ac temperantiae, | verum et artium, quae ad vim animi intelligentem pertinent.[1347] Postremo de virtutibus mentis erat minus obscurum illas acquiri et natura non inesse, cum permultos videamus rudes et indigere prorsus instructione. Verum de moralibus magis dubitari potuit, cum aliqui videantur ad illas natura comparati. Proinde coepit de illis ante omnia dicere, de virtutibus mentis loco suo postea scripturus.[1348] Plato diversum existimavit. Nam illi animi ad corpora veniunt perfecti et absoluti atque omnibus virtutibus instructi, qui ex coniunctione corporis ita graventur et laedantur, ut oblivio scientiarum ac virtutum mentis eos rapiat. Unde opus est ipsis doctrina et iustis interrogatio-

301 Z_1

Platonis sententia de causa virtutum.

Z. 1 non sunt] sunt $\mathcal{Z}_2$

[1344] *Vgl. unten S. 434f.*

[1345] *Vgl. Streb. eth. 59r:* Cur potius de virtute morali quam de ea, quae in ratione posita est, loquitur, si neutram accipimus a natura? An quod ante dicturus est de virtutibus moris quam rationis? Anteponit eas quidam; aut quia a teneris assuescere debemus necdum matura prudentia, aut quia notiores sunt magisque populares.

[1346] *Vgl. Arist. phys. 1,1, 184a 16–18 und 21f. (Ross ibid.):* πέφυκε δὲ ἐκ τῶν γνωριμωτέρων ἡμῖν ἡ ὁδὸς καὶ σαφεστέρων ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῇ φύσει καὶ γνωριμώτερα […]. ἔστι δ' ἡμῖν τὸ πρῶτον δῆλα καὶ σαφῆ τὰ συγκεχυμένα μᾶλλον.

[1347] *Vgl. Streb. eth. 59r:* Nam quum similitudinem ducit ab artibus, quae traduntur a docente, videtur indicare neque sapientiam neque prudentiam constare natura.

[1348] *Vgl. Streb. eth. 59r:* Mihi videtur de virtute morali magis laborare, propterea quod plus habet dubitationis. Quis nescit hominem rudem et indoctum, qui nullo genere disciplinae aut exercitationis informatus est, non esse prudentem? At multi videntur suapte natura propopensiores [!] ad clementiam, ad liberalitatem, ad fortitudinem, multi ad vitia contraria. Quapropter maxime dubitari potest, an eiusmodi virtutes tribuantur a natura.

nibus, ut oblitorum denuo reminiscantur. Indigent etiam exercitatione ac usu bonarum actionum, ut morales virtutes, quae sunt in eis obliteratae, in lucem emergant.[1349] Sed nunc non est locus adversus haec disputandi, cum et ille fateatur doctrina et exercitatione opus esse, ut reparentur virtutes, neque ad rem praesentem permultum intersit, an virtutes in animo acquirantur vel prius ingenitae patefi¦ant, et cum 274 Z_2
alius opportunior locus huic disputationi iure debeatur. Ratio vero, qua primum Aristoteles propositionem confirmat, ita explicatur:

Quicquid est naturale non mutatur consuetudine.
Mores et virtutes mutantur consuetudine.
Igitur non insunt nobis natura.[1350]

Maior confirmatur exemplis lapidis et ignis. Lapis millies iactatus sursum, non mutabitur consuetudine, ut per seipsum moveatur sursum. Neque ignis ita poterit assuefieri, ut deorsum sponte descendat. Adiecit: »Neque aliud quicquam potest secus acquiescere atque natura fuerit comparatum«. Quia inductio non est plena, fidemque non facit, si duobus tantum constet exemplis.[1351] Addendum igitur: »Neque aliter invenitur«, vel: »Sic de aliis«, ut vulgo dicitur.[1352]

1103a 23–26 *Non itaque natura neque praeter naturam virtutes insunt, sed nobis aptis ad eas recipiendas iamque perfectis et paratis consuetudine adveniunt.* [184*]

Si virtutes non insunt natura, an sunt contra naturam.

Per occupationem tacitae interrogationi respondet. Quaereret enim quispiam: si natura nobis non insunt, an contra naturam dicendae sunt nobis inhaerere? Respondet: neque natura eas habemus neque | praeter naturam. 302 Z_1 (~~304~~)
Quia cum illis non nascimur ut cum oculis, manibus, pedibus et animi viribus neque post nativitatem ut barba et dentes proveniunt. Sed tamen haud contra naturam vendicantur, quia se habent ad animum nostrum ut forma erga materiam. Est materia pro-

[184*] *AG* οὔτ' ἄρα φύσει οὔτε παρὰ φύσιν ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί, ἀλλὰ πεφυκόσι μὲν ἡμῖν δέξασθαι αὐτάς, τελειουμένοις δὲ διὰ τοῦ ἔθους· – *AL* Neque igitur natura neque preter naturam infiunt virtutes, set innatis quidem nobis suscipere eas, perfectis autem per assuetudinem.

[1349] *Vgl. Cic. fin. 5,43 (Rackham 442).*
[1350] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Festino.
[1351] *Zur Heranführung (*inductio*) vgl. oben S. 62.*
[1352] *Der Ausdruck* sic de aliis *wurde von scholastischen Autoren verwendet, um die Gültigkeit eines Schlussverfahrens zu verallgemeinern, vgl. Thom. Aqu. eth. 1,5,4 (STO IV 146):* Unusquisque id ad quod maxime afficitur reputat vitam suam, sicut philosophus philosophari, venator venari, et sic de aliis.

pensa per se ad eam accipiendam, sed efficiente causa indiget. Sic animus noster parandus est consuetudine ac doctrina, quibus excultus virtutes assequitur.

Adhaec, quaecunque natura nobis ingenerantur, earum vires prius accipimus, 1103a 26–1103b 2
postea vero actiones edimus, quod in sensibus perspicuum est. Non enim quia frequenter videmus aut saepius audimus, sensus adepti sumus; verum e diverso, cum sensus haberemus, illis usi sumus, non quia usi sumus, accepimus. At virtutes adipiscimur, postquam nos exercuerimus, quemadmodum et in aliis
275 Z_2 *artibus, ¦ quae enim, postquam didicerimus, oportet facere. Ea discimus faciendo, ut aedificando fabri evadimus, et citharoedi citharam pulsando. Identidem iusta facientes iusti, temperata temperati, fortia fortes evadimus.* 185*

Analysis. Altera confirmat ratione propositam quaestionem. In iis, quae natura obtinentur, agendi facultas actiones antecedit, quod sensuum indicio probat. Nam prius oculos, aures facultatemque videndi et audiendi sortimur, quam videre aut audire liceat. Neque quisquam est, qui sibi visum peperit assiduis cernendi actionibus, et nemo frequenter audiendo vel aures vel auditum sibi comparavit, sed potius, quod omnino diversum est usu venit: animantes prius haec beneficio naturae, cum oriuntur, habere, postea eorundem usum percipere. Hucusque rationis Aristotelicae maiorem habemus propositionem testimonio sensuum confirmatam. Minor sic habet: virtutes vero adipiscimur, cum prius
303 Z_1 (~~305~~) nos exercuerimus. Proinde ipsae non insunt | in nobis a natura. Ratio ista petitur ab efficienti causa: nam cum ista non easdem causas ha-

Z. 17 peperit] pepererit Z_1

185* *AG* ἔτι ὅσα μὲν φύσει ἡμῖν παραγίνεται, τὰς δυνάμεις τούτων πρότερον κομιζόμεθα, ὕστερον δὲ τὰς ἐνεργείας ἀποδίδομεν (ὅπερ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων δῆλον· οὐ γὰρ ἐκ τοῦ πολλάκις ἰδεῖν ἢ πολλάκις ἀκοῦσαι τὰς αἰσθήσεις ἐλάβομεν, ἀλλ' ἀνάπαλιν ἔχοντες ἐχρησάμεθα, οὐ χρησάμενοι ἔσχομεν)· τὰς δ' ἀρετὰς λαμβάνομεν ἐνεργήσαντες πρότερον, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν· ἃ γὰρ δεῖ μαθόντας ποιεῖν, ταῦτα ποιοῦντες μανθάνομεν, οἷον οἰκοδομοῦντες οἰκοδόμοι γίνονται καὶ κιθαρίζοντες κιθαρισταί· οὕτω δὴ καὶ τὰ μὲν δίκαια πράττοντες δίκαιοι γινόμεθα, τὰ δὲ σώφρονα σώφρονες, τὰ δ' ἀνδρεῖα ἀνδρεῖοι· – *AL* Adhuc quecumque quidem natura nobis adveniunt, potencias horum prius ferimus, posteriores autem operaciones horum reddimus, quod in sensibus manifestum. Non enim ex multociens videre aut ex multociens audire sensus accipimus, set e converso habentes usi sumus, non utentes habuimus. Virtutes autem accepimus operantes prius quemadmodum et in aliis artibus. Que enim oportet discentes facere, hec facientes discimus; puta edificantes edificatores fiunt et citharizantes cithariste. Sic autem et iusta quidem operantes iusti efficimur, temperata autem temperati, forcia vero fortes.

beant, inter se non sunt confundenda, sed discernenda. Virtutes ex actionibus proficiscuntur, naturalia vero ex illis ortum non habent. Quare virtutes nobis naturales esse dici non potest. Quae non eodem procreantur modo, eadem inter sese minima sunt. Minor ista propositio quo ad virtutes morales inductione suadetur. Iusta faciendo iusti, temperata temperati, fortia fortes evadimus. Atque poterat sufficere ista probatio, nisi (quod antea monui) voluisset Aristoteles quaestionem de moralibus propositam ad virtutes quoque mentis applicare. Ideo nunc in probatione minoris artium etiam mentionem fecit, quae ad rationem pertinent, neque illarum simplici nudoque nomine fuit contentus, sed inductione ipsam earum appendicem confirmavit, ostendens architectos et citharoedos assiduis actionibus aedificandi atque pulsandi citharam, artifices tandem effici, non ex artibus, quas nascendo perceperint aut aedificasse aut citharam pulsasse.[1353] Ista itaque altera philosophi ratio, sic virtutes morales probat a natura non esse, ut de virtutibus mentis idem confirmet. Sed iam tertiam auspicabimur.

1103b 2–6 *Huic rei fidem facit et id, quod in urbibus agitur, etenim legis latores cives assuefaciendo bonos reddunt atque hoc est cuiusque legislatoris consilium.* ¦ *Quique id non recte faciunt, aberrant. Et hoc respublica reipublicae, bona inquam pravae, praestat.*[186*] 276 Z_2

Analysis. Ratio haec ab authoritate colligitur. Ex iudicio quippe legumlatorum quaestio proposita confirmatur. Illi iudicant cives fieri bonos, cum honestis legibus paruerint, et ad illarum praescriptum sese fideliter exercuerint. Quod sane ipsorum studium atque consilium supervacaneum esset, ubi natura virtutes ingenerarentur. Quid enim legibus et bonis exercitiis quaerere oporteret, quod natura cuique iam inde ab ortu fuisset concessum? Exercent iubendo populos boni principes obsequen-

Z. 4 minima] minime Z_2 8 applicare] amplicare Z_1 26 exercitiis] et exercitiis Z_2 26 oporteret] oportet Z_2

[186*] *AG* μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ γινόμενον ἐν ταῖς πόλεσιν· οἱ γὰρ νομοθέται τοὺς πολίτας ἐθίζοντες ποιοῦσιν ἀγαθούς, καὶ τὸ μὲν βούλημα παντὸς νομοθέτου τοῦτ' ἐστίν, ὅσοι δὲ μὴ εὖ αὐτὸ ποιοῦσιν ἁμαρτάνουσιν, καὶ διαφέρει τούτῳ πολιτεία πολιτείας ἀγαθὴ φαύλης· – *AL* Testatur autem et quod fit in civilitatibus. Legislatores enim cives assuefacientes, faciunt bonos; et voluntas quidem cuiuslibet legislatoris, hec est. Quicumque vero hoc non bene faciunt, peccant; et differt horum civilitas a civilitate ut bona a mala.

[1353] *Vgl. Streb. eth. 57v:* Ducitur hoc argumentum a similium comparatione et inductio est a multis ad unum.

304 Z_1 tibus praemia proponendo; ea vero sunt honores, | statuae, victus ex publico atque consimilia. Quin et servis libertas et manumissio promittitur si bene se gesserint, e diverso comminantur supplicia transgressoribus. Hae bonae sunt exercendorum civium rationes hocque discrimine inquit rempub[licam] reipublicae praestare bonamque a mala posse discerni. In hoc vero legumlatorum et principum munere duplex defectus observatur. Interdum enim leges ad id institutum feruntur inutiles; interdum vero leges rectae sunt et honestae, at, ut salvae sint et observentur, non datur opera. Unde, cum dicat Aristoteles hanc debere voluntatem esse legumlatorum, pro legitimis legibus et veris legislatoribus non habebuntur, qui alia sibi quaerunt. Plato etiam et Cicero scribunt pro legibus non esse habendas, quae aliquid iniusti vel inhonesti praeceperint.[1354] Dumque scribitur illos aberrare, qui hoc non recte fecerint, ponitur aperte ob oculos, ad quem scopum principes collimare oporteat. Licet etiam hinc videre, ut in oligarchia res perverse geratur, ubi divitiae ac potentia paucorum sunt fines, ad quas et leges et exercitationes omnium diriguntur; utque in populari administratione tumultuaria erretur, ubi omnia spectant eo, ut facile res innoventur semperque iniusta quaedam isonomia quaeratur.[1355] Quod Romae saepius usuveniebat leges agrarias promulgando aut cum tribunitius furor aestuabat. Et pessime omnium in tyrannide res sit comparata, ubi leges atque conatus omnes nil aliud quaerunt quam ipsius tyranni commoda, securitatem et incolumitatem, nulla prorsus civium habita ratione.[1356] Hi omnes errores hoc uno Aristotelis argumento confutantur, quo leges ita statuet condendas, ut eis honeste exerceantur cives, et virtutibus comparatis probievadant. Bonas itaque

Defectus in munere principum et legumlatorum.

Scopus principum.

Z. 25 statuet] statuit Z_2

[1354] *Cic. leg. 2,11 (Keyes 384):* Eos, qui perniciosa et iniusta populis iussa descripserint, cum contra fecerint quam polliciti professique sint, quidvis potius tulisse quam leges. *Vgl. auch Aug. lib. arb. 1,33 (CCSL XXIX 217,18f.):* Nam lex mihi esse non uidetur, quae iusta non fuerit.

[1355] *Vgl. Streb. eth. 60r:* Ubi pauci divites obtinent principatum et census habetur ratio, non eo tendit legislator, ut cives efficiat bonos, sed divites, quod in ea republica non ita virtutes ut divitiae sunt in precio. […] In rep[ublica] populari saepe viri populares ferunt leges ad concitandam multitudinem, ut omnium sit aequa non modo libertas, sed etiam potentia.

[1356] *Vgl. Streb. eth. 60r:* In tyrannide, qui fert leges, tyrannus sua spectat commoda; quales sint cives, modo patienter iugum ferant, non laborat. *Zu den Hauptmerkmalen der drei genannten Verfassungen vgl. Arist. pol. 3,5, 1279b 6–9 (Rackham 206):* ἡ μὲν γὰρ τυραννίς ἐστι μοναρχία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τοῦ μοναρχοῦντος, ἡ δ' ὀλιγαρχία πρὸς τὸ τῶν εὐπόρων, ἡ δὲ δημοκρατία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τῶν ἀπόρων.

leges vitia emendare ac virtutes commendare oportet.[1357] Et ea est beata respublica, ubi neque res neque virtutes defuerint.[1358]

1103b 6–22 ¦ *Adhaec ab iisdem rebus et per easdem omnis virtus et nascitur et interit.* 277 Z_2
Similiterque omnis ars. Nam ex pulsatione citharae cum boni tum mali
citharoedi evadunt eademque ratione fabri caeterique omnes. Ex recta enim 5
aedificatione boni architecti et ex prava mali fient. Nam si res ita non haberet,
praeceptore non opus fuisset, | verum omnes aut boni aut pravi nascerentur. 305 Z_1
Eodem quoque modo et de virtutibus se habet. Nam dum circa humana
commercia exercemur, alii iusti, alii iniusti efficimur. Dumque in rebus pe-
riculosis versamur assuescimusque vel timere vel confidere, alii fortes, alii 10
timidi evadimus. Nec secus est quo ad cupiditates et iram: alii temperati et
alii clementes, alii intemperati aliique iracundi efficiuntur ex eo, quod ii hoc
vel illo modo alii atque alii circa ista versantur. Atque ut uno verbo dicam, ex
actionibus consimilibus habitus fiunt. [187*]

[187*] *AG* ἔτι ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν καὶ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ καὶ φθείρεται, ὁμοίως δὲ καὶ τέχνη· ἐκ γὰρ τοῦ κιθαρίζειν καὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ κακοὶ γίνονται κιθαρισταί· ἀνάλογον δὲ καὶ οἰκοδόμοι καὶ οἱ λοιποὶ πάντες· ἐκ μὲν γὰρ τοῦ εὖ οἰκοδομεῖν ἀγαθοὶ οἰκοδόμοι ἔσονται, ἐκ δὲ τοῦ κακῶς κακοί· εἰ γὰρ μὴ οὕτως εἶχεν, οὐδὲν ἂν ἔδει τοῦ διδάξοντος, ἀλλὰ πάντες ἂν ἐγίνοντο ἀγαθοὶ ἢ κακοί· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει· πράττοντες γὰρ τὰ ἐν τοῖς συναλλάγμασι τοῖς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους γινόμεθα οἱ μὲν δίκαιοι οἱ δὲ ἄδικοι, πράττοντες δὲ τὰ ἐν τοῖς δεινοῖς καὶ ἐθιζόμενοι φοβεῖσθαι ἢ θαρρεῖν οἱ μὲν ἀνδρεῖοι οἱ δὲ δειλοί· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχει καὶ τὰ περὶ τὰς ὀργάς· οἱ μὲν γὰρ σώφρονες καὶ πρᾶοι γίνονται, οἱ δ' ἀκόλαστοι καὶ ὀργίλοι, οἱ μὲν ἐκ τοῦ οὑτωσὶ ἐν αὐτοῖς ἀναστρέφεσθαι, οἱ δὲ ἐκ τοῦ οὑτωσί· καὶ ἑνὶ δὴ λόγῳ ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν αἱ ἕξεις γίνονται· – *AL* Adhuc ex eisdem et per eadem et fit omnis virtus et corrumpitur. Similiter autem et ars; ex citharizare enim et boni et mali fiunt cithariste; proporcionaliter autem et edificatores et reliqui omnes; ex bene quidem edificare boni erunt edificatores, ex male autem mali. Si enim non sic haberet, nichil utique opus esset docente, set omnes utique fierent boni vel mali. Sic utique et in virtutibus habet. Operantes enim que in commutacionibus que sunt ad homines, efficimur hii quidem iusti, hii autem iniusti. Operantes autem que in periculis et assueti timere vel confidere, hii quidem fortes, hii autem timidi. Similiter autem et que circa concupiscencias habent et iras, hii quidem enim temperati et mites fiunt, hii autem intemperati et iracundi, hii quidem ex sic in eis conversari, hii autem ex sic et omnino et uno utique sermone ex similibus operacionibus habitus fiunt.

[1357] *Cic. leg. 1,58 (Keyes 362):* Vitiorum emendatricem legem esse oportet commendatricemque virtutum.

[1358] *Vgl. Arist. pol. 7,1, 1323b 40–1324a 2 (Rackham 538):* βίος μὲν ἄριστος, καὶ χωρὶς ἑκάστῳ καὶ κοινῇ ταῖς πόλεσιν, ὁ μετ' ἀρετῆς κεχορηγημένης ἐπὶ τοσοῦτον ὥστε μετέχειν τῶν κατ' ἀρετὴν πράξεων. *Streb. eth. 60r:* Bonam ducit remp[ublicam], in qua bene et beate vivitur, in qua neque virtus neque res deest.

In hoc Aristotelico argumento primum ponitur: eodem plane modo et artes et virtutes morales comparari. Quod illud omnino confirmat a me prius commemoratum, ita hic Aristotelem de moralibus virtutibus agere, ut virtutes mentis una complectatur. Quod, inquit, ex iisdem et per eadem gignitur et interit, non inest natura in nobis. Quae hic appellat *eadem*, genere conveniunt et materia sunt eadem sive (ut loquuntur) subiecto. Eadem quippe actio et recta et prava esse potest, et consuetudo vel usus tam bonus quam malus esse potest. Non itaque intelligit eadem esse specie aut numero, sed tantum genere.[1359] *Ex iisdem*, inquit, *et per eadem*.] Possunt hae particulae sic accipi, ut idem significent, quamvis Graeca scholia putent »ex iisdem« ad actiones referendum, »per eadem« vero ad usum frequentiam et consuetudinem.[1360] Virtutes ex iisdem et per eadem producuntur et intereunt, igitur a natura non inseruntur animis hominum. Minor ista propositio ex artibus confirmatur, quoniam et citharoedorum ars et fabrorum pulsando citharam et aedificando vel producuntur vel intereunt. Si enim ista re¦cte fiant, boni vel mali citharoedi et fabri evadunt. Nam si res aliter haberet, homines doceri non opus fuisset, cuncti enim vel boni vel pravi artifices nasceremur. Utque in artibus videmus fieri, ita de virtutibus moralibus usuvenit. Nec mirum videri debet, si eadem sint genere actiones et consuetudines, sive bonae sive | malae fuerint, quoniam haec est natura contrariorum, ut ad idem genus pertineant.[1361] Habitus enim contrarii sunt eiusdem generis, quin et albor et nigror, dulce, amarum atque consimilia.[1362] Ut autem Aristoteles usus fuerit quo ad artes quibusdam exemplis citharoedi et fabri, sic modo, quod dixerat, ostendit quo ad iustitiam, fortitudinem, temperantiam et

278 Z_2

306 Z_1

Actiones bonae et malae eaedem sunt genere.

[1359] *Zum Unterschied zwischen der Identität nach der Zahl, der Art und der Gattung vgl. Arist. top. 1,7, 103a 7–14 (Ross 8):* δόξειε δ' ἂν τὸ ταὐτὸν ὡς τύπῳ λαβεῖν τριχῇ διαιρεῖσθαι. ἢ γὰρ ἀριθμῷ μὲν ὧν ὀνόματα πλείω τὸ δὲ πρᾶγμα ἕν, οἷον λώπιον καὶ ἱμάτιον· εἴδει δὲ ὅσα πλείω ὄντα ἀδιάφορα κατὰ τὸ εἰδός ἐστι, καθάπερ ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ ἵππος ἵππῳ· τὰ γὰρ τοιαῦτα τῷ εἴδει λέγεται ταὐτὰ ὅσα ὑπὸ ταὐτὸ εἶδός ἐστιν· ὁμοίως δὲ καὶ γένει ταὐτὰ ὅσα ὑπὸ ταὐτὸ γένος ἐστίν, οἷον ἵππος ἀνθρώπῳ.

[1360] *Graec. schol. II (Heylbut 125,12–16):* ἐκ γὰρ τῶν αὐτῶν πως γινομένων καὶ γίνονται καὶ φθείρονται, τουτέστιν οὐ γίνονται οὐδὲ συνίστανται τὴν ἀρχήν· […] καὶ διὰ τῶν αὐτῶν, δηλονότι τῶν ποιῶν ἐνεργειῶν τῶν ἐξ ἐθῶν τὸ εὖ ἢ τὸ κακῶς ἐχουσῶν. *Graec. schol. transl. II (Mercken 199f.,62–66):* Ex eisdem enim aequaliter factis et fiunt et corrumpuntur, hoc est non fiunt neque constituuntur secundum principium. […] Et per eadem, videlicet per aliquales operationes ex moribus bene vel male habentes.

[1361] *Arist. met. 5,10, 1018a 25–28 (Jaeger 101):* ἐναντία λέγεται […] τὰ πλεῖστον διαφέροντα τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει.

[1362] *Vgl. Streb. eth. 60v:* […] actiones bonae et malae sunt generis eiusdem, ut virtus et vitium, sanitas et morbus, albor et nigror.

clementiam. Circa humana commertia cum homines exercentur, aut iusti aut iniusti fiunt, dumque in rebus periculosis, aut fortes aut timidi, circa cupiditates vel temperantes vel intemperantes, et denique circa iram, prout nos exercemus, aut clementes aut iracundi efficimur. De clementia vero, iracundia, temperantia, intemperantia, iustitia et iniustitia, postea suo loco dicemus.[1363] Iustitiae quoque in philosophia quaedam species ostendetur, quae circa humana commercia versatur.

Discrimen hoc loco considerandum nobis occurrit inter naturam et vim, a qua humanae proficiscuntur actiones. Natura enim semper eodem modo operatur, voluntas autem varia est et modo in hanc, modo in alteram partem flectitur.[1364] Pravis actionibus virtutes interire sic accipiendum est, quod nonnunquam, cum inessent, abolentur, interdum vero, ne oriantur, obstatur. Hoc in summa rebus, quae perperam aguntur, debemus, per illas et partae iam virtutes auferuntur, et impedimentum, ne oriantur, interponitur. Humanae actiones universae genere quidem congruunt, at specie differunt. Contrahuntur enim per differentias boni et mali, unde humanarum actionum alias bonas, alias malas dicemus. Bonum vero et malum humanorum actuum respectu quodam constat. Ut enim rationi consentiunt seu ab ea discrepant, vel bonae vel malae dicuntur. Ut virtutes igitur fiant, et praeceptione atque consuetudine opus habemus, at plus (ut audiemus) consuetudini ac usui quam praeceptionibus tribuitur. Syllogismus ita connecti potest:

Pravis actionibus virtus interit.

Analysis.

> Quaecunque per eadem et iisdem intereunt et producuntur, non insunt nobis natura.

Maiori huic propositioni haec additur confirmatio, quia natura semper eodem modo agit, ideo ex iisdem et per eadem contraria non efficit, ut sunt ortus et interitus. Lapis ita sua gravi natura deorsum ruit, ut sursum nunquam feratur, atque ignis ita prae levitate sibi nativa sursum impellitur, ut ad inferna inclinare nequeat. Altera propositio subiicitur:

Z. 1 commertia] commercia $\mathcal{Z}_2$

[1363] *Da der Kommentar Vermiglis mit dem zweiten Kapitel des dritten Buches der Nikomachischen Ethik endet, fehlt in ihm eine detaillierte Analyse der hier genannten Tugenden und Laster, welche Aristoteles in den Büchern 3–5 und 7 thematisiert.*

[1364] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 41 a. 2 co. (STO II 246):* Voluntas et natura secundum hoc differunt in causando, quia natura determinata est ad unum; sed voluntas non est determinata ad unum.

307 Z_1
279 Z_2

¦¦ At virtus iisdem atque per eadem nascitur ac perit.
Proinde natura non provenit.[1365]

Minor ab artium similitudine confirmatur et inductione cum architecturae tum musicae. Colligit denique omnes habitus ex consimilibus actionibus haberi. Et propterea infert, quae sequuntur.

Quapropter certae quaedam actiones edendae sunt, quandoquidem habitus earum differentias consequuntur. Non itaque parvi refert, sed permultum, imo potius in eo totum situm est, an hoc an illo modo consuescamus. [188*] 1103b 22–25

Monet ob ea, quae iam confecta sunt, ut non agatur fortuito, sed certae quaedam edantur actiones et quisque id, quod agit, apud seipsum diligenter expendat. Non enim actio humana res levis est, sed tanti profecto momenti, ut ex illius conditione suam naturam habitus adipiscantur. Magnamque iubet attentionem et diligentiam adhiberi, cum inde magna vis, imo fere tota colligatur, ad habitus, quales quis voluerit, sibi vendicandos. Cum iam haec pars conclusa sit, statuamus Aristotelem, cum inficiatur virtutes in nobis a natura inesse, haud propterea docere violenter ingenerari, cum dixerit praeter naturam virtutes non esse; at id tantum ostendere voluit, nos cum illis non nasci, sed industria ac frequenti usu bonarum actionum erumpere. Datur quidem nobis a natura facultas animi, voluntas inquam, unde possimus agere, at virtutes ex ipsa natura non oriuntur. Quia, ut superius iam positum est,[1366] longe diversa est naturae ac voluntatis ratio agendi: illa semper eodem modo, voluntas autem non item agit. Neque fieri posset, quin virtutes omnibus communes essent, si a natura prodirent. Virtus est (ut dicitur) ex actionibus, actiones ex voluntate, voluntas autem a natura est data; sed non quia voluntas a natura est, ideo virtus ex natura erit, quando naturae ac voluntatis (ut dictum est) non est par agendi ratio. Non tamen putandum actiones totam integramque cau-

Virtus quomodo non sit ex natura sed ex actione.

[188*] *AG* διὸ δεῖ τὰς ἐνεργείας ποιὰς ἀποδιδόναι· κατὰ γὰρ τὰς τούτων διαφορὰς ἀκολουθοῦσιν αἱ ἕξεις· οὐ μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθὺς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν· – *AL* Propter quod oportet operaciones quales reddere. Secundum harum enim differencias secuntur habitus. Non parum igitur differt sic vel sic ex iuvene confestim assuesci, set multum, magis autem omne.

[1365] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Ferio.
[1366] *Vgl. oben S. 432.*

Actiones non sunt integra causa virtutum.

sam esse virtutum, alioqui effectus dignitate causam vinceret.[1367] Quis enim non intelligat habitum firmum atque constantem esse, actionem vero praesertim quae ante habitum editur, | incertam, dubiam et infirmam? Sed plena causa virtutis est voluntas, imo et Deus et actio, quibus etiam ratio addenda est, cui oportet, ut rectae actiones consentiant. Cumulus itaque iis omnibus ex cau¦sis collectus plenam perfectamque comprehendit bonorum habituum efficientem causam. 308 Z_1 280 Z_2 (~~278~~)

Virtutis moralis et scientiae discrimen.

Cognoscimus etiam hinc discrimen inter virtutem moralem atque scientiam, quod scientia interdum una inspectione unoque cognoscendi actu acquiritur, ut in mathematicis videmus. Ut enim quis viderit, quomodo triangularis figura ducatur, ἀπόδειξιν habet et eius rei scientiam est consecutus. At virtutem moralem quis non adipiscitur, nisi frequentes actus prius intercesserint. Actiones praeterea, quae habitum producunt, quandoquidem sint oportet in eodem subiecto, in quo et virtutes sunt sitae, ideo sciendum virtutes ab interioribus non ab externis actionibus gigni. Sunt autem externae actiones indicia voluntatis bonae aut pravae, atque interdum habituum bonorum aut malorum, non autem sunt causae. An vero per actiones externas habitus vel in corpore vel in membris acquirantur, quaestio est. Quidam id affirmarunt. Sed prudentiores philosophi arbitrantur id, quod acquiritur in corpore aut membris scribendo, luctando, certando, potius esse qualitates passibiles, ut caliditas, siccitas et huiusmodi, quam habitus.

An per actiones externas habitus acquiratur.

Quomodo haec cum sacris literis consentiant.

Quae hucusque ab Aristotele sunt allata, prius oportet ad sacrarum literarum examen revocare, quam ad alterum caput interpretandum accedamus. Quod primum dicitur virtutem mentis acquiri doctrina et experientiis, in universum non est suscipiendum. Permulti enim fuerunt apostoli, prophetae atque alii viri boni, qui sapientes ac docti afflatu Spiritus statim evaserunt. Neque illud recipimus, virtutem moralem usu atque consuetudine acquiri. Deus hic praeteritur, qui est potissima et praecipua omnium virtutum causa, et scribitur: »Neminem posse castum cor habere, nisi Dominus dederit«[1368] aitque Paulus: »Quid habes, quod non accepisti? Atque si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?«[1369] Deus enim causa est impellens ad honeste agendum[1370] idemque largitur, ut perseverantia probi sunt evasuri,

[1367] *Vgl. Thom. Aqu. phys. 2,6,11 (STO IV 72):* Causis debent proportionaliter respondere effectus.

[1368] *Vgl. Spr 20,9* Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum a peccato?

[1369] *1Kor 4,7.*

[1370] *Vgl. Phil 2,13* Deus est enim, qui operatur in vobis et velle et perficere pro bona voluntate.

iustis actionibus insistant. An vero natura virtutes insint hominibus, dubitatum est. Sed si de homine loquamur, ut a Deo creatus est (quandoquidem omnia, quae ille fecit, maxime bona erant), dubitari non
309 Z_1 potest, quin et virtutibus instructus | creatus fuerit. Ut enim coelum absque suis ornamentis non mansit et terra herbis statim fuit cooperta, ita homo, cum creatus est, virtutibus se decentibus non caruit. Caeterum de natura vitiata et corrupta vera sunt, quae dicuntur usitato cursu et ratione consueta.[1371] Sed hanc naturae nostrae corruptionem Aristoteles videre non potuit, ut qui fide ac lumine divinarum literarum fuerit destitutus. Praeterea naturam nostram, uti nunc est, aptam
281 Z_2 esse, idoneam et capacem seu propensam ad virtutes recipien¦das est verum, si loquamur de his civilibus atque moralibus, quamvis non omnes eodem modo se ad eas habent, sed varie pro temperamento corporis, educatione ac ingenio. De veris autem virtutibus, ut est fides, spes, charitas atque consimiles, dicendum est naturae nostrae utut corruptae non repugnare, quin talibus ornetur charismatis, modo ipse Deus dignetur afflare. Sed hoc illi repugnat, ut suis viribus ac per sese illas acquirat. Deinde nos prius habere actiones quam virtutes adipiscamur in universum non est verum, cum propter primum hominem tum propter illos, quibus Deus a sua conversione statim virtutes infundit.[1372] Non dubitamus civilium legumlatorum hanc esse voluntatem, consilium atque propositum, quod Aristoteles commemorat. Sed lex Dei habet alias quasdam fines, ut peccatum nempe ostendat, iram operetur et ad Christum adducat.[1373] Ex hac legum dispositione ac legislatorum proposito respublicas inquit a se invicem differre ac bonas malasque internosci. Quod sane ita verum est, ut Deus de suis legibus dixerit fore, ut, si Iudaei eas servassent, omnes aliae nationes ipsorum

Z. 10 aptam] aptatam Z_2

[1371] *Vgl. Verm. Gen. 38r:* Si enim attendamus naturam, ut a Deo fuit instituta, dubium est nemini illi fuisse ingenitas omnes virtutes, cum ipse ad imaginem suam hominem fecerit, verum post lapsum tales redditi sumus, ut a virtutibus plurimum simus alieni nedum sint nobis naturales, dico potissimum de legitimis et veris.

[1372] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia-IIae q. 51 a. 4 co. (STO II 420):* Deus potest producere effectus causarum secundarum absque ipsis causis secundis […]; ita etiam quandoque, ad ostendendam suam virtutem, infundit homini illos etiam habitus qui naturali virtute possunt causari.

[1373] *In der Nachfolge Melanchthons unterschied auch Calvin zwischen verschiedenen* officia *des Gesetzes, nämlich dem* usus theologicus, *dem* usus civilis *und dem* usus in renatis. *Vgl. Mel. loc. 1533 (PMO XXI 405f.); Calv. inst. 2,6–12 (COS III 332–338) – TRE XIII 84f.*

rempublicam sint ut beatam atque felicissimam admiraturae.[1374] An vero ex iisdem et per eadem virtutes intereant et gignantur, civiliter est verum, sed non in universum. Adamus enim virtutes accepit a Deo statim datas, corrupit autem pravo fastu, quare non ex iisdem et per eadem fiunt, et pereunt. Idemque de iis est dicendum, qui eas a Deo statim habent et impetrant. »Iusta faciendo iusti efficimur.«[1375] Sed hoc non nisi de iustitia civili dabitur et inhaerente, at de iustitia, qua iustificamur, longe aliter sentiendum est.[1376] Atque de fortitudine haud semper verum est illos, qui dum in periculis versantur et assueverunt non timere, illam adipisci. Nam multis repente datum est, ut martyres fuerint constantissimi, qui antea sic molles fuerant, ut ne tantillum quidem perferre voluissent. Quare non recipimus in universum habitus ex | consimilibus fieri. Salutaris vero est admonitio, ut certae reddantur 310 Z_1
actiones non tantum civiliter cuique videndum est, ut ad rationis praescriptum agat, sed pie ac religiose quemlibet certum esse oportet suas actiones et instituta Deo placere. Neque inficiamur educationem tam multum ad virtutes acquirendas conducere. Dicit enim Solomon adolescentem iuxta viam suam, etiam cum senuerit, profecturum.[1377] Et Paulus ad Eph[esios] et Coloss[enses] tam multa mandat parentibus quae ad illorum institutionem spectant.[1378] Non tamen (ut dicit Aristoteles) omnia illi tribuenda, quoniam, ut docuimus, aliae quoque causae interveniunt ad virtutum productionem.

[1374] *Dtn 4,6* Haec est enim vestra sapientia et intellectus coram populis, ut audientes universa praecepta haec dicant: En populus sapiens et intellegens, gens magna.

[1375] *Arist. eth. Nic. 2,1, 1103a 34–1103b 1 (Bywater 24).*

[1376] *Die* iustitia inhaerens *unterscheidet sich deutlich von der den Sünder rechtfertigenden* iustitia imputata. *Die innewohnende Gerechtigkeit charakterisiert sich als ein erworbener Habitus, der im Wiedergeborenen durch die Wiederholung guter Taten wächst. Da die* iustitia inhaerens *die aus Gnade erfolgende* regeneratio *voraussetzt, unterscheidet sie sich von jeglichen anderen erworbenen Habitus (bürgerlichen Tugenden). Vgl. Verm. Cor. 357r-v:* Exponitur deinde, quod iustitiam duplicem habere dicamur: unam, inquam, a Deo nobis imputatam, quae revera iustificamur, et eam ex operibus […] minime obtinemus, verum fide apprehendimus. Altera vero iustitia est, quae nobis inhaeret constatque fide, spe, charitate omnibusque bonis operibus, […] quae nihil aliud est, quam studio tam vehementi quam posssumus divinis mandatis obsequi.

[1377] *Spr 22,6* Adulescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.

[1378] *Eph 6,4* Patres, […] educate illos [liberos vestros] in disciplina et correptione Domini. *Kol 3,21* Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant.

282 Z_2 ¦ Caput II

‹II,2› *Quoniam haec tractatio, non quemadmodum aliae, contemplandi causa instituta est (non enim quo intelligamus, quid sit virtus, haec perscrutamur, sed ut efficiamur boni, alioqui eius nulla esset utilitas), necesse est de actionibus videre, quo nam pacto sint exercendae. Nam principes causae sunt, unde habitus certi cuiusdam generis prodeunt, quemadmodum iam diximus.* [189*] 1103b 26–31

Ad ea, quae dicta sunt, haec, quae modo scribuntur, quam aptissime quadrant. Ex actionibus definiverat habitus nasci, propterea, ut de ipsis videatur, consentaneum est. Tria vero praecipua sunt, quae isto cap[ite] sunt comprehensa. Primo quippe loco proponitur, de qua re sit modo agendum, et forma doctrinae monstratur, quae ad haec tradenda sit idonea. Secundo, quia de actionibus est disputandum, quales hae debeant esse, dicitur. Postremo denique nonnihil inducitur de illis actionibus, quae partos iam habitus consequuntur. Partitio secundi capitis.

Propositio itaque loci huius est: oportere iam de actionibus disputare. Duabus rationibus confirmatur. Prima, quia haec scientia non est ad notitiam ordinata, sed ad ipsos actus perpetuo spectat. Non enim ut sciamus, haec discimus, verum ut boni efficiamur. Unde, cum ista facultas eum scopum habeat, circa ipsas actiones par est, ut maxime versetur. Quare sciendum contemplantium facultatum finem esse | notitiam, sed practicarum actionem. Comprehendunt quidem ipsae quoque notitiam, sed ipsa non est praecipuus finis. Altera vero ratio, qua confirmatur inducta propositio, est: id maxime in ea scientia, quae de felicitate ac virtutibus agit, considerandum esse, quod ipsos habitus ad certum genus contrahit et eos producit. Neque dubium est cuiquam actiones huiusmodi esse, quare de illis est tractandum. Syllogismi horum argumentorum ita connecti possunt: Analysis primae partis.

311 Z_1 (~~310~~)

In ea scientia, quae notitia non est contenta, sed eo spectat, ut boni efficiamur, de actionibus potissimum agitur.

Z. 10 *Marg.* capitis] partis $\mathcal{Z}_l$ 15 *Marg.* partis] capitis $\mathcal{Z}_l$

[189*] *AG* Ἐπεὶ οὖν ἡ παροῦσα πραγματεία οὐ θεωρίας ἕνεκά ἐστιν ὥσπερ αἱ ἄλλαι (οὐ γὰρ ἵνα εἰδῶμεν τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ σκεπτόμεθα, ἀλλ' ἵν' ἀγαθοὶ γενώμεθα, ἐπεὶ οὐδὲν ἂν ἦν ὄφελος αὐτῆς), ἀναγκαῖον ἐπισκέψασθαι τὰ περὶ τὰς πράξεις, πῶς πρακτέον αὐτάς· αὗται γάρ εἰσι κύριαι καὶ τοῦ ποιὰς γενέσθαι τὰς ἕξεις, καθάπερ εἰρήκαμεν· – *AL* Quoniam igitur presens negocium non contemplacionis gracia est quemadmodum alia, non enim ut sciamus quid est virtus scrutamur, set ut boni efficiamur, quia nullum utique esset proficuum eius, necessarium est scrutari ea que circa operaciones qualiter operandum est eas; hee enim sunt domine, et huius quales fieri habitus quemadmodum diximus.

Huiusmodi est ethica scientia.
¦ Quamobrem de actionibus tractat.[1379] 283 Z_2

An notitia virtutum sit sua natura expetenda.

Maior propositio est evidens, quia non efficimur boni nisi actionibus, et quaelibet facultas circa suam finem praesertim versatur. Minor declaratur, quoniam scientiae alioqui nulla est utilitas. Sed hoc dubium nonnihil videtur, quandoquidem notitia quarumvis rerum sua natura expetenda est. Unde, licet quis uti nolit, non videretur sua utilitate carere virtutum notitia. Respondetur: esse quidem notitiam illam, qua iustum ab iniusto et honestum a turpi discernitur, pulchram et iucunditate afficere suopte ingenio. Sed tamen, cum agendum non instituitur, propria caret utilitate. Non enim hic agitur de communi dignitate notitiae, qua communicant inter se universae scientiae, sed de propria nunc loquimur huius facultatis utilitate. Alter syllogismus est:

Ea potissimum tractanda in Ethicis, quae causae sint virtutum.
Actiones autem causas esse virtutum non dubitamus.
Propterea de illis agendum.[1380]

Maior liquet, quod omnis scientia causis innitatur. Minor est iam in primo capite declarata. Hae sunt duae rationes, quare prior causae finali innititur, altera vero efficienti.

1103b 31–32 *Rationi rectae convenienter agere commune sit ac ponatur.* [190*]

Quiddam accipit ut commune humanis actionibus; non quidem omnibus, verum his tantum, a quibus virtutes producuntur. Multae alioqui sunt hominum actiones, quae a recta ratione dissentiunt, sed ad ea sermo est contrahendus, de quibus modo proposita est disputatio.

1103b 32–34 *Dicetur autem postea de ipsa et quid sit recta ratio et quo pacto se ad alias virtutes habeat.* [191*]

[190*] *AG* τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν κοινὸν καὶ ὑποκείσθω – *AL* Secundum rectam quidem ergo racionem operari commune et supponatur.

[191*] *AG* ῥηθήσεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ, καὶ τί ἐστιν ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετάς· – *AL* Dicetur autem posterius de hoc, et quid est racio recta et qualiter habet ad alias virtutes.

[1379] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

[1380] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Barbara.

312 Z_1 | Ne quis expectet, ut modo agat de ratione vel eius rectitudine, ista in aliud tempus dicenda reiicit. Nam in sexto tractabuntur, cum de ipsa prudentia disputatio instituetur. Ibique luculenter tradetur, quid recta ratio sit, et prudentiam, quae maxime ad eam spectat, scribet caeterarum virtutum esse condimentum et illarum sal quam maxime necessarium.[1381]

284 Z_2 *Id autem in confesso habeatur, rationem omnem ¦ de agendis forma quadam pinguiori, non exquisite tractandam, uti iam inde ab initio diximus. Quoniam pro materia subiecta petendae sunt rationes. Sed actiones humanae quaeque ad vitam utilia sunt, nil firmi atque constantis habent ceu salubria. Cumque ratio sit huiusmodi, quae circa genera versatur, quae circa singula versatur, magis adhuc exquisita ratione caret. Siquidem neque sub artem neque sub praeceptionem ullam cadit.* [192*] 1103b 34–1104a 8

Forma doctrinae de actionibus.

Cum de actionibus hominum dicendum sit, qua forma doctrinae uti oporteat, exponit, ne quis accuratam et subtilem expectet neve, si crassiorem audiverit, indignetur. Dicit itaque semper docendi rationem accommodatam esse debere materiae, quae tum prae manibus fuerit. Actiones autem humanas inconstantes esse, ut quae per tempora, loca, aetates personarumque conditiones, vicissitudines multas subeunt. Quemadmodum in rebus salubribus usuvenit.[1382] Non enim eadem omnibus conducunt neque semper ad cunctos morbos eadem pharmaca victusque ratio sunt congrua. Et ad vitam utilia variantur, bellum, pax, conventiones, perceptio aut repudiatio voluptatum.[1383] Ista

[192*] *AG* ἐκεῖνο δὲ προδιομολογείσθω, ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι, ὥσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν ὅτι κατὰ τὴν ὕλην οἱ λόγοι ἀπαιτητέοι· τὰ δ' ἐν ταῖς πράξεσι καὶ τὰ συμφέροντα οὐδὲν ἑστηκὸς ἔχει, ὥσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινά· τοιούτου δ' ὄντος τοῦ καθόλου λόγου, ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος οὐκ ἔχει τἀκριβές· οὔτε γὰρ ὑπὸ τέχνην οὔθ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν πίπτει· – *AL* Illud autem preconfessum sit, quoniam omnis qui de operabilibus est sermo, typo et non secundum certitudinem debet dici, quemadmodum et in principio diximus. Quoniam sermones secundum materiam sunt expetendi; que autem in operacionibus et que conferencia, nichil stans habet, quemadmodum neque sana. Tali autem existente universali sermone, adhuc magis qui de singulis est sermo, non habet certitudinem. Neque enim sub arte neque sub enarracione aliqua cadit.

[1381] *Vgl. Arist. eth. Nic. 6,12f., 1143b 18–1145a 11 (Bywater 126–130).*

[1382] *Vgl. Streb. eth. 63v:* Variantur ergo actiones et quae ad humanam vitam pertinent, personis, aetatibus, conditionibus, fortunis, locis, temporibus, negociis […]. Sic ratio victus atque medicamentorum varia est, aliud alii salubre est.

[1383] *Vgl. Streb. eth. 63v:* Nec bellum semper utile nec conventio, nec semper mala voluptas.

omnia interdum conveniunt, interdum vero sunt damnosa. Ista eadem Aristoteles 1. lib[ro] commemoravit.[1384] Nunc autem causa est, cur repetat, quod hic novum quodammodo rerum dicendarum principium faciat. Syllogismus ita componetur:

Quaecunque facultas circa materiam inconstantem ac mutabilem versatur, firmis et exquisitis rationibus uti non potest.
| Ethica scientia eius generis materiam habet. 313 Z_1
Propterea accuratis et subtilibus rationibus non utitur.[1385]

Inconstantia actionum humanarum.

Maior propositio ex eo fidem habet, quod rationes ad materiam non minus accommodari debeant quam calcei ad pedes vel ad corpus vestes. Minor idcirco probatur, quia ex circumstantiis variis actiones humanae immutantur. Quod et simili confirmatur salubrium rerum et utilium. Nam inter sese plurimum congruunt ethica facultas et medica gubernatrix.

Quod vero interponitur de generali doctrina et singulari, eo spectat, ne quis putet inconstantiam hanc ex methodo Aristotelica evenire, quasi posset evitari, si non ita voluisset a generalibus auspicari. Per occupationem ad ¦ hoc respondet: esse quidem in ratione naturali Ethicorum hanc materiae inconstantiam, sed longe maiorem adhuc positam in singulis, quandoquidem illa sic varia sunt et incerta, ut neque arte neque praeceptione ulla comprehendi queant. Cur autem id hoc pacto se habeat, duae rationes videntur posse adduci. Prima est, quod infinita sint numero atque ideo non valeant animo percipi. Altera, quod exigua et prae sua tenuitate et inconstantia fugiant mentis comprehensionem.[1386] Genera dividi possunt in species, composita in partes; verum haec singula et propter numerorum exiguitatem et inconstantiam non ita solvi possunt et distingui.[1387] 285 Z_2

Quare tanta inconstantia in singulis.

Z. 4 ita componetur] componetur $\mathcal{Z}_2$

[1384] *Arist. eth. Nic. 1,3, 1094b 14–19 (Bywater 2f.); vgl. oben S. 104–110.*
[1385] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.
[1386] *Vgl. Streb. eth. 64r:* Singulae res tum propter multitudinem tum propter exiguitatem non rediguntur in artem.
[1387] *Vgl. Streb. eth. 64r:* In ea [arte] genera partiuntur in species, composita in partes, formae in particulas. Neutrum istorum fieri potest in singulis.

Qui res gerunt, semper oportet occasionem spectare, ut in medica facultate atque gubernatrice usu venit. Verum licet haec ratio ita se habeat, attamen elaborandum est, ut adiumentum afferamus. [193*] 1104a 8–11

Inconstantia huius facultatis.

Probat adhuc alia ratione materiae huius facultatis inconstantiam, quoniam, qui res gerunt, ad occasiones oportet esse attentos. Qui respub[licam] administrant, occasiones ferendarum legum captant, puniendorum scelerum, muniendi arces, delectum habendi pacis et belli, et denique, si sapiant, nihil agunt in repub[lica] sine observata diligenter opportunitate temporis. Ut rusticus tempore certo serit, certa parte anni metit, alia vero arat. Esto syllogismus huius formae: quaecunque facultas pendet ab occasionibus, varia ea est et firmitatem subiecti non habet; scientia ethica pendet ab occasionibus, quoniam qui res agunt, opportunitatem agendi captare debent; ergo scientia ethica varia est et
314 Z_1 subiecti firmitatem non habet.[1388] | Id iubebat Pittacus inter Graecos iudicatus multo sapientissimus, ut in omnibus occasio bene perpenderetur.[1389] Atque Hippocrates occasionem aiebat praecipitem esse, ideoque diligentissime captandam.[1390] Non tamen hac de causa inquit Aristoteles desperandum aut ab incoepto desistendum, sed potius industria et labore adhibito est inconstantiae atque varietati subiecti succurrendum.

Primum itaque attendendum, quae sunt huius generis, ea natura esse, ut et ab excessu et a defectu perdantur, uti videmus fieri de robore et sanitate. Oportet enim ad obscura quam manifestissimis probationibus uti. Exercitia enim vel
286 Z_2 *contentiora vel remis¦siora debilitant vires. Poculenta itidem et esculenta, si maiora vel minora fuerint, sanitatem vitiant. Moderata vero illam producunt, augent et servant. Ita de temperantia, fortitudine aliisque virtutibus est.* [194*] 1104a 11–19

Actiones debere moderatas esse.

Hic iam huius capitis secundam partem aggreditur et naturam illarum actionum ostendit, a quibus virtutes producantur. Propositio est: illas

Z. 12–13 quoniam ... debent] *in Klammern* Z_2 13–14 -tunitatem ... habet] *om.* Z_1

[193*] *AG* δεῖ δ' αὐτοὺς ἀεὶ τοὺς πράττοντας τὰ πρὸς τὸν καιρὸν σκοπεῖν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς ἰατρικῆς ἔχει καὶ τῆς κυβερνητικῆς· ἀλλὰ καίπερ ὄντος τοιούτου τοῦ παρόντος λόγου πειρατέον βοηθεῖν· – *AL* Oportet autem ipsos semper operantes ea que ad tempus intendere, quemadmodum et in medicinali habet et in gubernativa. Set quamvis existente tali presente sermone, temptandum auxiliari.

[1388] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.
[1389] *Vgl. Diog. Laert. vit. 1,79 (Hicks I 80):* καιρὸν γνῶθι.
[1390] *Hipp. aphor. 1 (Jones 98):* ὁ δὲ καιρὸς ὀξύς.

temperatas ac moderatas esse debere. Illam autem propositionem volens confirmare praefatur manifestis utendum probationibus, quod sane rationi doctrinae admodum consentaneum est, qua semper a notis ad ignota progredimur.[1391] Quae vero haec nota sint, demonstrat, nempe exercitia et cibos. Si modum excesserint aut deficiant, nocent; moderata vero iuvant atque conservant. Syllogismus est:

Quaecunque defectu aut excessu corrumpuntur et intereunt, mediocritate servantur.
Ita sunt actiones et habitus.
Quare mediocritate servantur.[1392]

Medicinae et ethicae convenientia.

Maior propositio demonstratur cibis et exercitiis, minor temperantia et fortitudine. In his vero collationibus id observandum, medicam facultatem et ethicen plurimum convenire. Quandoquidem, quod est corpori sanitas, est animo felicitas; quod in corporibus est robur et vires, in animo ipso sunt virtutes. De notioribus agit, cibis | inquam exercitiisque nec non de sanitate ac robore. Sunt haec magis cognita, quandoquidem in sensum incurrunt.[1393] Alia vero, quae ad animum pertinent, non ita cognoscuntur ab omnibus. Unde longe plures invenias, qui morbos corporis exponere ac referre possent de illis interrogati, quam qui aegritudines animi vel intelligant vel queant exprimere. Quare Plato verissime dixit sapientiam, si conspicua esset et ab omnibus cognosceretur, facile posse admirandos amores hominum erga se concitare; at quia non videtur, ideo erga illam homines obstupescunt, 315 Z_1

Z. 3 qua] quia Z_2 10 mediocritate] modiocritate Z_1 23 concitare] conciliare Z_2

194* *AG* πρῶτον οὖν τοῦτο θεωρητέον, ὅτι τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὑπ' ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι, (δεῖ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἀφανῶν τοῖς φανεροῖς μαρτυρίοις χρῆσθαι) ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος καὶ τῆς ὑγιείας ὁρῶμεν· τά τε γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια καὶ τὰ ἐλλείποντα φθείρει τὴν ἰσχύν, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ποτὰ καὶ τὰ σιτία πλείω καὶ ἐλάττω γινόμενα φθείρει τὴν ὑγίειαν, τὰ δὲ σύμμετρα καὶ ποιεῖ καὶ αὔξει καὶ σῴζει· οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας ἔχει καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν· – *AL* Primum igitur hoc speculandum quoniam talia innata sunt ab indigencia et superhabundancia corrumpi. Oportet enim de immanifestis manifestis signis et testimoniis uti; quemadmodum in fortitudine et sanitate videmus. Superhabundancia enim gignasia et deficiencia corrumpunt fortitudinem. Similiter autem et potus et cibi, amplius et minus effecti, corrumpunt sanitatem. Que autem commensurata sunt, faciunt et augent et salvant. Ita igitur et in temperancia et fortitudine habet et aliis virtutibus.

1391 *Vgl. Arist. phys. 1,1, 184a 16–18 (Ross ibid.).*

1392 *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

1393 *Vgl. Arist. an. post. 1,2, 72a 1–3 (Ross ibid.):* λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς μὲν πρότερα καὶ γνωριμώτερα τὰ ἐγγύτερον τῆς αἰσθήσεως.

quidvis potius aliud quam ipsam curando.[1394] Mitto Aristotelis exempla de cibis et exercitiis valere obiter ad frugalitatem commendandam et reprehendendam ignaviam.

Nam qui fugit atque timet omnia et nihil perfert, timidus efficitur. Quique nihil omnino metuit, sed adit omnia, fit audax. Similiter qui fruitur qualibet 287 Z_2 *volupta¦te nullamque non admittit, intemperans. Qui omnes fugit ut agrestes, fit stupidus ac sensus expers. Etenim ceu temperantia, sic fortitudo a mediocritate servatur; excessu vero ac defectu perit.*[195*] 1104a 20–27

Minorem propositionem iam adductam confirmat. Ea erat: fortitudinem, temperantiam caeterasque virtutes excessu defectuque perire. Probatio inde sumitur: ex consuetudine usuque timendi homines fieri timidos; et dum frequenter adeunt pericula, fieri audaces; dumque omnibus absque delectu fruuntur voluptatibus, evadunt intemperantes; et cum omnes refugiunt, agrestes et stupidi fiunt. Ergo, si mediocritas conservetur in actionibus, virtus erit salva. His adversari a nonnullis creditur, quod non exercitio timor audaciaque comparantur, sed natura videntur inesse, ut cum sanguis friget. Et in quibusdam animalibus id experientia quam manifestissime docet, nam timidissimos cuniculos, damas et lepores videas.[1395] In hominibus etiam propensiones quasdam naturales ad hos affectus quisque potest vel in seipso experiri et sentire,

Virtutes excessu defectuque perire.

Timor et audacia an exercitio comparentur.

[195*] *AG* ὅ τε γὰρ πάντα φεύγων καὶ φοβούμενος καὶ μηδὲν ὑπομένων δειλὸς γίνεται, ὅ τε μηδὲν ὅλως φοβούμενος ἀλλὰ πρὸς πάντα βαδίζων θρασύς· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ μὲν πάσης ἡδονῆς ἀπολαύων καὶ μηδεμιᾶς ἀπεχόμενος ἀκόλαστος, ὁ δὲ πᾶσαν φεύγων, ὥσπερ οἱ ἄγροικοι, ἀναίσθητός τις· φθείρεται δὴ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως, ὑπὸ δὲ τῆς μεσότητος σῴζεται· – *AL* Qui enim omnia timet et fugit et nichil sustinet, timidus efficitur. Et qui nichil omnino timet, set ad omnia vadit, audax. Similiter autem et qui omni voluptate potitur et neque ab una recedit, intemperatus est. Qui autem omnes fugit quemadmodum agrestes, insensibilis. Corrumpitur enim temperancia et fortitudo, a superhabundancia et defectu, a medietate autem salvatur.

[1394] *Plat. Phaedr. 250d–251a (Burnet II ibid.):* ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος ἔρχεται αἰσθήσεων, ᾗ φρόνησις οὐχ ὁρᾶται – δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας, εἴ τι τοιοῦτον ἑαυτῆς ἐναργὲς εἴδωλον παρείχετο εἰς ὄψιν ἰόν – καὶ τἆλλα ὅσα ἐραστά· νῦν δὲ κάλλος μόνον ταύτην ἔσχε μοῖραν, ὥστ' ἐκφανέστατον εἶναι καὶ ἐρασμιώτατον· ὁ μὲν οὖν μὴ νεοτελὴς ἢ διεφθαρμένος οὐκ ὀξέως ἐνθένδε ἐκεῖσε φέρεται πρὸς αὐτὸ τὸ κάλλος, θεώμενος αὐτοῦ τὴν τῇδε ἐπωνυμίαν, ὥστ' οὐ σέβεται προσορῶν, ἀλλ' ἡδονῇ παραδοὺς τετράποδος νόμον βαίνειν ἐπιχειρεῖ καὶ παιδοσπορεῖν, καὶ ὕβρει προσομιλῶν οὐ δέδοικεν οὐδ' αἰσχύνεται παρὰ φύσιν ἡδονὴν διώκων. *Vgl. Cic. off. 1,15 (Miller 16); Streb. eth. 62v.*

[1395] *Vgl. Streb. eth. 64v:* Quid ait: homo timidus efficitur? Estne timor naturalis? Est quidem certe ut in lepore, cuniculo, dama, cervo, muliere, viro debili et frigido.

quas utique propensiones cum ad corporis temperaturam, tum ad coelum, tum verissime ad ipsum Deum referre possunt.[1396] Haec ut non negamus, ita statuimus usu ac | educatione aut omnino vinci, aut saltem posse mitigari. Nonne Amazones mulieres erant ob sexus infirmitatem natura imbelles? At exercitatione (si poetis aut historicis credamus) redditae sunt bellicosissimae. Graeci vicissim, dum res eorum floruerunt et penes illos fuit imperium, fortes erant atque in armis strenui. Verum ubi Romani sunt rerum potiti, armis positis redditi sunt effoeminati et ignavi. Illos praeterea spectemus, qui sunt in aliquarum ditionum limitibus. Ii quoniam perpetuo cum hostibus dimicandum est, caeteris, qui habitant in interioribus atque ob id tutioribus partibus, et fortiores et ad bellum maxime instructi evadunt.[1397] Ostendunt haec omnia exercitatione inclinationes natura superari aut saltem, quemadmodum est dictum, leniri. 316 Z_1

Eodem inquit modo res habet quo ad voluptates. Qui nullam non admittit, efficitur intemperans, et qui omnem fugit, evadit agrestis ac stupidus. Accipienda sunt non de quovis genere voluptatis, verum de illis tantum, quae sunt crassiores et ad sensus externos pertinent. Nam quae sunt animi, non efficiunt intemperantem. Temperantiam ac fortitudinem perire tam excessu quam defectu, bifariam debet accipi. Nempe duobus iis extremis, cum habetur, facile corrumpi et quando non habetur, impediri, ne acqui¦ratur. Similiter conservari mediocritate dicitur, quoniam etsi habita prius fuerit, retinebitur et cum abfuerit, acquiri poterit. 288 Z_2

1104a 27–1104b 3 *Sed non solum ortus atque accessiones et interitus ex iisdem et ab iisdem fiunt, sed actiones in iisdem erunt. Sic enim in aliis, quae magis aperta sunt, res habet, quemadmodum in ipso robore. Accedit enim, cum cibus fuerit copiosus et multi perferuntur labores, quique fuerit fortis, haec maxime potest facere. Ita sunt et virtutes. Efficimur enim temperati, dum a voluptatibus abstinemus; et cum temperati fuerimus, ab illis maxime possumus abstinere. Neque secus*

Z. 8 ubi] cum Z_2

[1396] *Vgl. Streb. eth. 63r:* Quis ignorat alios ad virtutem propensiores esse? […] Hoc medici referunt ad temperamentum corporis, astrologi ad motum et conversiones astrorum, theologi ad divinam providentiam.

[1397] *Vgl. Streb. eth. 64v:* Sed educatio plurimum valet. Amazones bella gerebant ut viri. […] Graeci, quo tempore tenebant imperium, fortes erant; quum Romani vicissent eos et arma detraxissent, imbelles mollesque factis. In locis finitimis, qui a pueris arma ferre et hostem ferire assueverunt, pugnant interriti; Mediterranei, si hostis adventat, pavore franguntur.

est de fortitudine. Dum enim assuescimus terribilia despicere ac ea perferre,
317 Z_1 *for|tes evadimus; fortes autem iam effecti, maxime valemus terribilia perferre.* [196*]

Tertiam hic ingredimur capitis huius partem, qua nonnulla de iis actionibus dicuntur, quas virtutes iam partae in lucem edunt. Actiones, inquit, ex quibus virtutes gignuntur, cum illis eaedem sunt, quae postea ex virtutibus oriuntur. Confirmatque sententiam suam adducto simili a corporis viribus. Quod est a notioribus ea, quae minus sunt nota, constabilire. Ut enim ex cibo et exercitiis contrahitur robur corporis, et qui iam robusti evaserunt, copiosiori cibo uti possunt et exercitia graviora queunt subire, ita ex abstinentia voluptatum oritur temperantia, et qui temperatus est, maxime abstinet. Et perferre labores et difficiles casus aggredi frequenter, fortitudinem parit. Quique fortis evasit, et frequentius et facilius dura perfert. Ista planissima sunt, nam ex habitu facilius agitur, cum per ipsum naturae vires et facultates perficiantur et saepius ab eodem operamur, quoniam inclinat et adducit nos ad agendum. Unde Aristoteles in lib[ro] 3. De anima, 18. textu scribit nos habitu, quando volumus, et absque difficultate agere.[1398]

Easdem esse actiones, quae virtutem antecedunt et consequuntur.

Z. 17 lib[ro]] libro Z_2

[196*] *AG* ἀλλ᾽ οὐ μόνον αἱ γενέσεις καὶ αὐξήσεις καὶ αἱ φθοραὶ ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνονται, ἀλλὰ καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν φανερωτέρων οὕτως ἔχει, οἷον ἐπὶ τῆς ἰσχύος· γίνεται γὰρ ἐκ τοῦ πολλὴν τροφὴν λαμβάνειν καὶ πολλοὺς πόνους ὑπομένειν, καὶ μάλιστα ἂν δύναιτ᾽ αὐτὰ ποιεῖν ὁ ἰσχυρός· οὕτω δ᾽ ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν· ἔκ τε γὰρ τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν γινόμεθα σώφρονες, καὶ γενόμενοι μάλιστα δυνάμεθα ἀπέχεσθαι αὐτῶν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀνδρείας· ἐθιζόμενοι γὰρ καταφρονεῖν τῶν φοβερῶν καὶ ὑπομένειν αὐτὰ γινόμεθα ἀνδρεῖοι, καὶ γενόμενοι μάλιστα δυνησόμεθα ὑπομένειν τὰ φοβερά· – *AL* Set non solum generaciones et augmentaciones et corrupciones ex eisdem et ab eisdem fiunt, set et operaciones in eisdem erunt. Et enim in aliis manifestioribus, ita habet; puta in fortitudine; fit enim ex multum cibum sumere et multos labores sustinere et maxime potest hoc facere fortis. Ita autem et in virtutibus; ex recedere enim a voluptatibus, efficimur temperati; et effecti, maxime possumus recedere ab ipsis. Similiter autem et in fortitudine; assueti enim contempnere terribilia et sustinere ipsa, efficimur fortes; et effecti, maxime poterimus sustinere terribilia.

[1398] *Diese Aussage findet sich nicht bei Aristoteles, sondern im Kommentar des Averroes zu Arist. anim. 3,5, 430a 14f. (Ross 72), und war schon in mittelalterlichen Florilegien enthalten. Vgl. Averr. anim. 3,18 (Crawford 438,26–28):* Hec est enim diffinitio habitus, scilicet ut habens habitum intelligat per ipsum illud quod est sibi proprium ex se et quando voluerit, absque eo quod indigeat in hoc aliquo extrinseco. *Auct. Arist. 6,190 (Hamesse 190,19f.):* Habitus est secundum quem habens ipsum potest agere quando vult.

Quo genere identitatis hae actiones eaedem sint.

At oritur gravis difficultas, qua nam ratione sint eaedem actiones, quae antecedunt virtutem quaeque illam consequuntur. Numero eaedem esse nequeunt, cum simul non existant. Easdem esse genere non dicitur, nam identitas illa nimis laxa est. Etenim rectae pravaeque actiones genere conveniunt. Su¦perest itaque, ut eaedem specie seu 289 Z_2
forma dicantur, at id non videtur posse fieri, cum eadem non habeant sui ortus principia. Nam quae praecedunt virtutes, a voluntate gubernata intelligentia fiunt; quae vero sequuntur, ex habitu prodeunt. Quaeque sunt eiusdem formae ac speciei, solent eodem modo communicari. Atque si eorum varia interdum principia traduntur, unum
eorum erit per se, alterum vero temere seu per accidens, ut loquuntur,

Eadem specie non semper eodem modo communicantur.

erit. Caeterum nos illud assumptum minime damus. Quae sunt eiusdem formae seu speciei, eodem modo communicari non ponemus. Calor enim a motu, a luce atque ab igne producitur. Quin et ignis interdum ex motu, nonnunquam ex luce, aliquando ex altero igne
prodit. Et animantia eiusdem speciei a parentibus et a calore coeli ex putri materia generantur. Scientia quoque tam per doctrinam quam per inventionem acquiritur. Atque in Metaphysica, lib[ro] 7., textu 23. eadem ex arte ac sine arte fiunt.[1399] | Plantas etiam videmus alicubi per 318 Z_1
semen, alicubi sponte nasci, quae tamen diversae formae aut speciei
dici non possunt. Neque si duo sunt aut tria originis principia, ilico sequitur unum eorum esse per se, aliud vero per accidens, quoniam possunt eiusdem esse facultatis et earundem virium. Ut calor seminis et calor coeli ac solis, quo fovetur putris materia et praeparatur ad gignendum animalia imperfecta; at de imperfectis nominatim loquor.
Nam quae perfecta sunt, ut recte Averroes contra Avicennam[1400] sensit, non possunt ex putri materia gigni.[1401] Plures enim praeparationes in materia exiguntur ad illorum ortum quam ad imperfectorum procreationem. Sunt ergo calor parentum et coelestis in imperfectarum rerum productione virium earundem, ideo potest eorum utrumque principium per se appellari. Sed quando principia ortus ita distinguuntur,

Z. 13 communicari] commmunicari Z_1

[1399] *Vgl. Arist. met. 7,7, 1032a 27f. (Jaeger 139):* πᾶσαι δὲ εἰσὶν αἱ ποιήσεις ἢ ἀπὸ τέχνης ἢ ἀπὸ δυνάμεως ἢ ἀπὸ διανοίας.

[1400] *Avicenna (um 980–1037), iranischer Arzt und Philosoph. Nebst Aristoteleskommentaren, die zu einem Großteil auch ins Lateinische übersetzt wurden, verfasste Avicenna einen sog. »Kanon der Medizin«, welcher lange Zeit als Standardwerk der medizinischen Wissenschaft galt. – LMA I 1298–1300; RGG⁴ I 1026f.*

[1401] *Vgl. Averr. met. 35D:* Avic[enna] cum sua famositate in philosophia dicit hominem generari ex terra esse possibile sicut murem et alia multa, quod denegatur.

ut in una ratione communi copulari non queant, illa, quae fiunt, tum diversae formae ac speciei esse dicuntur, ut esse videmus inventionem et doctrinam, quibus intelligentiae virtutes parantur, si ea contuleris cum usu et exercitio, per quae virtutes morales conquiruntur. Sic habitus, ut a re praesenti non discedamus, haud a viribus animi permultum dissentit, sed illarum est perfectio; ideo si eis coniungatur, speciem et formam effectus non mutat, imo absolvit et reddit perfectiorem. Proinde affirmo Aristotelem recte dicere actiones, quae habitum praecedunt et sequuntur, easdem esse. Nam si ut intra eadem continentur extrema defectus et excessus utque consentiunt cum recta ratione, ambae sunt eiusdem formae ac speciei. Ut si quis reddat depositum ex virtute iustitiae alterque idem faciat suasu rectae rationis absque virtutis habitu, restitutiones ambae iuxta causas iam adductas, eadem
290 Z_2 forma et specie comprehenduntur, quamvis quo ad causas efficien¦tes aliquam habeant varietatem, sed ea est per accidentia. Nam sine habitu lucta est, difficultas et molestia in agendo; cum habitu facilitas, voluptas et tranquillitas. Et in summa distinctio solum est penes magis et minus perfectum. Magis autem perfectum et minus perfectum in accidentibus non mutant formam, sed in gradibus substantiae mutant. Nam ex illis differentiae substantiales accipiuntur. Candor enim perfectior et minus perfectus eiusdem sunt naturae; homo tamen, qui magis perfectus est equo, ad eandem speciem non attinet, quia hic discrimen perfectionis ad rei substantiam attingit.

319 Z_1 | Superest modo, ut huius capitis doctrinam componamus cum divinis literis. Scientiam hanc dicit Aristoteles non esse, ut discamus, sed ut boni efficiamur. Idem sacri libri docent, quia Paulus inquit scientiam inflare, charitatem vero aedificare;[1402] atque hypocritis opponebatur eos tulisse clavem scientiae, sed non introisse.[1403] Nec non ille dicebatur super arenam aedificare, qui audivisset et non fecisset, isque vero, qui audita implevisset opere, super petram et quidem firmam dicebatur extruere.[1404] Commune statuitur esse omnibus rectis actionibus hominum, ut rationi rectae congruant, quod a divinis literis minime convellitur. Sed hoc addere oportet nunquam humanam rati-

Quomodo haec cum sacris literis consentiant.

Z. 13 iam] tam Z_2

[1402] *1Kor 8,1* Scientia inflat, caritas vero aedificat.

[1403] *Lk 11,52* Vae vobis legis peritis, quia tulistis clavem scientiae, ipsi non introistis.

[1404] *Mt 7,24–26* Omnis ergo, qui audit verba mea haec et facit ea, adsimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram. […] Et omnis, qui audit verba mea haec et non facit ea, similis erit viro stulto, qui aedificavit domum suam supra harenam.

onem fore sanam et rectam, nisi verbo Dei formetur. Crassiori etiam doctrina scribitur scientiam hanc tradendam, quod et in sacris libris fieri videmus, ubi Dominus parabolis populos docet.[1405] Et Paulus lacte pascit eos, qui solidum cibum non ferunt,[1406] nostraque ab eodem notitia divinarum rerum per speculum et in aenigmate haberi dicitur.[1407] Deinde facultatem hanc asserit occasiones rerum observare, quod in negocio pietatis etiam est observandum. Circumcidit Paulus Timotheum, Titum vero noluit circumcidere, cum utrinque longe diversa esset occasio.[1408] Idemque apostolus data occasione de ignoto Deo coepit Atheniensibus concionari, sic enim viderat illorum aram inscriptam.[1409] Mediocritas actionibus adhibenda est ad virtutes comparandas. Dicitur etiam ad Romanos non plus sapere, quam oportet.[1410] Viaque nobis regia proponitur, a qua declinare non licet neque ad dextram neque ad sinistram.[1411] Iudicanda vero non est haec mediocritas nisi testimonio Spiritus et divinarum literarum. Non semper autem virtutes acquiri frequentibus actionibus rectis, sed a Deo interdum inspirari superius fuse docuimus.[1412]

[1405] *Vgl. Mt 13,13* In parabolis loquor eis, quia videntes non vident et audientes non audiunt neque intellegunt.

[1406] *1Kor 3,2* Lac vobis potum dedi, non escam. *Hebr 5,12* Facti estis, quibus lacte opus sit non solido cibo.

[1407] *1Kor 13,12* Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem.

[1408] *Apg 16,1–3 und Gal 2,3.*

[1409] *Apg 17,23.*

[1410] *Röm 12,3* Dico enim per gratiam, quae data est mihi, omnibus, qui sunt inter vos, non plus sapere, quam oportet sapere.

[1411] *Jes 30,21* Haec via: ambulate in ea, [non declinetis] neque ad dexteram neque ad sinistram. *Spr 4,27* Ne declines ad dexteram et ad sinistram.

[1412] *Vgl. oben S. 435f.*

291 Z_2 ¦ Caput III

Signum vero oportet observari habituum, voluptatem et dolorem, si ad actiones 1104b 3–8
320 Z_1 *accesserint. Nam qui a corporeis voluptatibus abstinet et hoc ipso | gaudet, est*
temperans; qui vero graviter id fert, intemperans. Et qui res graves perfert ac
5 *gaudet vel non dolet, fortis est; qui vero dolorem capit, est timidus.* [197*]

In isto cap[ite] principia moralis virtutis indicata sunt, frequentes actiones mediocres, quae neque defectu neque excessu laborent. Ideo posset quispiam rogare, quot nam eae actiones mediocres requirantur ad virtutem comparandam? Ad quam interrogationem haud numerus
10 certus definitusque reddi potest ob ingeniorum varietatem. Nam sunt nonnulli duriores, quibus longa exercitatione opus est, priusquam virtute formentur; alii vero sunt faciles. Ideo praetermissa numeri alicuius assignatione, iudicium profert, quo possit quisque nosse, an virtute adhuc sit praeditus, an vero illa careat. Signumque a voluptate atque
15 dolore assumit, in secunda capitis parte occasione allati signi. Moralem virtutem circa voluptatem et molestiam esse docet atque suam hanc propositionem multis rationibus confirmat. Haec huius capitis est summa.

Quod ad priorem partem doctrina, quae monstratur, ex effectu est Quomodo quis sentiat se virtute praeditum.
20 et a posteriori, ut dialectici aiunt. Non enim ostenduntur causae acquisitionis virtutum, nam de iis iam satis est dictum, sed signum producitur. Quando cum voluptate quis recte agit, virtute iam est praeditus; sin vero doleat, adhuc virtutem non est assequutus. Exemplis rem declarat fortitudinis atque temperantiae. Ubi animadvertendum
25 illum, qui abstinet a corporeis voluptatibus et aegre fert, intemperantem dici. Quod non proprie accipi potest, nam qui recte facit cum molestia et dolore proprie appellandus est continens. Quia intemperans proprie is est, qui non recte agit et iudicat bonum esse ita agere, nam iudicium corruptum habet; incontinens autem male quidem agit,

Z. 19 ad] a Z_1

[197*] *AG* Σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἕξεων τὴν ἐπιγινομένην ἡδονὴν ἢ λύπην τοῖς ἔργοις· ὁ μὲν γὰρ ἀπεχόμενος τῶν σωματικῶν ἡδονῶν καὶ αὐτῷ τούτῳ χαίρων σώφρων, ὁ δ' ἀχθόμενος ἀκόλαστος, καὶ ὁ μὲν ὑπομένων τὰ δεινὰ καὶ χαίρων ἢ μὴ λυπούμενός γε ἀνδρεῖος, ὁ δὲ λυπούμενος δειλός· – *AL* Signum autem oportet facere habituum, supervenientem voluptatem vel tristiciam operibus. Qui quidem enim recedit a corporalibus voluptatibus et hoc ipso gaudet, temperatus, qui autem tristatur, intemperatus; et qui sustinet pericula et gaudet, fortis, qui autem tristatur, timidus.

sed pungitur, reclamat, luctatur, sed in lucta succumbit.[1413] Accipit ergo Aristoteles hic ἀκόλαστον pro eo, qui caret temperantia. Neque semper timidus est, qui dolet in rebus gravibus et duris; fieri enim potest, ut ¦ labatur, non tamen adhuc vitii habitum contraxerit. De 292 Z_2
corporeis voluptatibus nominatim loquitur, quoniam aliae quaedam ad mentem et voluntatem sunt pertinentes, a quibus non est abstinendum
Fortis quomodo gaudeat in rebus duris.
neque hoc illarum genus ad temperantiam attinet. Neque | significati- 321 Z_1
one vacat, quod fortem inquit in rebus duris et asperis gaudere vel non dolere. Quia saepe, dum mortem aliqui oppetunt pro patria vel ob aliquam aliam causam, vi cruciatus impediuntur, ne gaudium queant prae se ferre, sed tamen haud sunt tristes, non turpiter dolent neque muliebres lamentationes edunt. Obfuscatur quidem nonnihil animi gaudium ob externam afflictionem, haud tamen cedit animus dolori. Et credendus est Aristoteles hoc dicere, quasi consulat affectui non indulgendum. Nam qui fortis est, in medio cruciatu, licet gaudium prae se ferre non queat, non tamen dolet.

1104b 8–9 *Circa voluptates autem et molestias moralis virtus.* [198*]

Quomodo circa eam versatur? An tractat voluptatem ut propriam suamque materiam? Non videtur. Nam partim ut comitem sui subiecti vel ut suam causam et quibusdam aliis modis, qui rationibus patefiant modo afferendis. Quid sit voluptas et quid sit dolor, alias diximus et satis fuse neque hoc loco ea sunt repetenda.[1414]

1104b 9–11 *Nam voluptatis causa flagitia committimus et propter dolorem ab honestis rebus abstinemus.* [199*]

Analysis. Prima haec ratio a causa finali deducitur. Circa illa debet versari quaelibet facultas, a quibus fit et corrumpitur. Sed corrumpitur virtus a

[198*] *AG* περὶ ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας ἐστὶν ἡ ἠθικὴ ἀρετή· – *AL* Circa voluptates enim et tristicias est moralis virtus.

[199*] *AG* διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττομεν, διὰ δὲ τὴν λύπην τῶν καλῶν ἀπεχόμεθα· – *AL* Propter voluptatem quidem enim mala operamur, propter tristiciam autem a bonis recedimus.

[1413] *Zum Unterschied zwischen Unenthaltsamkeit und Unmäßigkeit vgl. Arist. eth. Nic. 7,9, 1152a 4–6 (Bywater 147):* ὅμοιοι δὲ καὶ ὁ ἀκρατὴς καὶ ἀκόλαστος, ἕτεροι μὲν ὄντες, ἀμφότεροι δὲ τὰ σωματικὰ ἡδέα διώκουσιν, ἀλλ' ὃ μὲν καὶ οἰόμενος δεῖν, ὃ δ' οὐκ οἰόμενος. *Vgl. auch oben S. 410.*

[1414] *Vgl. oben S. 171–184.*

voluptate in genere causae finalis. Turpia enim homines agunt et a virtute desciscunt voluptatis causa; perduntur etiam a dolore, quoniam permulti desistunt a recte agendo, ut molestias et dolores evitent. Quamobrem uterque affectus ad virtutes morales attinet. Sed in hac ratione spectandum est, duo genera voluptatum constituenda. Quaedam enim malae sunt et crassae, ac propter eas turpia committimus. Aliae vero bonae sunt et honestae, quae ad vitia homines non alliciunt. Et dolores etiam nonnulli sunt boni, propter quos homines ad recte agendum permoventur, ut sunt poenae, de quibus paulo post sumus dicturi. Sed Aristotelis ratio non est naturalis, imo potius dialectica, quae in utramque partem potest habere locum, praesertim quo ad propositiones de incitando ad vitia vel revocando a virtutibus.

Voluptatum genera.

322 Z_1
293 Z_2

¦¦Quapropter omnes iam inde a pueris, ut ait Plato, sic educatos esse par est, ut quibus debent rebus et gaudeant et doleant. Haec enim recta disciplina. [200*]

1104b 11–13

Locus iste 4. De legibus habetur, ubi non tantum hoc scribit, verum addit, si non fuerint iuvenes a teneris bene educati, non posse in bonos viros evadere.[1415] Deinde ab eodem 1. De repub[lica] scribitur legislatores maxime debere ad voluptates atque dolores aspicere, quod sint duo fontes, a quibus homines, cum hauriunt, quemadmodum oportet, in se omnia quodammodo bona derivant; at si hauriant secus, quam deceat, implentur malis.[1416]

[200*] *AG* διὸ δεῖ ἦχθαί πως εὐθὺς ἐκ νέων, ὡς ὁ Πλάτων φησίν, ὥστε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ· ἡ γὰρ ὀρθὴ παιδεία αὕτη ἐστίν· – *AL* Propter quod oportet duci qualiter confestim ex iuvenibus, ut Plato ait. Quare et gaudere et tristari in quibus oportet; recta enim disciplina hec est.

[1415] *Vermigli meint wohl Plat. resp. IV 424e–425a (Burnet IV ibid.):* Οὐκοῦν, ὃ ἐξ ἀρχῆς ἐλέγομεν, τοῖς ἡμετέροις παισὶν ἐννομωτέρου εὐθὺς παιδιᾶς μεθεκτέον, ὡς παρανόμου γιγνομένης αὐτῆς καὶ παίδων τοιούτων ἐννόμους τε καὶ σπουδαίους ἐξ αὐτῶν ἄνδρας αὐξάνεσθαι ἀδύνατον ὄν.

[1416] *Vermigli meint wohl Plat. leg. I 636d-e (Burnet V ibid.):* νόμων δὲ πέρι διασκοπουμένων ἀνθρώπων ὀλίγου πᾶσά ἐστιν ἡ σκέψις περί τε τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς λύπας ἔν τε πόλεσιν καὶ ἐν ἰδίοις ἤθεσιν· δύο γὰρ αὗται πηγαὶ μεθεῖνται φύσει ῥεῖν, ὧν ὁ μὲν ἀρυτόμενος ὅθεν τε δεῖ καὶ ὁπότε καὶ ὁπόσον εὐδαιμονεῖ, καὶ πόλις ὁμοίως καὶ ἰδιώτης καὶ ζῷον ἅπαν, ὁ δ' ἀνεπιστημόνως ἅμα καὶ ἐκτὸς τῶν καιρῶν τἀναντία ἂν ἐκείνῳ ζῴη. *Streb. eth. 68r-v verweist auch auf diese beiden Stellen aus Plat. resp. und Plat. leg.*

1104b 13–16 *Praeterea, si virtutes circa actiones et affectus versantur omnemque affectum et omnem actionem voluptas et dolor comitatur, ob id etiam virtus circa dolores et voluptates erit.* [201*]

Quae modo ratio additur, a consequentibus derivatur. Nam primum accipit, quod est indubitatum, virtutes in affectibus et actionibus versari. Deinde subdit ad haec perpetuo sequi voluptates et dolores. Unde conficitur virtutes morales etiam de iis agere. Quando ait omnes actiones et affectus comites habere adiunctos dolores et voluptates, non accipit voluptates privatim pro crassioribus atque corporeis. Nam illae non comitantur omnes actiones neque se ad omnes affectus adiungunt.

1104b 16–18 *Ostendunt id animadversiones, quae per ista fiunt. Sunt enim medicinae quaedam. Solent autem medicinae fieri ex contrariis.* [202*]

Analysis. Demonstrat aliter eandem propositionem. Ideo virtutes esse circa voluptates et dolores, quoniam doloribus reprimant vitia. Ergo de his agit, quibus utitur ad vitiorum correctionem. Quod vero poenis a virtutibus corrigantur peccata, confirmat a simili, quoniam se ha|bet virtus ad animum, ut medicina erga corpus. Et medicinae constant rebus contrariis.[1417] Ratio sumitur a proprietate virtutum moralium, quae est mederi vitiosis affectibus et actionibus. Medicatio vero contrariis fit, nimirum poenis. Nam homi¦nes peccant voluptatem sectando magis, quam conveniat, ideo contrario reprimuntur, id est dolore. Nemo autem ignorat contrariorum eandem esse facultatem.[1418] Quare medicinae constent rebus contrariis, ratio in promptu est, quia morbus fit ex

323 Z_1

294 Z_2

Medicina quare constet rebus contrariis.

Z. 20 nimirum] nimirnm Z_2

[201*] *AG* ἔτι δ' εἰ αἱ ἀρεταί εἰσι περὶ πράξεις καὶ πάθη, παντὶ δὲ πάθει καὶ πάσῃ πράξει ἕπεται ἡδονὴ καὶ λύπη, καὶ διὰ τοῦτ' ἂν εἴη ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας· – *AL* Adhuc autem si virtutes sunt circa actus et passiones, omni autem passioni et omni actui sequitur delectacio et tristicia, et propter hoc utique erit virtus circa delectaciones et tristicias.

[202*] *AG* μηνύουσι δὲ καὶ αἱ κολάσεις γινόμεναι διὰ τούτων· ἰατρεῖαι γάρ τινές εἰσιν, αἱ δὲ ἰατρεῖαι διὰ τῶν ἐναντίων πεφύκασι γίνεσθαι· – *AL* Demonstrant autem et pene facte per hec. Medicine enim quedam sunt. Medicine autem per contraria innate sunt fieri.

[1417] *Vgl. Streb. eth. 66r:* Hoc vero ostendit: actionis comes est voluptas aut dolor. Utitur similibus: ut ex contrariis adhibentur remedia corporibus, sic animi voluptatibus adhibentur contrarii dolores.

[1418] *Vgl. Arist. anim. 3,3, 427b 5f. (Ross 65):* δοκεῖ δὲ […] ἡ ἐπιστήμη τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι.

declinatione a mediocritate in alterum extremorum, sed ab illo extremo, unde fit morbus, non revocatur corpus nisi per alterum contrarium.[1419] Virtutes tamen, cum ab hominibus non separentur, cum vitia dicuntur corrigere, non sic res accipi debet, quasi actio virtutibus ipsis tribuatur, sed hominibus, qui ex virtute illam habent facultatem, ut vitia emendent. Interdum hoc officium quisque praestat sibi ipsi. Nam cum intemperatus efficitur temperatus, castigat seipsum et reprehendit, quae male a se committuntur aut olim commissa fuerunt. Aliquando munus illud praestant paedagogi, amici et parentes, qui reprehendunt in discipulis, in amicis et in filiis, quae videntur a recto aberrasse. Postremo in id magistratus incumbit, qui disciplina civili variis poenis afficit peccantes. Poenae vero graviores aut leviores adhibendae sunt pro peccantium ingenio et peccatorum pondere. Nonnullos obiurgatione seu reprehensione levi satis est perstringere; alios oportet externis bonis multare, pecunia, patria et consimilibus; tertio eo venitur, ut corpore luant, quod turpiter et prave commiserunt.[1420]

Quomodo vitia emendentur.

Praeterea, uti prius diximus, omnis habitus animi ad ea spectat et circa ea suapte vi et natura se habet, a quibus deterior aut melior fieri consuevit. Voluptatibus autem et doloribus pravi fiunt, quod has persequantur et illas fugiant, aut quas non licet, aut quando et quomodo fas non est, aut quot aliis modis haec negocia a ratione praescribuntur. [203*]

1104b 18–24

324 Z_1 | Haec ratio ita extruitur: quilibet animi habitus circa illa versatur, ex quibus vel melior vel deterior efficitur; virtutes sunt habitus animi; ergo circa ea versantur, unde vel meliores vel deteriores fiunt. Illa vero, ut

Analysis.

[203*] *AG* ἔτι, ὡς καὶ πρῴην εἴπομεν, πᾶσα ψυχῆς ἕξις, ὑφ' οἵων πέφυκε γίνεσθαι χείρων καὶ βελτίων, πρὸς ταῦτα καὶ περὶ ταῦτα τὴν φύσιν ἔχει· δι' ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας φαῦλοι γίνονται, τῷ διώκειν ταύτας καὶ φεύγειν, ἢ ἃς μὴ δεῖ ἢ ὅτε οὐ δεῖ ἢ ὡς οὐ δεῖ ἢ ὁσαχῶς ἄλλως ὑπὸ τοῦ λόγου διορίζεται τὰ τοιαῦτα· – *AL* Adhuc sicut prius diximus, omnis anime habitus, a quibus innatus est fieri deterior et melior, ad hec et circa hec naturam habet; propter voluptates et tristicias pravi fiunt in persequendo has et fugiendo, vel quas non oportet, vel quando non oportet, vel ut non oportet, vel qualitercumque aliter a racione determinatur.

[1419] *Vgl. Gal. meth. med. 8,1 (GO X 534):* ἅπασα δ' ἀμετρία διὰ τῆς ἐναντίας ἀμετρίας ἰᾶται.

[1420] *Vgl. Streb. eth. 69r:* Poenae repetuntur aut ab ipso, qui scelus admisit, aut ab alio. Ab ipso, ut quum ieiunio crapulam, continentia libidinem, flagris indomitum corpus, cilicio carnem, lachrymis impuram vitam, frequentibus donis furtum, taciturnitate impotentiam linguae, labore desidiam castigat. Ab alio. ut a patre, a praeceptore, a iudice, a magistratu. Nec idem poenarum genus. Aliis satis est obiurgatio, comminatio, reprehensio; alii pecunia aut exilio, aut plaga, aut nece multantur.

iam est dictum, sunt voluptates et dolores. Id fuit dictum prius in prima omnium iam adductarum rationum. Innititurque praesens argumentum a causa, sed videtur attingi efficiens, cum antea spectare viderentur ad causam finalem. *Erga ea et circa ea* dixit non ociose, nam *erga* relationem denotat et relativa sunt πρός τι.[1421] *Circa* indicat quodammodo materiam. ¦ Cur autem habitus deteriores fiant voluptatibus et doloribus, ostendit memorando περιστάσεις, quae si praetermittantur, actionem vitiosam reddunt eaque vitiata citra controversiam habitus laeditur. Accidit, inquit, vitium persequendo et fugiendo. Persequendo inquam voluptates, fugiendo molestias, non habita circumstantiarum ulla ratione. 295 Z_2

1104b 24–26 *Unde voluptates definiunt vacuitates quasdam affectuum et tranquillitates, non recte quidem. Nam simpliciter dicunt, non autem quemadmodum oportet, at sicuti non oportet, et quando et alia quaecunque adiiciuntur.* [204*]

Affectibus virtutes fieri deteriores.

Confirmat virtutes, ut dixerat, deteriores iis affectibus fieri, quod aliqui definierint illas esse ἀπαθείας, vacuitates quasdam affectuum. Nam si aliqui supersint affectus, ut ii homines arbitrabantur, fuissent animi perturbati. Virtutes aut iudicabant quasdam esse tranquillitates. Qui sic excluserunt affectus erant Stoici, at de illis modo non intelligit Aristoteles, quoniam illi post eum floruerunt. Sed iam illius tempore clari erant nonnulli, quorum etiam Cicero meminit De finibus, qui sic opinabantur.[1422] Non recte illos fecisse dicit Aristoteles, quia simpliciter auferebant affectus, cum potius debuissent secundum quid eos tollere, nimirum quo ad illorum summum et intensum gradum.

1104b 27–28 *Ponitur itaque virtus ea, quae voluptatibus et doloribus sit effectrix pulcherrimarum rerum. Vitium vero contra.* [205*]

[204*] *AG* διὸ καὶ ὁρίζονται τὰς ἀρετὰς ἀπαθείας τινὰς καὶ ἠρεμίας· οὐκ εὖ δέ, ὅτι ἁπλῶς λέγουσιν, ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ καὶ ὡς οὐ δεῖ καὶ ὅτε, καὶ ὅσα ἄλλα προστίθεται· – *AL* Ideoque determinant virtutes inpassibilitates quasdam et quietes. Non bene autem, quoniam simpliciter dicunt, set ut non oportet, et quando non oportet, et quecumque alia apponuntur.

[205*] *AG* ὑπόκειται ἄρα ἡ ἀρετὴ εἶναι ἡ τοιαύτη περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας τῶν βελτίστων πρακτική, ἡ δὲ κακία τοὐναντίον· – *AL* Supponitur ergo virtus esse talis circa voluptates et tristicias optimorum operativa, malitia autem contrariorum.

[1421] *Vgl. Arist. met. 5,15, 1020b 26 (Jaeger 108).*

[1422] *In Cic. fin. 4,43 (Rackham 346) werden zwei Philosophen namens Ariston und Pyrrhon als frühere Vertreter eines ethischen Ansatzes erwähnt, der dem stoischen ähnelt.*

325 Z_1 | Iam allatis rationibus hoc ponendum statuendumque ait, virtutem circa voluptates et vitia effectricem esse rerum pulcherrimarum. Sed priusquam hinc discedamus, videndum est, quid istos permoverit, qui a virtute prorsus excindi affectus voluerunt. Putabant ii virtutem perfectam appetitum superare, perfectiorem adhuc illum magis vincere, perfectissimam vero omnino ita, ut illi non amplius relinqueretur locus. Putaruntque virtutem contrariam esse affectui. Omnes autem scimus eam esse contrariorum naturam, ut cum alterum summum fuerit, alterum secum non patiatur in eodem subiecto,[1423] ideo ¦ concludebant virtutem perfectissimam in homine, in quo esset, affectui utpote contrario suo locum non relinquere. Atque semper cogitabant secum affectus impedimenta quaedam esse virtutum et idcirco perfectissimam virtutem reperiri non posse, nisi omnia impedimenta sublata penitus fuerint. Postremo illud proprium virtutis esse accipiunt, ut animum repurget; nil autem videtur in eo repurgandum esse nisi pravos affectus; quare nulla virtus perfectissima erit, ut ex cuius actione felicitas oriatur, nisi omnem affectum extruserit ex animo illumque absolutissime repurgaverit. Haec sunt, quibus isti sunt adducti, ut sic definirent virtutes.[1424] In qua forma definiendi omnino hallucinati sunt. Debet enim definitio adhiberi, quae omnibus definiti partibus conveniat. Verum multae sunt virtutes, quae circa affectus non versantur neque quicquam habent cum illis quod agant. Nam totae sunt in actionibus ut iustitia, magnanimitas, liberalitas et aliae huius generis, quae cum affectibus non luctantur. Quamobrem definitio ista si danda esset, non ut universalis, verum ut particularis reciperetur. Quod in definiendo quam sit grave vitium, quivis per seipsum intelligit. Deinde, si verum est, quod omnes propemodum concedunt, virtutes esse affectuum moderatrices, ab illis ut a suis correlativis nequeunt avelli et separari.[1425] Neque verum est virtutes oppositionem contrariam ad affectus habere. Non enim cum affectu pugnant, sed cum eius extremis. Unde potius dicendi sunt affectus frangi seu mitigari a virtutibus, quam tolli. Et mirifice quadrat loquutio scripturarum divinarum, ut dicantur non

296 Z_2

Quare aliqui voluerint affectus prorsus excindi.

Affectus non esse prorsus tollendos.

Z. 4 excindi] exscindi Z_2

[1423] *Vgl. Arist. met. 5,10, 1018a 22f. (Jaeger 101):* ὅσα μὴ ἐνδέχεται ἅμα παρεῖναι τῷ ἀμφοῖν δεκτικῷ, ταῦτα ἀντικεῖσθαι λέγεται.

[1424] *Vgl. Cic. fin. 3,16–76 (Rackham 232–296).*

[1425] *Vgl. Plut. mor. 443C-D (Babbitt et al. VI 34):* […] ὑπὸ τοῦ λόγου […] οὐ βουλομένου τὸ πάθος ἐξαιρεῖν παντάπασιν (οὔτε γὰρ δυνατὸν οὔτ' ἄμεινον), ἀλλ' ὅρον τινὰ καὶ τάξιν ἐπιτιθέντος αὐτῷ καὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετάς, οὐκ ἀπαθείας οὔσας ἀλλὰ συμμετρίας παθῶν καὶ μεσότητας, ἐμποιοῦντος.

occidi, sed potius mortificari.[1426] Quique praediti sunt virtute non se patiuntur ab affectibus impelli, ut quippiam adversus rationem faciant, et ea est vis praeclarissima virtutis, ut non sinat homines affectibus duci. Ac fieri fortasse potest, ut sicuti passim aliqui | reperiuntur, qui 326 Z$_1$
more belluino degunt totique sequuntur affectus nullum rationi dantes locum, ita vicissim aliqui sint, qui spretis affectuum stimulis et illecebris ex ratione prorsus virtutibusque vivant. Repurgant igitur virtutes animos non ab affectibus quibusvis, sed ab extremis. Neque impediuntur nisi a defectu et ab excessu.

1104b 29–1105a 1 *Et de iisdem potest nobis dilucidum fieri ex his. Cum tria sint, quae ad expetitiones et totidem quae ad evitationem spectent, honestum inquam, utile et iucundum, et e diverso turpe, inutile ac molestum. Et in iis omnibus vir bonus rectus est, malus autem ¦ pravus, tum maxime in voluptate. Communis enim* 297 Z$_2$
ea est animantibus et iis omnibus, quae comitantur electionem. Etenim, quod est honestum et utile, iucundum esse videtur. [206*]

Analysis. Ratio ista videtur a communiori bonitate et quae latius pateat deduci, ac si dicatur: virtus moralis circa bonum, quod generalius est atque communius, versatur; iucundum bonum est communius; ergo circa illud est moralis virtus. Minor probatur primo, quia, cum sint tria bona expetenda, honestum, utile ac iucundum, et mala e diverso tria sint fugienda, turpe, inutile et molestum, ex illis tribus bonis iucundum omnibus animantibus est commune. Nam non omnia quaerunt animalia, quod honestum est et utile, sed iucunda spectant et illa sectantur. Deinde iucundum comitatur semper electionem. Quicquid enim homines electione sua expetunt, iucundum est; nam quicquid est honestum ac utile, iucundum est. Non tamen propositio recurrit, multa

Iucundum est bonum communius.

[206*] *AG* γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν καὶ ἐκ τούτων φανερὸν ὅτι περὶ τῶν αὐτῶν· τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἱρέσεις καὶ τριῶν τῶν εἰς τὰς φυγάς, καλοῦ συμφέροντος ἡδέος, καὶ [τριῶν] τῶν ἐναντίων, αἰσχροῦ βλαβεροῦ λυπηροῦ, περὶ ταῦτα μὲν πάντα ὁ ἀγαθὸς κατορθωτικός ἐστιν ὁ δὲ κακὸς ἁμαρτητικός, μάλιστα δὲ περὶ τὴν ἡδονήν· κοινή τε γὰρ αὕτη τοῖς ζῴοις, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἵρεσιν παρακολουθεῖ· καὶ γὰρ τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον ἡδὺ φαίνεται· – *AL* Fiet autem utique nobis et ex hiis manifestum adhuc de eisdem. Tribus enim existentibus que circa elecciones et tribus que in fugis bono conferente delectabili et tribus contrariis malo nocivo tristi, circa hec quidem omnia bonus directum est, malus autem peccans. Maxime autem circa delectacionem; communis enim hec animalibus, et omnibus que sub eleccione assecuntur; et enim bonum et conferens delectabile videtur.

[1426] *Vgl. Röm 8,13* Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem Spiritu facta carnis mortificatis, vivetis.

enim sunt aliena nihilominus ab utilitate et honestate. Notandum tamen honestum, utile atque iucundum saepius in eandem rem incidere, cum rationes eorum nihilominus diversae sint. Id enim est honestum, quod rationi consentit, utile, quod alterius causa expetitur, iucundum vero, quod allubescit.[1427]

Praeterea iam inde a puero nobis omnibus coaluit, unde difficile est hanc affectionem vitae illitam extrudere. [207*] 1105b 1–3

327 Z_1 | A tempore idem concludit: nobiscum nutrita est a pueris ac simul educata voluptas; igitur circa eam laborandum est, ut corrigatur et ne modum excedat, quod proprie munus est moralis virtutis. Omnibus sane periculis occurrendum est, sed iis praesertim, in quibus perpetuo versamur.

Dolore atque molestia alii quidem minus, alii vero magis actiones metimur et idcirco necesse est hanc facultatem circa res huiusmodi esse. [208*] 1105b 3–7

Confirmat idem ex ipsius voluptatis dolorisque conditione, quod illis utamur ut regula quadam aggrediendis actionibus. Cogitamus enim semper nobiscum, quidnam molestiae quidve voluptatis actio, quam 298 Z_2 incoeptamus, se¦cum habeat. Quod tamen fatetur aliquos magis, aliquos minus facere, non enim omnes homines ex aequo iis moventur affectibus. Videmus itaque non parum momenti habere ad actiones aut bene aut male gaudere sive dolere. Si enim ista ut regulae quaedam earum adhibentur, magnum ad ipsas momentum habent. Voluptates et dolores regulae actionum.

Z. 1 sunt] sunt iucunda Z_2 21 dolere] dolore Z_1

[207*] *AG* ἔτι δ' ἐκ νηπίου πᾶσιν ἡμῖν συντέθραπται· διὸ χαλεπὸν ἀποτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος ἐγκεχρωσμένον τῷ βίῳ· – *AL* Adhuc autem ex puero omnibus nobis connutritur; propter quod difficile conterere hanc passionem comparatam vite.

[208*] *AG* κανονίζομεν δὲ καὶ τὰς πράξεις, οἱ μὲν μᾶλλον οἱ δ' ἧττον, ἡδονῇ καὶ λύπῃ· διὰ τοῦτ' οὖν ἀναγκαῖον εἶναι περὶ ταῦτα τὴν πᾶσαν πραγματείαν· οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὰς πράξεις εὖ ἢ κακῶς χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι· – *AL* Regulamus autem et operaciones, hii quidem magis, hii quidem minus, delectacione et tristicia. Propter hoc igitur necessarium est circa hec esse omne negocium. Non enim parum in operaciones bene vel male gaudere et tristari.

[1427] *Vgl. Streb. eth. 70r-v:* Honestum […] id, quod propter se expetitur. […] Utile dicitur ab utendo et ad ea refertur, quae pertinent ad vitae cultum et ad earum rerum, quibus utuntur homines, facultates. […] Iucunda, quae delectant.

1105a 7–13 *Praeterea difficilius est cum voluptate quam cum ira pugnare, quemadmodum inquit Heraclitus. Circa id autem, quod est difficilius, et ars et virtus perpetuo versatur. Quod enim recte est, in eo melius se habet. Unde omnis huiusmodi facultas hac de causa circa voluptates et molestias est atque hoc tam quo ad moralem quam quo ad civilem virtutem. Quicunque enim iis recte utitur, probus est; qui autem male, pravus.* [209*]

Analysis. Circa difficiliora versatur moralis virtus; resistere voluptati est admodum difficile; igitur circa voluptatem moralis virtus versabitur. Maior propositio patet a simili. Nam et ars circa id, quod est difficilius, tota videtur esse. In communibus enim et vulgaribus rebus non solemus artificium admirari, sed in arduis et difficilioribus. Quicquid recte agitur, quando in re difficili est, maxime | commendatur. Minor auctoritate Heracliti confirmatur. Is enim dixit multo difficilius esse luctari cum voluptate quam cum iracundia. Quod non sic intelligendum est, quasi non habeat ira suos impetus et quidem vehementes, quemadmodum ira, sed voluptas praeter impetus, quos et ipsa suos habet, licet remissiores, a multo pluribus partibus nobis insidiatur. A tactu enim, a gustu, olfactu caeterisque sensibus invadit et habet permultas occasiones nosque latenter et blande ad se allicit. Deinde perpetuo nos aggreditur. Quod non facit iracundia; nisi enim afficiamur iniuria seu contumelia nosque videamus contemni, non irascimur.

328 Z_1

Difficilius est cum voluptate quam cum ira pugnare.

1105a 13–16 *Quod itaque circa voluptates et molestias sit virtus, dictum esto, et aliis augeri atque corrumpi, ex | quibus producitur, cum non eodem modo fiunt, et circa illa operari, ex quibus fit.* [210*]

299 Z_2

Z. 16 ira] voluptas Z_2

[209*] *AG* ἔτι δὲ χαλεπώτερον ἡδονῇ μάχεσθαι ἢ θυμῷ, καθάπερ φησὶν Ἡράκλειτος, περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον ἀεὶ καὶ τέχνη γίνεται καὶ ἀρετή· καὶ γὰρ τὸ εὖ βέλτιον ἐν τούτῳ· ὥστε καὶ διὰ τοῦτο περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας πᾶσα ἡ πραγματεία καὶ τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ πολιτικῇ· ὁ μὲν γὰρ εὖ τούτοις χρώμενος ἀγαθὸς ἔσται, ὁ δὲ κακῶς κακός· – *AL* Adhuc autem difficilius voluptati pugnare quam ire, quemadmodum ait Eraclitus. Circa difficilius autem semper et ars fit et virtus; et enim bene melius in hoc. Quare et propter hoc circa delectaciones et tristicias omne negocium et virtutis et politice; qui quidem enim bene hiis utitur bonus erit, qui autem male, malus.

[210*] *AG* ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας, καὶ ὅτι ἐξ ὧν γίνεται, ὑπὸ τούτων καὶ αὔξεται καὶ φθείρεται μὴ ὡσαύτως γινομένων, καὶ ὅτι ἐξ ὧν ἐγένετο, περὶ ταῦτα καὶ ἐνεργεῖ, εἰρήσθω· – *AL* Quoniam quidem igitur est virtus circa delectaciones et tristicias, et quoniam ex quibus fit, ab hiis et augetur et corrumpitur, non similiter factis, et quoniam ex quibus fit, circa hec et operatur, dictum sit.

In calce capitis epilogo satis lucido et aperto utitur, quo comprehendit summam eorum, quae sunt dicta.

Sed quia de voluptate atque dolore multa sunt allata, convenit, ut nonnulla de affectuum natura interseramus, praesertim quia voluptas et dolor inter omnes affectus praecipuum locum habent. Affectus vis quaedam est seu facultas, qua proposita nobis obiecta vel persequimur vel fugimus.[1428] Atque in animantibus qua sunt animantes et sentiunt cognitionem sequitur et alii quidem affectus contactum sequuntur, alii vero cogitationem vel opinionem comitantur. Qui sequuntur contactum, statim ut sensus incidit in obiectum congruum vel incommodum, aut persequuntur aut fugiunt.[1429] Est enim voluptas, quando inter se congruunt sensus et obiectum, cum vero secus, dolor habetur.[1430] Dumque nervi laeduntur, magnus oritur cruciatus, qui sane non est opinio vel cogitatio, ut permulti stulte finxerunt. Nam citra cogitationem vel opinionem corpus ipsum male afficitur neque in nostra opinione vel imaginatione situm est, ut obiecta huiusmodi commutemus. Nam quae sunt dolorifica, semper nervos ad sensum pertinentes male afficient atque corpus vexabunt, et vicissim, quae natura sua iucunda sunt, semper delectabunt, modo ex aliqua prava qualitate corpus non sit male affectum. Qui vero affectus tactum non sequuntur, | ex cogitatione vel imaginatione ortum habent et excitantur, licet obiectum extremum non adsit praesens. Et sunt motus cordis, quibus persequimur vel fugimus obiecta, prout vere aut falso cogitatio illa vel commoda vel incommoda ostendit. Vocantur ii affectus πάθη. Non itaque sunt cogitationes, verum ex illis oriuntur.[1431]

Affectus quid sint.

Affectus qui sequuntur tactum.

329 Z_1

Affectus qui ex cogitatione oriuntur.

Sunt vero ii multiplices, aliqui enim sunt simplices, alii compositi. Simplices numerantur quatuor: laetitia, tristitia, spes et metus.[1432] Nam

Affectus simplices.

[1428] *Vgl. Mel. phil. mor. (PMO XVI 51):* Affectus […] est motus, quo sensus aut voluntas prosequitur aut fugit rem oblatam.

[1429] *Vgl. Mel. anim. (PMO XIII 123):* Adpetitiones, quae fiunt per contactum, sunt duae, delectatio et dolor, tactum seu aliorum quorundam sensuum actionem comitantes.

[1430] *Vgl. Gal. sympt. 1,6 (GO VII 115):* τὸ μὲν παρὰ φύσιν καὶ βιαίως γιγνόμενον ἀθρόως ἐν ἡμῖν πάθος, ἀλγεινόν· τὸ δὲ εἰς φύσιν ἀπιὸν αὖ πάλιν ἀθρόον, ἡδύ. *Vgl. Plat. Tim. 64c-d (Burnet IV ibid.).*

[1431] *Vgl. Mel. anim. (PMO XIII 124):* Sunt igitur alii quidam gradus adpetitionum, qui non fiunt per contactum, sed sequuntur cogitationem et proprie sunt in corde ac nominantur adfectus. […] Sunt autem adfectus, qui proprie sic nominantur, motus cordis noticiam sequentes, prosequentes aut fugientes obiecta.

[1432] *Die folgende Klassifikation der vier Hauptaffekte (Freude und Trauer, Begierde und Furcht) basiert auf stoischem Gedankengut, vgl. Cic. tusc. 4,6,11 (King 338):* Partes autem perturbationum volunt [Stoici] ex duobus opinatis bonis nasci et ex duobus opinatis malis, ita

obiectum, quod offertur, aut bonum est aut malum. Et illud ostenditur a cogitatione vel ut praesens vel ut mox venturum. Si bonum ostenditur praesens, oritur laetitia, quae motus est cordis, quo se dilatat et extendit amplectendo suaviter praesens bonum.[1433] Sin vero non adest bonum, sed expectatur, spes nascitur, motus cordis, quo se dilatat praeparatque seipsum ad illud bonum amplectendum, cum venerit.[1434] Malum vero praesens ostensum a corde fugitur, nam tristitia motus est cordis, quo sese contrahit, ut malum praesens evitet.[1435] Quod si ostendatur futurum malum, metuimus, et est is affectus ¦ motus cordis, 300 Z_2
quo se contrahit, ne a malo venturo prematur.[1436] Ii sunt affectus simplices dati animantibus, ut non tantum ad salutem suam utantur cognitione, sed si adiumentum illud esset debile, sint adiuncta huiusmodi calcaria, quae nos incitent ad salutem et ab incommodis revocent.[1437] Sunt quasi venti, quibus navis impellitur. In tertia specie qualitatis reponuntur.[1438] Et licet prima species et secunda valeant plurimum ad animantia gubernanda et regenda, ii tamen sunt fortiores gubernatores et maiori agunt impetu quam habitus aut naturales potentiae. Verum sunt alii huius generis affectus non simplices, nam componuntur ex pluribus ut ira, quae dolorem simul et laetitiam comprehendit, et alii eius consimiles.[1439]

Laetitia.

Spes.

Tristitia.

Metus.

Affectus compositi.

Modo superest, ut videamus, quae sint organa seu loca istorum affectuum. Plato iram in corde, cupiditatem et laetitiam in iecore posuit.[1440] At Aristoteli secus visum est, qui tam iram quam dolorem,

Loca seu organa affectuum.

esse quattuor: ex bonis libidinem et laetitiam, ut sit laetitia praesentium bonorum, libido futurorum, ex malis metum et aegritudinem nasci censent, metum futuris, aegritudinem praesentibus.

[1433] *Vgl. Mel. anim. (PMO XIII 126):* Laeticia est motus, quo cor acquiescit in bono praesenti, et est dilatatio, qua cor velut accipit intra sese et amplectitur obiectum.

[1434] *Vgl. Mel. anim. (PMO XIII 126f.):* Spes est motus, quo cor futurum bonum appetit seque ad illud accipiendum, ut ita dicam, aperit ac praeparat.

[1435] *Vgl. Mel. anim. (PMO XIII 126):* Est igitur tristicia motus cordis, quo percussum cor obiecto ingrato constringitur, premitur, tremit et languefit cum acri sensu doloris.

[1436] *Vgl. Mel. anim. (PMO XIII 127):* Timor est motus, quo cor constringitur tanquam fugiens futurum malum.

[1437] *Vgl. Mel. phil. mor. (PMO XVI 53):* Imo boni affectus inditi sunt naturae, ut sint virtutum calcaria.

[1438] *Vgl. Arist. cat. 8, 9a 28f. (Cook 66):* Τρίτον δὲ γένος ποιότητος παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη.

[1439] *Vgl. Mel. anim. (PMO XIII 127):* Ira est mixtus adfectus ex tristicia et cupiditate ulciscendi. *Arist. rhet. 2,2, 1378b 1f. (Ross 71):* πάσῃ ὀργῇ ἕπεσθαί τινα ἡδονήν, τὴν ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ τιμωρήσασθαι.

[1440] *Plat. Tim. 70a–71a (Burnet IV ibid.).*

laetitiam et consimiles in corde collocavit,[1441] tametsi naturales affectus, nempe qui pertineant ad vim vegetantem in organis ei facultati propriis Aristoteles etiam collocaret.[1442] Huius modi vero sunt, fames, sitis et impetus ad liberos procreandos. Nec inficiaretur inter huiusmodi viscera iecur obtinere principatum, quia in eo prima est sanguinis officina et is humor cum alimonia est, tum seminis pro|pria materia.[1443] 330 Z_1 (~~320~~)
Sed missis iis naturalibus affectibus, qui notitiae non sunt coniuncti, de iis agamus, qui adiunguntur aut sensuum apprehensioni aut cogitationi. Et cum eos iuxta opinionem Aristotelis in corde constituamus, nostram hanc sententiam probemus argumentis. Certe sicubi collocanda sunt, aut in cerebro aut in corde aut in epate id erit faciundum. In cerebro non ponentur, quandoquidem ibi vigent actiones et facultates, quae iis affectibus adversantur, nempe iudicium et ratio. Eadem vero facultas pugnantes actiones eodem tempore non producit. Actiones vero affectuum et iudicii seu rationis inter sese pugnare, vel illa Medea testatur apud Ovidium, quae aiebat: »Video meliora proboque, deteriora sequor.«[1444] Atque ista eadem ratione apparet, affectus istos, ut putarunt Stoici, non esse cogitationes aut opiniones,[1445] cum istae actiones in cerebro consistant. Proinde reliquum est, si non sint in cerebro, vel in corde vel in epate ponantur. Non quidem epati queunt adscribi, quia illi affectus, qui eo spectant, iudicio et ratione haud regi queant ut fames, sitis, impetus ad procreationem.[1446] Potest quidem iudicium seu ratio imperare facultati moventi, ne cibum capiat, ne bibat, ne generet, at ne se prodat, ne incitet, perturbet ac extimulet,

Cor esse sedem affectuum.

Z. 3 collocaret] collocarit Z_2 20 vel in corde] ut vel in corde Z_2

[1441] *Vgl. Arist. part. an. 3,4, 666a 11–13 (Peck 236):* Ἔτι δ' αἱ κινήσεις τῶν ἡδέων καὶ τῶν λυπηρῶν καὶ ὅλως πάσης αἰσθήσεως ἐντεῦθεν ἀρχόμεναι φαίνονται καὶ πρὸς ταύτην [τὴν καρδίαν] περαίνουσαι.

[1442] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 76 a. 8 ad 4 (STO II 295):* Aliae vero potentiae sunt communes animae et corpori, unde talium potentiarum non oportet quod quaelibet sit in quocumque est anima; sed solum in illa parte corporis quae est proportionata ad talis potentiae operationem. *Thom. Aqu. STh Ia q. 77 a. 5 co. (STO II 296):* Quaedam vero operationes sunt animae, quae exercentur per organa corporalia; sicut visio per oculum, et auditus per aurem. Et simile est de omnibus aliis operationibus nutritivae et sensitivae partis.

[1443] *Vgl. Gal. part. 4,3 (GO III 269):* Αὐτὸ δὲ τὸ ἦπαρ, ἐπειδὰν αὐτὴν παραλάβῃ πρὸς τῶν ὑπηρετῶν ἤδη παρεσκευασμένην καὶ οἷον ὑπογραφήν τινα καὶ ἀμυδρὸν εἶδος αἵματος ἔχουσαν, ἐπάγει τέλεον αὐτῇ τὸν κόσμον εἰς αἵματος ἀκριβοῦς γένεσιν.

[1444] *Ov. met. 7,20f. (Anderson 147).*

[1445] *Vgl. Cic. tusc. 4,7,14 (King 342):* Sed omnes perturbationes iudicio censent [Stoici] fieri et opinione. – *HWP I 90f.*

[1446] *Vgl. Mel. eth. doctr. (PMO XVI 202):* Nam hi [fames et sitis] sunt naturales proprietates, sic conditae in natura nec reguntur consilio aut voluntate.

non potest efficere. Illi vero affectus, qui notitiam seu cognitionem sequuntur, ratione ac iudicio cohiberi queunt. Igitur non sunt eiusdem rationis cum iis, qui ponuntur in epate, quare ¦ non ad illam corporis 301 Z_2
partem, sed ad cor attinebunt. Atque cum ista sententia, quae (ut putamus) Aristotelis est, divinae literae faciunt, quae inquiunt: »Diligas Dominum Deum tuum toto corde, tota anima et omnibus viribus, offensiones eius metuas«[1447].

Quomodo affectus naturales ad cor pertineant.

Sed notandum famem, sitim quandoque accipi pro ipso defectu, quando sumus exhausti. At hoc modo a iudicio et ratione minime possunt regi, neque inde ortum habent. Sed is dolor, qui consequitur, ad cor attinet, cum prior exinanitio sit in organis, quae vegetanti facultati serviunt. Quo etiam ad affectus, qui sensum tactus consequuntur, duo sunt consideranda. Solutiones continui, dilacerationes et combustiones, illa fiunt in carnibus et nervis; dolores vero, qui sequuntur, sunt motus cordis. Neque praetereundum cor ipsum alios praeter affectus habere motus, nimirum pulsus,[1448] verum de illis in praesentia non est agendum, ideo redeo ad affectus. Quos | cum dixerimus cordis 331 Z_1

Affectus non sunt motus violenti.

motus, eos non credendum est esse violentos, cum ex ipsa natura principium habeant, oriuntur enim a cordis viribus. Sciendum tamen hunc esse naturae cursum, ut quae vehementiora sunt, noceant, imo vitient et corrumpant.[1449] Ut si nimia sit lux, perdit oculos, nimius calor nimiumque frigus animantia extinguunt, quae vero sunt moderata, prosunt et servant. Quod idem est de affectibus censendum: vehemens dolor, timor aut laetitia sunt noxia, cum vero adhibetur modus, permultas utilitates habent et commoda.

Iam de causa formali est satis dictum, docuimus enim motus esse cordis, qui sequantur notitiam sensuum aut cogitationem vel opinionem, qui tamen sint naturales, non violenti. Quid etiam de materia vel subiecto sit statuendum, ostendimus. Id modo superest, ut de efficienti causa dicamus. Illa vero est obiectum, quo sensus aut cogitatio movetur. Illud nempe bonum aut malum, sive praesens sive futurum, quod se offert. Est etiam causa efficiens vis cordis, quae illud statim

Causa efficiens affectuum.

Z. 11 cum] quum Z_2 17 est agendum] agendum Z_2 17 cum] quum Z_2 18 cum] quum Z_2

[1447] *Vgl. Mt 22,36.*

[1448] *Vgl. Mel. phil. mor. (PMO XVI 51):* Sed praeter affectus sunt alii duo motus cordis, pulsus arteriarum et παλμός seu palpitatio, prorsus distincti ab affectibus.

[1449] *Vgl. Mel. phil. mor. (PMO XVI 51):* Galenus quaerit, an sint [affectus] motus naturales aut violenti: et de mediocribus respondet esse motus naturales, id est quorum principium non prorsus advenit extrinsecus.

movet ad persequendum vel ad fugiendum, quod offertur. Verum inter obiectum et vim cordis excitatam media intercedit notitia, non enim ab obiecto vis cordis excitatur nisi per cognitionem.[1450] Ilico enim ut obiecta vel per sensum vel per cogitationem sunt apprehensa, spiritus, qui cognitioni serviunt, cor ipsum feriunt excitaturque vis cordis, unde vel ad fugam vel ad persequutionem movetur. Notandum tamen pro vario temperamento corporis, motum hunc cordis aut tardum aut celerem incitari, atque ob affectus in aliis fiunt vehementiores, in aliis vero languidiores. Humores calidi et sicci facile ac vehementer exuscitant, qui vero sunt frigidi et humidi, sunt aliquanto tardiores, a quibus est ne¦cesse, ut affectus nonnihil remissi proficiscantur.[1451] Deinde pro affectuum natura seu conditione humores moventur. In dolore seu timore atra bilis, in laetitia sanguis, in ira flava bilis excitatur.[1452] Motus deinde sunt aut contractionis aut profusionis. Quando quod obiectum offertur bonum fuerit, effundit sese cor ad excipiendum; sin vero malum fuerit, ad interiora se retrahunt humores.[1453] Hinc pallores in facie, hinc rubores, prout sanguis ad interiora refugit vel ad partes exteras sese effundit. Atque tantum de causis eorum dictum esto.

Quare affectus in aliis vehementiores aut languidiores.

302 Z_2

Nunc duo videnda restant. Primum hos affectus non esse vel cogitationes vel opiniones, ut Stoici senserunt.[1454] Deinde haud omnes ceu | vitiosos et malos accusandos. Primum demonstrari potest: facile in illis, qui naturales vocantur, ut fames est et sitis, affectus ii absque ulla cogitatione nos invadunt. Quis etiam cogitationem dixerit aut opinionem, cum affligimur solutione continui, nervorum dilaceratione aut flammae seu ignis combustione?[1455] Possunt et idem suadere στοργαὶ

An affectus sint opiniones.

332 Z_1

Z. 13 flava] stava Z_2

[1450] *Vgl. Mel. eth. doctr. (PMO XVI 203):* Talis enim natura cordis est, ut moveatur re monstrata per cognitionem. *Mel. anim. (PMO XIII 128):* Sunt autem causae [affectuum] obiecta et cor, sed cognitio obiectorum […] motum cordis antecedit.

[1451] *Vgl. Mel. anim. (PMO XIII 129):* Multum igitur refert, quale sit temperamentum corporis. Calidius et siccius celerius et vehementius incenditur ira.

[1452] *Vgl. Mel. phil. mor. (PMO XVI 52):* […] diversi humores diversis motibus serviant. In ira motus cordis ciet flavam bilem, in tristitia cordis motus ciet atram bilem […]. In timore sanguis recurrit ad cor.

[1453] *Vgl. Mel. anim. (PMO XIII 58):* […] estque [adfectus] totius cordis dilatatio ut in laeticia, qua cor sentit voluptatem seu suavitatem, vel compressio ut in moesticia, qua cor non sentit suavitatem, sed dolorem et torrefit ac destruitur.

[1454] *Vgl. Cic. tusc. 4,7,14 (King 342):* Sed omnes perturbationes iudicio censent [Stoici] fieri et opinione. – *HWP I 90f.*

[1455] *Vgl. Mel. anim. (PMO XIII 131f.):* Dolores sentiri in laceratione nervorum manifestum est […]. Dolor igitur ubique in nervis fit, cum obiecto contrario tanguntur. Non est igitur opinio in mente aut cerebro.

φυσικαί parentum in liberos, quae non modo in hominibus, verum et in brutis acerrimae sunt.[1456] Verum quia res clara est, non multum in ea iudico immorandum. Quoad secundum igitur nonnullos affectus vitium adiunctum habere non diffitebor, sed permultos bonos ostendam et illos, qui mali sunt, hominum culpa non sua natura malos esse. Potest primum interponi erroris vitium, non enim semper de obiectis, quae sese offerunt, bene iudicamus. Quod malum est, pro bono interdum accipitur, et quod est bonum, existimatur malum. Comitantur autem affectus haec animi iudicia, ut demonstravimus. Unde vitium a iudicio transit in affectum. Apostoli contumelias, quas pro Christi nomine patiebantur, ut sibi honorificas iudicabant, ideo laeti et gaudentes a concilio recedebant.[1457] E diverso, cum a filio pelleretur David e regno, dolebat, quia suam deiectionem videbat scandalo esse hominibus, qui sciebant, quid per prophetas Dominus Davidi promisisset.[1458] Suo deinde vitio ista videbat evenire atque cum haec mala essent, non poterat non dolere. Utrique David et apostoli de rebus obiectis recte iudicabant, licet diversis rationibus, quae accidebant, existimarent. Vani homines adulationes vera bona existimant ideoque illis delectantur. Alii rectius de illis statuunt, vident enim ludibria esse atque ob id aversantur. Gaudent boni solidis virtutibus, quia de illis recte iudicant. Alios videas eas odisse, cum iudicio corrupto laborent. Vitium itaque aut rectitudo affectuum provenit ex vera seu falsa rerum obiectarum existimatione. Non autem aequum est omnes affectus vitiosos dicere, quia multi homines abducti erro¦re, in pravos istos motus animi impingunt. Nam qui non errant, affectibus erroris non laeduntur. 303 Z_2

An omnes affectus sint vitiosi.

Affectus vitiosi sunt ex errore iudicii.

Aliud vitium est in affectibus non quidem ex errore, sed quia nonnulli sunt, qui rectae rationi adversantur ut cupiditas rerum alienarum, caedis, adulterii et consimilium. Hi debent affectus iure damnari, sed non propter eos est in universum sententia proferenda, | quoniam et alii sunt rectae rationi sanoque iudicio consentanei ut amor erga virtutes, odium vel irae contra peccata. Qui affectus rationi congruentes non tantum honesti sunt ac laudabiles, verum etiam vehementer utiles: 333 Z_1

Affectus vitiosi qui rectae rationi adversantur.

Affectus boni et laudabiles.

Z. 6 erroris vitium] error iudicii Z_2 8 existimatur] existimutur Z_2 15 cum] quum Z_2 23 existimatione] aestimatione Z_2 31 irae] ira Z_2

[1456] *Vgl. Mel. anim. (PMO XIII 132):* Postremo et hoc argumentum ostendit adfectus non esse opiniones, quia quidam adfectus seu inclinationes natura insunt animantibus sine deliberatione, ut στοργαὶ φυσικαί in parentibus erga sobolem.

[1457] *Apg 5,41* Et illi quidem ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

[1458] *2Sam 15,30.*

nam dati sunt ut calcaria quaedam ad bene vivendum.[1459] Non enim satis est nosse bona, sed ad illa oportet vehementer impelli. Sunt autem affectus ceu nervi, quorum contentione aut remissione, levius aut incitatius commovemur. Quis non videat illud esse verissimum, iracundiam esse cotem quandam fortitudinis?[1460] Admodum essemus ad actiones et quidem honestas ignavi, nisi adhiberentur haec incitamenta. Essemus ut navis in mari destituta vento.[1461] Quamobrem non est natura ipsa affectuum vitiosa, cum permulti sint valde utiles ac honesti. Certe Deus organa dedit istorum affectuum, adiecit humores, qui eis inserviant, et notitias, quas comitantur. Quare negari non possunt opera Dei et praesertim cum affectus huiusmodi lege sua exigat. Vult enim, ut Deum amemus, timeamus, ut diligamus proximos, ut servi dominos timeant, suntque refertae divinae literae huiusmodi praeceptis.[1462] Quare ἀπάθεια illa Stoicorum quamque Basilius[1463], Nazianzenus[1464] et huiusmodi patres interdum videntur praedicare, omnino est repudianda.[1465] Christus flevit,[1466] tristis fuit usque ad mortem,[1467] misericordia movebatur,[1468] quamobrem non fuit sine affectibus. Non ita-

Ἀπάθεια est repudianda.

[1459] *Vgl. Mel. phil. mor. (PMO XVI 52):* Non omnes affectus pugnare cum virtute, sed quosdam esse virtutum incunabula seu adminicula. Alii affectus sunt pugnantes cum ratione et lege Dei, ut appetere alterius fortunas. Tales motus sunt vitiosi.

[1460] *Cic. tusc. 4,19,43 (King 372):* Primum multis verbis iracundiam laudant [Peripatetici]: cotem fortitudinis esse dicunt.

[1461] *Vgl. Plut. mor. 452B (Babbitt et al. VI 82):* τῶν δὲ παθῶν παντάπασιν ἀναιρεθέντων, εἰ καὶ δυνατόν ἐστιν, ἐν πολλοῖς ἀργότερος ὁ λόγος καὶ ἀμβλύτερος, ὥσπερ κυβερνήτης πνεύματος ἐπιλείποντος.

[1462] *Mt 22,37–39* Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo et in tota anima tua et in tota mente tua. […] Diliges proximum tuum sicut te ipsum. *Eph 6,5* Servi, oboedite dominis carnalibus cum timore et tremore.

[1463] *Basilius (um 329/30–379), Asket und ab 370 Bischof von Cäsarea, zählt zusammen mit seinem Bruder Gregor von Nyssa und Gregor von Nazianz zu den sog. drei großen Kappadoziern. Neben Briefen, Homilien und asketischen Schriften verfasste er ein Werk gegen Eunomios, das »Hexaemeron« und eine Abhandlung über den Heiligen Geist. – TRE V 301–313; NP II 459–461; QP III 204–236.*

[1464] *Gregor von Nazianz (329/30–389/90), Asket und 380 kurzzeitig Patriarch von Konstantinopel, bekämpfte den Arianismus und prägte zusammen mit Basilius von Cäsarea und Gregor von Nyssa die Theologie, insbesondere die Gottes- und Trinitätslehre, seiner Zeit. – TRE XIV 164–173; NP IV 1214f.; QP III 236–254.*

[1465] *Vgl. Bas. gent. lib. 9 (Boulenger 57,70–74):* Πᾶν μὲν οὖν τοὐναντίον κολάζειν αὐτὸ καὶ κατέχειν, ὥσπερ θηρίου τὰς ὁρμάς, προσῆκε καὶ τοὺς ἀπ᾽ αὐτοῦ θορύβους ἐγγινομένους τῇ ψυχῇ οἱονεὶ μάστιγι τῷ λογισμῷ καθικνουμένους κοιμίζειν. *Greg. Naz. carm. 1,2,25 (PG XXXVII 814); carm. 2,1,24 (PG XXXVII 1284). Zur Präsenz stoischen Gedankengutes im Schrifttum des Gregor von Nazianz vgl. RAC XII 830–833.*

[1466] *Lk 19,41* Ut adpropinquavit, videns civitatem flevit super illam.

[1467] *Mt 26,38* Tunc ait [Christus] illis: Tristis est anima mea usque ad mortem.

[1468] *Mt 9,36* Videns autem turbas misertus est eis, quia erant vexati et iacentes sicut oves non habentes pastorem.

que perfectioni humanae affectus adversantur. Vitia quidem saepe accedunt corruptae naturae culpa, sed opera danda est, ut vitiosos affectus corrigamus, bonos autem et qui rationi sunt consentanei conformemus et instauremus. Quod fecisse legimus sanctos viros et pios heroas in utroque Testamento. Non quidem illi affectus ut duces sequebantur, sed illis ad virtutes et egregia facta, quae Deus imperabat, utebantur. Neque in sacris literis obscurum est heroicos illos viros fuisse divinitus percitos quibusdam vehementioribus affectibus.[1469]

Unde sit dissensio affectuum a ratione.

At dubium esse potest, unde viciosi excessus affectuum aut in aliquibus tanta dissensio a ratione, ut est cupiditas rerum alienarum, caedis, stupri, adulterii, quae nullo modo probari possunt, ortum habuerint. Ad quam quaestionem ex divinis literis facillimum est respondere: quia »per unum hominem«, id est ¦ per Adami lapsum, »peccatum intravit in mundum«[1470].[1471] Philosophi vero, qui hoc non intelligunt, ad temperamenta corporum et ad stellarum aspectus ac motus confugiunt. Sed ut res ipsa declarat, ex illis causis nequeunt perfecte rationem reddere. 304 Z_2

Quomodo affectus regi possint.

|Superest modo, ut videamus, quomodo ii affectus regi atque corrigi possint. Prima via civilis est per morales virtutes. Illae quippe redigunt eos ad mediocritatem et, si tantum spectaremus praesentem vitam, satis essent, at revera coram Deo non sunt satis neque ad eius tribunal ista civilis iustitia sufficit. Ideo alia est adhuc opus regula, nimirum divinarum literarum, quae nihil prosunt, nisi fide fuerint apprehensae. Regula ista duplex commodum secum affert. Primum est id, quod verae iustitiae deest, cum solum in morali statu sumus, non imputatur et ex plenitudine Christi complementum adscribitur. Deinde vires adduntur maiores ad resistendum cupiditatibus. Ac denique per fidem ipsae virtutum actiones et boni affectus referuntur in Deum sincere, quod absque fide minime fieri potest. Ideo in alienis hominibus a Christo ii moderati affectus, utut speciosi fuerint, peccata sunt, non quidem sua natura, sed nostro nativo vitio.[1472] Sumus enim ut infecta 334 Z_1

Z. 9 viciosi] vitiosi Z_2 15 ad stellarum] stellarum Z_2

[1469] *Vgl. etwa Ri 16,28–30.*

[1470] *Röm 5,12.*

[1471] *Vgl. Mel. phil. mor. (PMO XVI 54):* Huius discordiae causam sola doctrina christiana explicat, quae ostendit morbum originis, hoc est corruptionem naturae humanae, causam esse huius discordiae.

[1472] *Vgl. Mel. phil. mor. (PMO XVI 53):* Alios vero [affectus] divinitus inditos pollui contagio corruptionis, quae est in natura humana, ut in Alexandro sunt multi boni affectus et heroicae virtutes. Sed quia absunt timor Dei et fides, reliquae dotes non placent Deo.

dolia, quae vinum quamvis bonum in nos infusum corrumpimus. Proinde cum Deus omnis creaturae sit author nilque fecerit quod non sit bonum, neque substantias nudas nulloque adminiculo instructas condidit, sed cuique dedit propensiones et inclinationes ad ea, quae salubria et utilia sint, conficitur non solum naturas atque substantias esse bonas, verum etiam affectus a Deo illis insitos.[1473] Quamvis in hominibus impiis duo vitia haec, quae alioqui per se bona sunt, contrahant. Primum ob peccatum originis adeo natura corrupta est et debilitata, ut boni affectus non ita sint efficaces, ut esse deberent. Deinde non diriguntur in Deum, ut oportuit, sed potius ad voluptates et terrenas delectationes captandas. Unde videre licet quatuor hominum gradus. Primi sunt infimi, qui neque virtutibus moralibus neque pietate sunt praediti; in iis omnia videas perturbatione ac ἀταξία referta. Sunt alii deinde a pietate quidem adhuc alieni, sed tamen civiles, qui habitu quodam affectus ad mediocritatem utcunque revocarunt. Tertii sunt credentes in Christum, qui etsi peccato ut reliqui mortales non carent, illis tamen haud, quod peccant, imputatur. Quarto et extremo loco ii ponendi sunt, qui vel ab initio sunt a Deo conditi vel hinc solverunt et iam sunt cum Christo: ii utique vitiosos non habent affectus, neque prima neque secunda neque tertia de causa, verum illos omnino habent bonos, absolutos atque perfectos. Non tamen in natura sunt ulli affectus adeo corrupti, adeoque vitiosi, quin ibi videre liceat aliquid boni. In omnibus quippe aliquid institutionis divinae ap¦paret. Prima enim illa inchoatio vel (ut ita dixe|rim) facultas et vis harum qualitatum divinitus ortum habuit, sed ἀταξία vel imperfectionis vel obliquitatis, quae a peccato est, corrupit.

Hominum gradus quatuor.

In omnibus affectibus est aliquid boni.

Neque ii pravi affectus nocent ipsi tantum animae crassiori parti, verum etiam voluntati et rationi. Sic enim Deus revinxit et colligavit has animi vires, ut sibi mutuo inserviant, nempe ut affectus rationi pareant utque ratio affectus regat et moderetur ac motus cordis temperet.[1474] Ac secus agitur voluntatisque tanta infirmitas est, ut collata

Affectus pravi nocent voluntati et rationi.

Z. 2 nilque fecerit] nilque Z_2 19–20 neque prima] *om.* Z_2 29 nempe ut] nempe Z_2 31 Ac] At Z_2

[1473] *Vgl. Mel. anim. (PMO XIII 134):* Praeterea nihil a Deo conditum in natura hominum, suo genere malum est. Ut autem lumen in oculis a Deo conditum est, ita cordi insitae sunt στοργαί divinitus et quidem ideo insitae sunt, ut sint commonefactrices de dilectione Dei erga filium et erga nos. Non sunt igitur suo genere viciosae.

[1474] *Vgl. Mel. phil. mor. (PMO XVI 54):* Si enim natura hominis non esset corrupta vitio originis, omnes affectus obedirent legi Dei et iudicio recte rationis. Nam ad hanc obedientiam homines conditi sunt.

cum affectibus, videri possit puer, isque timidus, insidens equo ferocissimo. Proinde nostrae huius facultatis authores hunc sibi proposuere scopum, ut virtutibus affectus lenirent atque rationem imbecillem corroborarent.[1475]

In quibus animi partibus sint affectus.

Quae vero eae sint animi partes, quae vehementibus instructae affectibus rationem perturbent ac debilitent, Plato monstravit, qui primo loco ἡγεμονικόν statuit, inferius vero ἐπιθυμητικόν atque θυμοειδές. In iis itaque posterioribus animi partibus affectus collocantur.[1476] Has vero animi vires, ut antea dictum est, in capite, in epate atque corde arbitratus est.[1477] Aristoteles vero ut genus accepit ὀρεκτικόν, quod in tres partes diduxit ἐπιθυμίαν, θυμόν et βούλησιν.[1478] Quae partes, quoniam per sese patent, non opus est fusius explicare. Hoc tamen addam, iuxta rectum ordinem a facultate illa superiori, quae βούλησις est, inferiores appetitus debere moveri, gubernari et regi, ut sphaera suprema inferiores ducit, quemadmodum in 3. lib[ro] De anima scribitur.[1479] Et certe ita res habet. Inferiores vires, cum excitantur et ad aliquid faciundum impellunt, reguntur cogitatione et cogitatio a ratione. Ac experitur quilibet in seipso aliqua ratione naturali adhibita sedari commotos affectus, ceu venti ab Aeolo[1480] finguntur comprimi.[1481] Parent ergo in homine affectus ipsi voluntati, cum in brutis ad affectuum impulsum ilico actio consequatur; nostrae vero affectiones imperium voluntatis perpetuo expectant, nisi aliquod sese interposuerit impedimentum, ut in pueris et furiosis videmus evenire.[1482] Hic fortasse

Affectus parent voluntati.

Z. 10 arbitratus] esse arbitratus ζ_2 11 tres partes] partes ζ_2

[1475] *Vgl. Mel. phil. mor. (PMO XVI 55f.):* Addit [Aristoteles] aurigam seu gubernatorem, scilicet iudicium rationis, et iubet omnes ad mediocritatem revocari, ne vel omnino ex natura tollat appetitiones vel ipsi affectus erumpant extra metas.

[1476] *Plat. resp. IV 439d (Burnet IV ibid.):* Οὐ δὴ ἀλόγως, ἦν δ' ἐγώ, ἀξιώσομεν αὐτὰ διττά τε καὶ ἕτερα ἀλλήλων εἶναι, τὸ μὲν ᾧ λογίζεται λογιστικὸν προσαγορεύοντες τῆς ψυχῆς, τὸ δὲ ᾧ ἐρᾷ τε καὶ πεινῇ καὶ διψῇ καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἐπτόηται ἀλόγιστόν τε καὶ ἐπιθυμητικόν, πληρώσεών τινων καὶ ἡδονῶν ἑταῖρον. *Plat. resp. IV 441a (Burnet IV ibid.):* ἐν ψυχῇ τρίτον τοῦτό ἐστι τὸ θυμοειδές, ἐπίκουρον ὂν τῷ λογιστικῷ φύσει.

[1477] *Plat. Tim. 70a–71a (Burnet IV ibid.).*

[1478] *Arist. anim. 2,3, 414b 2 (Ross 31):* ὄρεξις μὲν γὰρ ἐπιθυμία καὶ θυμὸς καὶ βούλησις.

[1479] *Vgl. Arist. anim. 3,11, 434a 11–15 (Ross 83):* διὸ τὸ βουλευτικὸν οὐκ ἔχει ἡ ὄρεξις· νικᾷ δ' ἐνίοτε καὶ κινεῖ ὁτὲ μὲν αὕτη ἐκείνην, ὁτὲ δ' ἐκείνη ταύτην, ὥσπερ σφαῖρα ‹σφαῖραν›, ἡ ὄρεξις τὴν ὄρεξιν, ὅταν ἀκρασία γένηται· φύσει δὲ ἀεὶ ἡ ἄνω ἀρχικωτέρα καὶ κινεῖ.

[1480] *Aiolos, griechischer Gott der Winde. – NP I 344.*

[1481] *Vgl. Ov. met. 11,747f. (Anderson 276):* Ventos custodit et arcet Aeolus.

[1482] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 81 a. 3 co. (STO II 305):* In aliis enim animalibus statim

dixeris: in incontinentibus nonne videmus voluntate invita moveri affectus? Respondemus tumultuari quidem contra voluntatem, sed nihil efficere quo ad motum et actiones, nisi voluntas iusserit. Eam sane affectiones oppugnant et turbant et vincunt denique ac illam in suam
336 Z_1 traducunt sententiam, quae cum fuerit assensa et imperaverit, | sequuntur actiones, non utique quemadmodum ab initio decreverat, sed ut victa iusserit.

An voluntate invita moveatur affectus.

Sed arbitrati sunt aliqui vim cupientem et irascentem eandem esse, quia contraria pertinent ad eandem facultatem. Convenientia vero naturae quaeque illi nocent, contraria sunt. Ergo sunt obiecta eiusdem
306 Z_2 partis animi, ut album ¦ et nigrum visus, linea recta et obliqua eiusdem est scientiae, nempe matheseos, sanum et aegrotum medicinae.[1483] Ad hoc respondemus obiecta irascentis et cupientis facultatis non ita distingui per conveniens et noxium, sed utranque harum partium bonum et malum spectare, verum non eadem ratione. Quae concupiscit vis, in bonum et malum respicit absolute, nempe ut hoc assequatur et illud evitet. At nonnunquam interdum se interponunt impedimenta et corrumpentia, ita ut difficile sit hoc obtinere, vel illud effugere. Ibi se vis irascens exerit ad istas difficultates superandas, pugnat et impedimentis acriter resistit, quo vel apprehendamus bonum vel effugiamus malum, pro ut cupimus.[1484] Obiectum itaque facultatis irascentis est bonum et malum, ut difficile atque arduum sese offert.[1485] Spes maxime affectus est irascentis: nam fertur in bonum, sed absens, ad quod obtinendum,

An eadem sit vis cupiens et irascens.

ad appetitum concupiscibilis et irascibilis sequitur motus sicut ovis, timens lupum statim fugit, quia non est in eis aliquis superior appetitus qui repugnet. Sed homo non statim movetur secundum appetitum irascibilis et concupiscibilis; sed expectatur imperium voluntatis, quod est appetitus superior. In omnibus enim potentiis motivis ordinatis, secundum movens non movet nisi virtute primi moventis, unde appetitus inferior non sufficit movere, nisi appetitus superior consentiat.

[1483] *Vgl. Thom. Aqu. anim. 3,14,12 (STO IV 368):* Quod autem a quibusdam dicitur, quod irascibilis ordinatur ad fugam mali, nullam omnino habet rationem. Eadem enim est potentia contrariorum, sicut visus albi et nigri: unde bonum et malum non possunt diversificare potentiam appetitivam.

[1484] *Vgl. Thom. Aqu. anim. 3,14,10 (STO IV 367):* Appetitus autem qui sequuntur apprehensionem sensus, distinguuntur secundum diversam rationem boni apprehensi. Nam aliquid apprehensum per sensum, habet rationem boni appetibilis, inquantum est delectabile secundum sensum; et ad hoc bonum ordinatur concupiscibilis. Aliquid autem habet rationem boni et appetibilis, inquantum perficitur delectabilibus, quasi habens facultatem ad libitum utendi eis; et ad hoc ordinatur irascibilis, quae est quasi propugnatrix concupiscibilis.

[1485] *Vgl. Thom. Aqu. anim. 3,14,11 (STO IV 367f.):* Et propter hoc quidam dicunt, quod obiectum irascibilis est arduum. *Thom. Aqu. STh Ia-IIae q. 23 a. 1 co. (STO II 387):* Quaecumque vero passiones respiciunt bonum vel malum sub ratione ardui, prout est aliquid adipiscibile vel fugibile cum aliqua difficultate, pertinent ad irascibilem.

impedimentum est devorandum expectationis et impedimentorum vis et difficultas vincenda est.[1486] Quo autem ordine facultates eae inter se ordinentur, hinc apparet, quia irascentis impetus inchoat a cupiente et in eam desinit.[1487] Cum enim quispiam afficitur iniuria, tristatur; tristitiae vero affectus cupientis est facultatis. Malum hoc, quo tristatur laesus, ut evitetur, ira se interponit, quae ultione malum cupit depellere; ultio vero (ut omnes novimus) ardua est, sed cum perfecta fuerit, succedit laetitia, quae pertinet ad vim cupientem, atque ibi desinimus irasci. Vis itaque irascens tutatrix est et pugnax, et cupienti parti adversatur: illa enim labores et dolores refugit, haec superat, perfert ac ea invita subit, et quando earum altera suam actionem contendit, altera vicissim remittit. Qui depereunt vehementer mulieres, illis non irascuntur, et qui eis irati sunt, minus illarum cupiditate flagrant. Proinde obiectum irascibilis offendit cupientem partem, quoniam (uti iam diximus) labores et difficultates refugit, ad quae irascens occurrit, et sese paratum ad superandum exhibet. Neque obscurum est ex iis duabus animi viribus irascentem magis ad rationem accedere, illius enim adiutrix est ad salutaria consilia exe|quenda.[1488] Cupiens autem sensui 337 Z_1
propior est. Utque in re iam satis (ut existimo) perspicua exemplis agamus, audacia et metus huius animi partes sunt affectus: nam audacia bonum difficile affectat, metus vero malum refugit evitatu difficile: nam quae non urgent et facile possunt eludi mala, non metuimus. Haec de affectibus in universum, de quibus non solum philosophus moralis disputat, sed et naturalis et medicus et rhetor.

Quo ordine se habeant vis cupiens et irascens.

De affectibus quomodo agant rhetores.

Atque ut missis naturalibus philosophis et medicis de rhetoribus aliquid dicam. Illi, ut Aristoteles in 2. Rhetoricorum testatur, primum quidem curant, ut argumentis fidem faciant, ea vera esse, quae affirmant. Deinde animos et ¦ affectus iudicum audientiumque considerant. 307 Z_2
Id enim magnum habet ad causam pondus.[1489] Nam qui reum amant,

Z. 27 quidem] quidam z_2

[1486] *Vgl. Thom. Aqu. sent. III d. 26 q. 1 a. 2 co. (STO I 354):* [Spes est] de eo quod est possibile haberi, et tamen est difficile ad habendum, propter quod dicitur arduum. Unde patet quod spes, secundum quod est passio, est in irascibili.

[1487] *Vgl. Thom. Aqu. anim. 3,14,11 (STO IV 367):* Omnes passiones irascibilis incipiunt a passionibus concupiscibilis, et terminantur in eis. *Thom. Aqu. STh Ia q. 81 a. 2 co. (STO II 304).*

[1488] *Vgl. Plat. resp. IV 441a (Burnet IV ibid.):* ἐν ψυχῇ τρίτον τοῦτό ἐστι τὸ θυμοειδές, ἐπίκουρον ὂν τῷ λογιστικῷ φύσει.

[1489] *Arist. rhet. 2,1, 1377b 20–23 (Ross 69):* ἐπεὶ δὲ ἕνεκα κρίσεώς ἐστιν ἡ ῥητορική (καὶ γὰρ τὰς συμβουλὰς κρίνουσι καὶ ἡ δίκη κρίσις ἐστίν), ἀνάγκη μὴ μόνον πρὸς τὸν λόγον ὁρᾶν, ὅπως ἀποδεικτικὸς ἔσται καὶ πιστός, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ποιόν τινα καὶ τὸν κριτὴν κατασκευάζειν.

aut non peccasse aut quam minimum peccasse credunt, e diverso autem si oderint, aut non innocentem omnino esse aut maxime sontem apud se statuunt.[1490] Hos affectus nisi orator immutet, leniat aut in contrarium vertat, nihil prorsus efficiet. Docet itaque ibi Aristoteles tria esse attendenda. Primum qui nam sint proni ut hoc vel illo modo afficiantur. Secundo erga quos eiusmodi affectus induere soleant. Denique ob quas causas ita vel ita moveantur affectibus, quo iis cognitis possint facile inservire causae.[1491] Verum nonnulli sunt, qui arbitrentur non esse hoc iustum aut permittendum, ut in causis dicendis affectus moveantur, cum iudicum mentes in decernendo tranquillas esse oporteat, quod non fiet, si affectibus perturbentur artificiosa rhetorum oratione.[1492] Sed qui hoc dicunt, mihi non videntur affectuum naturam ab illorum usu distinguere, quia natura quidem affectionum bona est, licet usus interdum bonus, interdum malus sit.[1493] Gladii quoque, cum ferro constent, quod est Dei creatura bona, quandoque iusto, quandoque iniusto usui serviunt. Quid obsecro peccabit orator, si cum viderit in bona iustaque causa iudicem malo affectu erga reum inflammatum, orationis artificio illum demulceat, in contrarios affectus trahat, imo incitet eius cordis motus ad severiter iusteque decernendum? Hic certe nulla erit culpa, sed humani affectus ad finem illis praescriptam dirigentur. Sunt enim aliquando auditores et iudices, qui frigeant quibusque non fuerit satis ostendisse, quid agendum, nisi vehementiori affectu excitato eo pertrahantur. Illi sunt reprehendendi et coerceri debent, qui artificia orationis quo ad affectus commovendos eo dirigunt, ut
338 Z_1 animi iudicum | perturbentur et minus, quod sit iustum, videant; non tamen propter istorum pravitatem utile illud artificium est ex rebus

An liceat oratori movere affectus.

[1490] *Arist. rhet. 2,1, 1378a 1–3 (Ross 70):* τῷ μὲν γὰρ φιλοῦντι περὶ οὗ ποιεῖται τὴν κρίσιν ἢ οὐκ ἀδικεῖν ἢ μικρὰ δοκεῖ ἀδικεῖν, τῷ δὲ μισοῦντι τοὐναντίον.

[1491] *Arist. rhet. 2,1, 1378a 22–26 (Ross 71):* δεῖ δὲ διαιρεῖν περὶ ἕκαστον εἰς τρία, λέγω δ' οἷον περὶ ὀργῆς πῶς τε διακείμενοι ὀργίλοι εἰσί, καὶ τίσιν εἰώθασιν ὀργίζεσθαι, καὶ ἐπὶ ποίοις· εἰ γὰρ τὸ μὲν ἓν ἢ τὰ δύο ἔχοιμεν τούτων, ἅπαντα δὲ μή, ἀδύνατον ἂν εἴη τὴν ὀργὴν ἐμποιεῖν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων.

[1492] *Vgl. Arist. rhet. 1,1, 1354a 24–26 (Ross 1f.):* οὐ γὰρ δεῖ τὸν δικαστὴν διαστρέφειν εἰς ὀργὴν προάγοντας ἢ φθόνον ἢ ἔλεον· ὅμοιον γὰρ κἂν εἴ τις ᾧ μέλλει χρῆσθαι κανόνι, τοῦτον ποιήσειε στρεβλόν. *Plut. mor. 447E-F (Babbitt et al. VI 58):* διὸ τοὺς ῥήτορας ἐν ταῖς ἀριστοκρατίαις οἱ ἄρχοντες οὐκ ἐῶσι παθαίνεσθαι· ῥέπει γὰρ εὐθεῖαν ῥοπὴν ὁ ἀπαθὴς λογισμὸς ἐπὶ τὸ δίκαιον.

[1493] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia-IIae q. 24 a. 1 co. (STO II 388):* Si igitur secundum se considerentur [passiones animae], prout scilicet sunt motus quidam irrationalis appetitus, sic non est in eis bonum vel malum morale […]. Si autem considerentur secundum quod subiacent imperio rationis et voluntatis, sic est in eis bonum et malum morale.

humanis explodendum. Sacrae alioqui literae deberent accusari, quibus Dei Spiritus non solum, quae agenda sunt et quae cavenda, monet, sed affectus incitat, quo magis ad obediendum impellamur. Haec de ista re iam velim satis esse.

Quomodo haec cum divinis literis congruant.

Nunc superest ut, quae in isto capite sunt commemorata, demonstrem, ut divinis literis congruant utve ab illis dissentiant. Signum, primo inquit, virtutis adeptae aut nondum partae inde vult accipi a dolore ac voluptate. Qui laeto animo iusta faciunt vel temperata, illi iustitiam et temperantiam nacti sunt. Qui vero haec tristes faciunt, huiusmodi virtutibus carent. Divinae quoque literae indicant ea, quae recte aguntur, cum laetitia esse agenda et minus Deo placere, quae tristi animo fiunt. Deutero[nomio], cap[ite] 28. scribitur: »Eo, quod non servieris Domino Deo tuo cum laetitia«[1494] etc. Prius commemo¦raverat exe- 308 Z_2
crationes, cur autem illae inducendae in populum Israeliticum essent, verbis adductis monstratur. Proverb. 21.: »Gaudium iusto est facere iudicium«[1495]. 2. Cor. 9.: »Non ex tristitia vel ex necessitate«, nec non: »Hilarem datorem diligit Deus«[1496]. Et ad Romanos: »Qui miseretur in hilaritate«[1497]. Ad Philipp[enses]: »Gaudete in Domino semper, iterum dico: gaudete. Modestia vestra sit nota omnibus hominibus«[1498]. Et adeo perfectam virtutem charitatis in Evangelium Paulus adeptus erat, ut in eadem epistola diceret: »Sive per veritatem sive per occasionem annuncietur Christus, in hoc gaudeo et gaudebo«[1499]. Et ad Coloss[enses] 1.: »Gaudeo in passionibus meis pro vobis«[1500]. Et supplere se aiebat, quae deerant, passionum Christi in carne sua pro corpore Christi, quod est ecclesia.[1501] Et Petrus priore, cap[ite] 1.: »Communicantes passionibus Christi gaudete«[1502]. In Actis: »Ibant gaudentes a conspectu concilii«[1503]. Ad Gal[atas] 5. inter fructus Spiritus numeratur

Z. 22 et gaudebo] *om.* Z_2 23 se] *om.* Z_2 27 Gal[atas]] Galat[as] Z_2

[1494] *Dtn 28,47f.* Eo, quod non servieris Domino Deo tuo in gaudio cordisque laetitia propter rerum omnium abundantiam, servies inimico tuo, quem inmittet Dominus tibi, in fame et siti et nuditate et omnium penuria et ponet iugum ferreum super cervicem tuam, donec te conterat.

[1495] *Spr 21,15.*

[1496] *2Kor 9,7.*

[1497] *Röm 12,8.*

[1498] *Phil 4,4.*

[1499] *Phil 1,18.*

[1500] *Kol 1,24.*

[1501] *Kol 1,24* Adimpleo ea, quae desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.

[1502] *1Petr 4,13.*

[1503] *Apg 5,41.*

pax et gaudium.[1504] Iuvenis autem, qui adhuc pietatis virtute non erat ornatus, cum audivisset, quae Christus illi mandavit, abiit tristis.[1505] 2. Cor. 6.: »Quasi tristes, semper autem gaudentes«[1506]. Locus iste indicat esse quidem aliquam carnis tristitiam in retinenda pietate, sed tamen semper animi adesse gaudium, quia Spiritus Domini consolatur et laetitiam intimam parit. Inquit adhaec Aristoteles propter dolorem et voluptatem homines prava committere, nempe ut voluptatem assequantur et dolorem fugiant. Idem sancta scriptura docet, | quoniam 339 Z_1
Luc. 8. voluptates vocantur spinae, quibus verbum Domini praefocatur.[1507] Et ad Timoth[eum] posteriori: »Erunt homines postremis temporibus magis φιλήδονοι quam φιλόθεοι«[1508]. Atque Israelitae sequebantur Mosen, imo Dominum, inviti ad terram promissionis, ideo subinde obloquebantur et murmurabant.[1509] Multique reperiuntur, qui voluptatum nimia cupiditate atque horrore doloris nolunt resipiscere et ad Deum iusta poenitentia redire. Plato quoque in isto capite laudatur, qui propter insitam nobis voluptatem ab incunabulis censuit bene pueros educandos, ut rebus gauderent et dolerent, quae dignae gaudio vel tristitia essent.[1510] Pravitatem item istam sectandae voluptatis et doloris fugiendi et in summa, ut contra Deum quaeramus nostra, scribitur in Genesi nobis a prima pueritia esse innatam. Dicitur enim ab ipsa prima pueritia cor hominis esse pravum.[1511] Et Paulus de filiis in timore Domini educandis ad Philippenses et Colossenses pulchre docuit.[1512] Habuimus praeterea poenas esse medicinas, quod epistola ad Hebraeos non tacuit, ubi dicitur Deum illos, quos amat, corrigere ac castigare.[1513] Nec non Deus plagis Iudaeos ad se frequentissime revo-

Z. 2 cum] quum Z_2 3 Cor.] Corint. Z_2 3 autem] aut Z_1

[1504] *Gal 5,22f.* Fructus autem Spiritus est caritas, gaudium, pax, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia.

[1505] *Mt 19,22* Cum audisset autem adulescens verbum, abiit tristis.

[1506] *2Kor 6,10.*

[1507] *Lk 8,14* Quod autem in spinis cecidit, hii sunt, qui audierunt et a sollicitudinibus et divitiis et voluptatibus vitae euntes suffocantur et non referunt fructum.

[1508] *2Tim 3,4* Voluptatum amatores magis quam Dei.

[1509] *Vgl. Ex 16,2* Murmuravit omnis congregatio filiorum Israhel contra Mosen et contra Aaron in solitudine.

[1510] *Vgl. Arist. eth. Nic. 2,3, 1104b 11–13 (Bywater 27).*

[1511] *Gen 8,21* Sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adulescentia sua.

[1512] *Vgl. Eph 6,4* Patres, […] educate illos [liberos vestros] in disciplina et correptione Domini. *Kol 3,21* Patres, nolite ad indignationem provocare filios vestros, ut non pusillo animo fiant.

[1513] *Hebr 12,6* Quem enim diligit Dominus, castigat.

cavit.[1514] Iudiciaque incipit a domo sua, quae non effundit in electos, quasi eos prae caeteris oderit, sed ut in viam revocentur aut per illorum flagella corrigantur alii. ¦ Scripsit ad haec Aristoteles esse perdifficile voluptates a nobis ipsis extrudere, quod nobis innatae sint et nobiscum creverint. Quod cum ita sit, merito Christus praedicabat sui abnegationem et mortificationem veteris hominis.[1515] Et adeo voluit istas cupiditates pravas et corruptas a nobis eradicatas, ut lege non tantum prohibuerit, ut declaratur in Matthaeo, externi actus peccatum, sed etiam animi perversos impulsus. Nam illos, qui viderint seu aspexerint ad concupiscendum alienam mulierem, iam dicit moechatos in corde suo.[1516] Vult itaque reprimi damnatarum voluptatum non solum actiones, verum sensus et animi deliberationes atque motus. 309 Z_2

Caput IIII

1105a 17–21 *Dubitaverit forte quispiam, quomodo dicamus oportere iusta facientes effici iustos ac temperata temperantes. Si enim iusta fa|ciunt, iam sunt iusti ac temperati, quemadmodum, qui grammatica et musica faciunt, grammatici et musici.* [211*] ‹II,3› 340 Z_1

Methodus et partes huius capitis. Disputabatur ab initio libri huius, quo pacto virtutes acquirerentur, et dictum est inter caetera id fieri frequenti usu bonarum actionum. Quod, cum usque adeo clarum non sit, nunc tractat. Suo loco id non facit, quod multa inciderint magis necessaria dictu. Nunc id repetit et primo loco dubitationem interponit. Deinde eam dissolvit. Tertio demum opinionem a vero alienam removet.

[211*] *AG* Ἀπορήσειε δ' ἄν τις πῶς λέγομεν ὅτι δεῖ τὰ μὲν δίκαια πράττοντας δικαίους γίνεσθαι, τὰ δὲ σώφρονα σώφρονας· εἰ γὰρ πράττουσι τὰ δίκαια καὶ σώφρονα, ἤδη εἰσὶ δίκαιοι καὶ σώφρονες, ὥσπερ εἰ τὰ γραμματικὰ καὶ τὰ μουσικά, γραμματικοὶ καὶ μουσικοί· – *AL* Queret autem utique aliquis qualiter dicimus quoniam oportet quidem iusta operantes iustos fieri, temperata autem temperatos. Si enim operantur iusta et temperata, iam sunt iusti et temperati, quemadmodum si gramatica et musica, gramatici et musici.

[1514] *Vgl. Num 21,1–10; Ri 10,6–16; 1Kön 8,33–50.*

[1515] *Vgl. Mt 4,17* Coepit Iesus praedicare et dicere: Paenitentiam agite. *Kol 3,5–9* Mortificate ergo membra vestra […] expoliantes vos veterem hominem cum actibus eius.

[1516] *Mt 5,28* Ego autem dico vobis, quoniam omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo.

Dubitatio inde oritur, quod iusti putantur esse, qui faciunt iusta, et temperantes, qui temperata faciunt. Quod si iusti sunt, quare iustitiam quaerant, cum eam sint assequuti? Probaturque hoc, quod obiicitur, artium similitudine. Prius enim videtur ars in animo haberi, quam eius artificium queat produci. Quare sic isti putant de virtutibus esse statuendum, ut antea, quam illarum opera fiant, in animo praesint. A iustitia et temperantia sumit exempla, quod eae virtutes prae caeteris conspicuae sint et illustres et nemo ignorat exempla quam maxime oportere conspicua esse.[1517] Argumentum vero, quod obiicitur, est a simili, ac si diceretur:

> Sicuti se habent virtutes ad sua opera, ita et virtutes ad suas actiones.
> 310 z_2 ¦ At artes prius adsunt quam sua edantur opera.
> Igitur et virtutes antecedunt suas actiones.[1518]

Duplex autem ratio est diluendi similium argumenta. Una, quando negatur id esse in simili, quod adversarii in eo sumunt inesse. Altera, quando non consentimus esse similia, quae ut similia proferuntur.[1519] Prima igitur diluendi utitur ratione ab initio, cum inquit:

> *An vero ne in artibus quidem sic est. Etenim usuvenit, ut aliquis fortuito aut aliquo suggerente nonnihil grammaticum faciat. Tum vero grammaticus erit, si et grammaticum aliquid et grammatice fecerit, hoc est ex ea, quae in eo grammatica fuerit.* [212*] 1105a 21–26

Z. 1 inde oritur] oritur $\tilde{z}_2$ 3 cum] quum $\tilde{z}_2$

[212*] *AG* ἢ οὐδ' ἐπὶ τῶν τεχνῶν οὕτως ἔχει; ἐνδέχεται γὰρ γραμματικόν τι ποιῆσαι καὶ ἀπὸ τύχης καὶ ἄλλου ὑποθεμένου· τότε οὖν ἔσται γραμματικός, ἐὰν καὶ γραμματικόν τι ποιήσῃ καὶ γραμματικῶς· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ γραμματικήν· – *AL* Vel neque in artibus ita habet. Contingit enim gramaticum quid facere et a casu et alio supposito; tunc igitur gramaticus, si gramaticum quid faciat et gramatice; hoc autem est secundum eam que in ipso gramaticam.

[1517] *Vgl. Streb. eth. 73r:* Exempla ab iusto et moderato cur potius sumuntur? […] In virtutibus moris nihil est magis commune magisque populare quam iustitia; nihil, quod latius pateat quodque magis appareat quam temperantia. […] Quum debeat explicari difficilia per ea, quae sunt faciliora, et ignota per notiora, non sunt aliae virtutes aut faciliores aut notiores.

[1518] *Die vorliegende Argumentation leitet sich vom* locus a comparatis *bzw.* a similibus *her, vgl. Agric. inv. 1,24 (Mundt 146,46–52).*

[1519] *Vgl. Streb. eth. 72v:* Argumentum ex similium collatione duobus modis refelli potest, aut si dicas non esse in eo, quod simile adducitur id, quod vult adversarius; aut si similia esse neges.

Dissolutio haec interemptione minoris constat. Artes enim ita com|paratas esse, ut prius adsint, quam earum opus edatur, negat. Et instantiam profert. Sic enim solet universalis propositio everti per instantiam. Fieri enim potest, ut quispiam aliquid loquatur aut scribat, quod revera grammaticum est, nam qui grammaticus esset, ita loqueretur aut scriberet. At is casu sic agit aut alio suggerente neque rationem aut causam ullam suae loquutionis aut scripturae posset reddere, quod non est ex habitu agere. Fortunam et alienam suggestionem recte opponit habitui artis, quia neque in fortuitis neque in iis, quae tantum alio submonente facimus, possumus operis aut facti rationes reddere. 341 Z_1

1105a 26–1105b 3

Adde in artibus et virtutibus non similem esse rationem. Nam quae ab artibus fiunt, perfectionem in seipsis habent. Quare satis est sic effici, ut certo quodam modo se habeant. At quae per virtutes aguntur, licet certo quodammodo se habeant, non tamen vel iuste ilico vel temperanter fiunt. Sed tamen quando is, qui agit, certo quodammodo se habet, primo si sciens, deinde si ex delectu, ita ut propter ipsa deligat, quae facit, tertio si, qui agit, constanter et immobiliter se habeat. Haec autem praeter i¦psam scientiam non iis adnumerant, quae ad exercendas alias artes faciunt. Ad virtutes quidem scientia ipsa vel parum vel nihil valet. In caeteris vero non parva, sed omnis est facultas. [213*] 311 Z_2

Virtutum et artium in operando discrimen.

Hic alter affertur diluendi modus et negatur maior, quod non similis ratio sit de artibus et scientiis. Et discrimen ostenditur, quia opera, quae ab artibus eduntur, satis absoluta sunt, cum suas qualitates, formas et proprietates fuerint assequuta. Neque spectatur quo pacto artifex animo sit affectus, modo gladius commode stringi possit, apte incidat et sit firmus, est satis. Ac sufficit medicinae, si queat purgare

[213*] *AG* ἔτι οὐδ' ὅμοιόν ἐστιν ἐπί τε τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἀρετῶν· τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γινόμενα τὸ εὖ ἔχει ἐν αὐτοῖς· ἀρκεῖ οὖν ταῦτά πως ἔχοντα γενέσθαι· τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς γινόμενα οὐκ ἐὰν αὐτά πως ἔχῃ, δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεται, ἀλλὰ καὶ ἐὰν ὁ πράττων πῶς ἔχων πράττῃ, πρῶτον μὲν ἐὰν εἰδώς, ἔπειτ' ἐὰν προαιρούμενος, καὶ προαιρούμενος δι' αὐτά, τὸ δὲ τρίτον ἐὰν καὶ βεβαίως καὶ ἀμετακινήτως ἔχων πράττῃ· ταῦτα δὲ πρὸς μὲν τὸ τὰς ἄλλας τέχνας ἔχειν οὐ συναριθμεῖται, πλὴν αὐτὸ τὸ εἰδέναι· πρὸς δὲ τὸ τὰς ἀρετὰς τὸ μὲν εἰδέναι οὐδὲν ἢ μικρὸν ἰσχύει, τὰ δ' ἄλλα οὐ μικρόν – *AL* Adhuc autem neque simile est in artibus et in virtutibus. Que enim ab artibus fiunt, bene habent in eis; sufficit igitur hec qualiter habencia fieri; que autem secundum virtutes fiunt, neque si hec qualiter habeant, iuste vel temperate operata sunt, set et si operans qualiter habens operetur; primum quidem si sciens, deinde si eligens, et eligens propter hec, tercium autem et si firme et inmobiliter habeat et operetur. Hec autem ad alias quidem artes habere non connumerant, preter ipsum scire. Ad virtutes autem scire quidem parum aut nichil potest, alia autem est non parum.

342 Z_1 (~~332~~) aut male affectis partibus corporis subvenire. De animo vero et | voluntate fabri aut seplasiarii, nemo est sollicitus, qui haec sibi comparat.[1520] In actionibus virtutum non similiter usuvenit. Nam tametsi ad mediocritatem perveniant, sint officiosa et certas quasdam in sese habeant qualitates, non tamen ob id vel temperanter vel iuste fiunt. Quandoquidem in eo, qui agit, ut sit iustus et temperans, tria exiguntur. Primum, ut non agat fortuito seu temere, ut qui bene alicui facit probo viro, sed casu, quia illum probum esse ac bonum ignoravit. Agat praeterea ex delectu et, quae facienda suscipit, non propter extremum alienumque finem deligat. Sunt quippe nonnulli, qui cuipiam bene faciant non sane hoc nomine, quod eo genere officii delectentur, sed quod ea via quaerunt maiora et plura lucrari, quam dederint. Exigitur postremo ut constanti et firma voluntate quae bona et recta sunt agantur. Quod illi sane haud praestant, qui parati sunt eundem hominem sive pravus sit sive bonus odisse et amare, ut sibi commodius fuerit. Cicero Clodium[1521] quandoque amavit, quandoque odio habuit, cum tamen ille perpetuo fuerit malus.[1522] Infinita sane illorum exempla sunt, qui iusta fecerunt, cum ipsi iusti non essent. Spurius Melius curabat summa diligentia frumentum populo Romano, cum annona esset difficilis, verum non propter seipsum bonum publicum amavit, sed quia imperium affectabat.[1523] Iusta ergo faciebat, sed non iuste. Catilina quoque tolerans fuit laborum, famis et sitis, et multa saepe faciebat, quae potuisset quivis laudare; at non iuste agebat, cum sibi corruptissimam finem praestituisset.[1524] David numeravit populum, quod potuisset recte fieri. Sed quoniam animo non sincero fecit, idcirco et reprehenditur a Deo et punitur.[1525] Nebucadnezar[1526] evertens Iudae-

Ut aliquid ex virtute fiat tria requiruntur.

Z. 11 sed] sed sed Z_1

[1520] *Vgl. Streb. eth. 74r:* Num, si quod est perfectum ut tabula pictoris eximii, quaeritur, quo delectu, qua voluntate, ad quem finem perfecerit? Nequaquam. Opus enim modo spectatur et ars, hoc satis est.

[1521] *Publius Pulcher Clodius (um 93–52 v. Chr.), römischer Politiker, 59 v. Chr. Volkstribun, Gegenspieler Ciceros. – NP III 37–39.*

[1522] *Plut. vit. Cic. 29 (Flacelière/Chambry XII 98–100).*

[1523] *Zu Spurius Maelius, einer legendenhaften Gestalt der frühen römischen Republik, vgl. Liv. 4,13,1–4 (Conway/Walters I ibid.).*

[1524] *Vgl. Sall. Catil. 5,1–3 (Reynolds 7,26–31):* L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo pravoque. […] Corpus patiens inediae algoris vigiliae, supra quam quoiquam credibile est. *Die Beispiele von Spurius Maelius und Catilina werden auch von Streb. eth. 74r genannt.*

[1525] *2Sam 24,10–15.*

[1526] *Nebukadnezar (Nabû-kudurri-usur) II., 605–562 v. Chr. neubabylonischer König. Unter seiner Herrschaft wurde 597 und 587/86 Jerusalem erobert. – NP VIII 780.*

am Hebraeis iustas poenas irrogavit, non tamen iuste, cum ipse inde tantum quaereret, ut suo animo satisfaceret ambitioso.[1527] Ex illis tribus, quae ad actiones virtutum exigun¦tur, unum tantum requirunt 312 Z_2
artes, nimirum scientiam. Illum enim, qui operatur ex arte, scire oportet, quid agat, et rationem tenere, quantum satis est, eorum, quae facit. At istud in actionibus moralibus minimum est, nam permulti sunt, qui noverunt et causas virtutum atque bonarum actionum tenent, non tamen volunt recte vivere, imo sunt pravi et perditissimi. Scientia parum aut nihil valet ad virtutes. Nam ea in artificibus est magna, in mathematicis et physicis admiranda, quae nihilominus illis non elargitur virtutum moralium actiones.

Hic tamen diligenter attendendum est non loqui Aristotelem de | 343 Z_1
scientia seu notitia seorsim. Ita enim res est praeclara et magnis laudibus praedicanda. Sed illam adducit, qua spectat ad morales virtutes, eiusque vim parvam esse scribit.[1528] Nam facile est nosse temperantiam in eo sitam esse, ut voluptates cibi et potus et veneris frenentur, non tamen hoc praestare facile fuerit.[1529] Neque praetermittendum est sermonem hoc loco de virtutibus moralibus institutum, non autem de prudentia et aliis facultatibus ad mentem seu rationem pertinentibus. Eo spectant morales virtutes ut boni efficiamur, quod ipsa scientia seorsim accepta non proprie curat.[1530]

Scientiae est vis parva quoad morales virtutes.

Tria vero illa, quae iam recensuit Aristoteles ad virtutum moralium actiones necessaria, ita se habent: scientia pertinet ad mentem seu rationem, delectus ad appetitum, constantia vero et immobilitas ad habitum etc. Cum autem inquit: *Reliqua non parum, sed totum possunt*, accipias dicta haec ex collatione, quia simpliciter vera non essent. Ista enim reliqua duo, nempe agere cum delectu et constanter, non ita omnia possunt in moralibus virtutibus, ut absque notitia illas perficiant. At scientia in hoc negocio tam parvi momenti est, ut prae illis dicantur reliqua posse totum.

[1527] *Vgl. 2Kön 24,1 f.*

[1528] *Vgl. Streb. eth. 75r:* Si dicas omnem cognitionem ad virtutes nihil valere, falsa dicas […]. Si confirmes eam scientiam labore quaesitam, quali praediti sunt artifices et docti, nihil aut parum iuvare virtutes, eadem (ut opinor), quae philosophus, affirmes.

[1529] *Vgl. Streb. eth. 75r:* Ut temperate vivas, parum est scire frenandas esse corporis voluptates, multum est moderationem deligere, semper exercere, in ea firmo et stabili animo perseverare.

[1530] *Vgl. Streb. eth. 75r:* Ne quis autem mihi contradicat, quod aliud ante dixerim de scientia, quum de prudentia ageretur; hic loquimur de virtute morali, non de ea, quae rationis est, ad quam scientia plurimum valet.

Quae quidem ex actione frequenti rerum iustarum et temperaturam convalescunt. [214*] 1105b 3–5

Duo ista, quae (ut dictum est) ad virtutes comparandas plurimum valent et propter quae iusti dicimur et temperantes, ex frequentibus actionibus iustarum rerum et temperatarum corroborantur. Atque ita virtutes acquiruntur, quando principia earum fuerint comparata.

Iusta igitur et temperata dicuntur, cum talia fiunt, qualia iustus et temperatus 1105b 5–12
313 Z_2 *faceret. Iustus vero ac ¦ temperatus est non qui haec agit, sed qui certo modo agit, nempe ut iusti atque temperati faciunt. Recte itaque dicitur eum, qui agit iusta, iustum fieri, et qui temperata, temperantem. Ex istis vero praetermittendis nullus unquam futurus est probus.* [215*]

Saepius mentionem facit iustarum ac temperatarum actionum, at nunc
344 Z_1 definit, quae nam iusta vel temperata dicat, nempe illa, quae | iusti et temperantes facerent. Quae talia sunt, ea sic nominantur, at non qui haec faceret, statim iustus aut temperans dicetur, sed quisquis certo quodam modo ea fecerit, nimirum quemadmodum iusti ac temperantes facerent, nempe tribus illis, quas antea numeravimus conditionibus. Proinde sunt tres hominum gradus aut genera. Quidam enim adeo Hominum tria genera. perditi sunt, ut nihil iusti aut temperati aut probi unquam faciant. Alii faciunt quidem, at non sunt iusti aut temperati. Postremi vero et recta faciunt et ex virtute faciunt. Proinde recte ab initio dictum fuit homines iusta faciendo effici iustos, quoniam ex illis frequentibus actionibus ad bonos laudabilesque habitus pervenitur.

Z. 1 temperaturam] temperatarum Z_2

[214*] *AG* ἀλλὰ τὸ πᾶν δύναται, ἅπερ ἐκ τοῦ πολλάκις πράττειν τὰ δίκαια καὶ σώφρονα περιγίνεται· – *AL* Set omnia possunt que ex multociens operari iusta et temperata adveniunt.

[215*] *AG* τὰ μὲν οὖν πράγματα δίκαια καὶ σώφρονα λέγεται, ὅταν ᾖ τοιαῦτα οἷα ἂν ὁ δίκαιος ἢ ὁ σώφρων πράξειεν· δίκαιος δὲ καὶ σώφρων ἐστὶν οὐχ ὁ ταῦτα πράττων, ἀλλὰ καὶ [ὁ] οὕτω πράττων ὡς οἱ δίκαιοι καὶ σώφρονες πράττουσιν· εὖ οὖν λέγεται ὅτι ἐκ τοῦ τὰ δίκαια πράττειν ὁ δίκαιος γίνεται καὶ ἐκ τοῦ τὰ σώφρονα ὁ σώφρων· ἐκ δὲ τοῦ μὴ πράττειν ταῦτα οὐδεὶς ἂν οὐδὲ μελλήσειε γίνεσθαι ἀγαθός· – *AL* Res quidem igitur iuste et temperate dicuntur quando sunt tales quales utique iustus et temperatus operabitur. Iustus autem et temperatus est non qui hec operatur, set et qui sic operatur ut iusti et temperati operantur. Bene igitur dicitur quoniam ex iusta operari iustus fit, et ex temperata temperatus; ex non operari autem hec, nullus utique neque curabit fieri bonus.

1105b 12–18 *Sed haec plerique non faciunt. Ad sermones autem confugientes se philosophari et bonos fore arbitrantur, aegrotorum illorum similes, qui medicos utique studiose audiunt, sed nihil eorum, quae imperantur, faciunt. Utque ii corpore non bene habebunt, ita, qui sic philosophantur, animo non convalescent.* [216*]

Quid plerunque accidat, adeo apertis verbis expressit, ut explanatione minime sit opus. Pertinet autem, quod modo agitur, ad tertiam huius capitis partem. Nam explodit atque taxat hoc loco nonnullorum perversam opinionem, qui solum verbis ac nomine philosophiam sibi vendicabant. Et argumento a simili eam damnat.

Id modo tantum superest, ut, quae dubia sunt in isto capite, proferam et dissolvam. Primum, cum tria memorasset, quae ad id exiguntur, ut quis iustus et temperans sit, ait: *Haec autem ad exercendum vel habendum alias artes non requiruntur.* His verbis innuit virtutes esse artes. Re¦spondetur non esse quidem virtutes morales artes, attamen in genere habitus cum illis convenire. Conferuntur itaque virtutes istae cum artibus, qua tam istae quam illae sunt habitus.[1531]

An virtutes sint artes.

314 Z_2

An artes careant virtute morali.

Deinde, cum ista inquit ab artibus non exigi, an artes ipsas exspoliat prorsus omni rectitudine morali? Artem quidem privat, sed non artificem. Nam quod attinet ad artem, illa perficiet opus, quamvis non sit in animo artificis cum virtute coniuncta. Artifex attamen | ea, quae facit, iusto et recto animo facere debet, illa nempe instituens ad reipub[licae] utilitatem et utentium commoda, sed tamen ista praestabit, non qua artifex, sed qua probus est vir. Unde bonitas artis et moris, ut distincta est, ita debet seorsim spectari. Verum dixeris: imo ad artem ipsam probitas moris exigitur. Si enim perturbato sit animo artifex, facile aut perdetur aut minus bonum suum opus efficiet. Sed ad componendum animum virtus moralis est necessaria. Ergo debet arti omnino adiungi. Fateor animo perturbato interdum opus artificis corrum-

345 Z_1

[216*] *AG* ἀλλ᾽ οἱ πολλοὶ ταῦτα μὲν οὐ πράττουσιν, ἐπὶ δὲ τὸν λόγον καταφεύγοντες οἴονται φιλοσοφεῖν καὶ οὕτως ἔσεσθαι σπουδαῖοι, ὅμοιόν τι ποιοῦντες τοῖς κάμνουσιν, οἳ τῶν ἰατρῶν ἀκούουσι μὲν ἐπιμελῶς, ποιοῦσι δ᾽ οὐδὲν τῶν προσταττομένων· ὥσπερ οὖν οὐδ᾽ ἐκεῖνοι εὖ ἕξουσι τὸ σῶμα οὕτω θεραπευόμενοι, οὐδ᾽ οὗτοι τὴν ψυχὴν οὕτω φιλοσοφοῦντες· – *AL* Set multi hec quidem non operantur, ad racionem autem fugientes existimant philosophari et sic forte studiosi, et simile aliquid facientes laborantibus qui medicos audiunt quidem studiose, faciunt autem nichil horum que precepta sunt; quemadmodum igitur neque illi bene habebunt corpus it curati, neque isti animam ita philosophantes.

[1531] *Vgl. Streb. eth. 74v:* Quum dicit igitur alias artes, hoc est quum virtutes ponit in artium genere, aut significat scientiam virtutis esse […] aut artes dicit habitus quosdam. Nam quemadmodum virtutes sunt habitus, ita et omnes artes.

pi, sed hoc est casu, vel (ut scholae loquuntur) per accidens; in doctrina vero, per se quae sunt, traduntur. Non autem hoc est perpetuo, ut artifices turbato sint animo, ideoque absque virtute morali poterunt bene operari, nempe cum fuerint animo tranquillo. Neque solum per virtutes morales animus redditur serenus, quia fieri potest, ut id vel tempore impetretur vel rationis imperio, cum tamen adhuc virtus moralis non sit acquisita.

An iustus queat mutari.

Quodque habetur, iustum et temperantem operari oportere constanter et animo immobili, non sic est accipiendum, quasi non queat iustus et temperans mutari, et quidem in habitus contrarios. Nam ut ratio imperando actus iustos et temperatos habitum iustitiae ac temperantiae inducit, ita, si praecipiat vel ex ignoratione vel ex cupiditatum vehementia iniustas et intemperatas actiones idque frequenter faciat, non solum priores nobiles et boni habitus delebuntur, sed contrarii inducentur. Verum id intelligitur ex collatione ad illum, qui habitu careat semperque in agendo sit varius absque ulla constantia.

Quare parum tribuat notitiae quoad morales virtutes.

Dubitamus etiam quomodo tam parum Aristoteles videatur notitiae tribuere quo ad morales virtutes, cum tamen prudentia, quae in notitia sita est, virtutum moralium sit rectrix, moderatrix et gubernatrix. Ad hoc respondetur prudentiam notitiam quidem comprehendere, sed non simplicem ac puram, verum illam, quae ab appetitu pendeat tum superiori tum inferiori. Non solum enim ad prudentiam pertinet consulere de iis, quae ad finem sunt, verum consultatione conclusa imperare et quidem efficaciter, ut ¦ hoc vel illud fiat. Non tantum enim concludit hoc aut illud faciundum, sed imperat ut fiat, quod non potest fieri sine voluntate eaque non ad id adduceretur, nisi appetitus inferior utcunque domitus esset. Proinde | quae modo tradit Aristoteles, non de prudentia, sed simplici notitia sunt intelligenda, ut si quis librum Ethices contemplatione quadam teneret.

315 Z_2

346 Z_1

Quare non meminerit circumstantiarum, quae ad hoc requiruntur, ut quis iustus sit.

Praeterea mirum videtur, cum ad virtutes morales vel ad id, ut quispiam iustus et temperans dicatur, etiam circumstantiae nimirum loci, temporis et aliarum huiusmodi rerum exigantur, quare Aristoteles modo solum illorum trium, quae commemoravimus, meminerit. Ad id dicimus, quia circumstantiae ad actionem ipsam potius videntur spectare quam ad animum, ideo non est de illis loquutus. Verum ista solum tria recensuit, ut quae ad personam magis quam ad actionem pertineant.[1532]

[1532] *Vgl. Streb. eth. 74v:* Non omnia numeravit [Aristoteles], sed ea tantum, quae ratione personarum continentur.

Quomodo haec cum sacris literis congruant.

Iam id superest, ut, quae in isto capite habuimus, videamus, an cum divinis literis congruant. Primum inquit posse illos, qui non sunt musici et grammatici, musica et grammatica facere. Idem ostendi superius de Davide numerante populum et Nebucadnezar affligente Israelitas.[1533] Possumque modo istud idem confirmare, quod Pharao et Nebucadnezar prophetica somnia viderint, quamvis ipsis prophetae non fuerint.[1534] Et Caiaphas propheticum edit oraculum, cum tamen ipse propheta non esset.[1535] Utque illi vere iusti sunt et grammatici, qui ex habitu agunt, ita hi vere pii sunt et sancti placentque Deo, qui Spiritu Dei ad recte agendum incitantur. Tria praeterea illa, quae Aristoteles exigit, ut civiliter quispiam sit iustus et temperans, divinae quoque literae postulant. Primum oportet, ut non casu sed prudentes agamus. Nam ad Romanos habetur, 12. cap[ite]: »Ut probetis, quae sit voluntas Dei bona, beneplacens et perfecta«[1536]. Et ad Ephes[ios]: »Propterea ne sitis imprudentes, sed intelligentes, quae sit voluntas Domini«[1537]. Alterum, ut cum delectu agamus et actiones bonas propter seipsas et felicitatem, ad quam natura sua sunt institutae, non autem propter extraneas fines expetamus, divina scriptura monstrat. Cum Dominus dixerit Ioan. 6. quosdam se ideo sequutos, ut panibus vescerentur.[1538] Constantiam quoque animi in recte agendo exigit Deus, cum illi πρόσκαιροι taxentur in Evangelio, quod instar seminis inter petrosa delapsi fructum non ferant, sed aestu Solis arescant, cum radices non egerint.[1539] Et sapientem aedificatorem Christus requirit, qui domum super petram aedificet, quam neque torrentes neque venti diruant. Inconstantesque vicissim confert cum iis, qui aedificant in arena.[1540] | Notitiae quoque a sacris oraculis parum tribuitur. Nam sapientiae hominum stultitia dicitur apud Deum.[1541] Et Paulus pronunciat scien¦tiam inflare, charitatem autem aedificare.[1542] Nec minus ip- 347 Z_1 316 Z_2

Z. 4 Nebucadnezar] Nebucadnaezare Z_2 5–6 Nebucadnezar] Nebucadnaezar Z_2 27–28 pronunciat] pronuntiat Z_2

1533 *Vgl. oben S. 477f.*
1534 *Gen 41,1–4; Dan 2.*
1535 *Joh 11,51* Prophetavit [Caiaphas], quia Iesus moriturus erat pro gente.
1536 *Röm 12,2.*
1537 *Eph 5,17.*
1538 *Joh 6,26* Amen amen dico vobis, quaeritis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus et saturati estis.
1539 *Lk 8,6.13.*
1540 *Mt 7,24–27.*
1541 *1Kor 3,19* Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum.
1542 *1Kor 8,1* Scientia inflat, caritas vero aedificat.

sam notitiam longe inferiori loco habent quam delectum et in agendo constantiam, cum dicatur ad Romanos: »Non auditores legis, sed factores iustificabuntur«[1543]. Quae verba confirmant, quod Aristoteles dicit, eos evadere quoad animum, qui tantum ad sermones conferunt sese, cum agere, quae iusta sunt et temperata, detrectant. Nosque fide iustificari dicimur, sed ea fide, quae sit efficax, non ociosa quaeque (ut scribitur ad Galatas) per dilectionem operetur.[1544]

Caput V

‹II,4› *Post haec videndum est, quid sit virtus.* [217*] 1105b 19

Iam est declaratum virtutem non inesse naturaliter in animis nostris. Methodus. Adhaec principia eius patuerunt, nimirum frequentes actiones, et illae quidem bonae ac rationi rectae consentientes. Et commonstratum est indicium virtutis iam partae. Quamobrem id modo superest, ut definitio eius inquiratur. Ea vero genere constat ac differentia. Principio itaque genus reperietur. Deinde agemus de differentia. Proponit verbis iam allatis, quid tractare instituat, nempe quid sit virtus.

Cum tria sint, quae oriuntur in animo, affectus, facultates et habitus, ut 1105b 19–28
aliquid horum sit virtus, necesse est. Affectus appello cupiditatem, excandescentiam, iram, metum, fiduciam, invidiam, gaudium, amicitiam, desiderium, odium, aemulationem, misericordiam; ad summam quae sequitur voluptas aut dolor. Facultates, ex quibus harum rerum patibiles appellamur, ut qui eis praediti, aut irasci aut dolere aut misereri possumus. Habitus, per quos circa
348 Z_1 *affectus vel | bene vel male nos habemus. Quemadmodum erga iram, si quidem vehementer aut remisse a nobis feratur, male habemus; si autem mediocriter, bene. Et ad alios affectus eodem modo.* [218*]

317 Z_2 ¦ Quoniam virtutes ad animum pertinere constat, ideo methodo pulcherrima incipit recensere, quae sunt in animo. Genus enim aptissime invenitur per divisionem. Huius viae nempe partitionis maximus est

[217*] *AG* Μετὰ δὲ ταῦτα τί ἐστιν ἡ ἀρετὴ σκεπτέον· – *AL* Post hec autem quid est virtus scrutandum.

[1543] *Röm 2,13.*

[1544] *Gal 5,6* Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque praeputium, sed fides, quae per caritatem operatur.

usus in inveniendis particulis definitionum, quibus inventis compositione utimur. Atque ita universa definitio explicatur. Syllogismus est a divisione, qua ponuntur aliquot membra seu partes. Unde si duae aut tres tolluntur, confirmatur, quae superest. Syllogismus ita componetur:

Si virtus ad animum pertinet, aut erit affectus aut facultas aut habitus.
Sed non est affectus neque facultas.
Ergo est habitus.[1545]

Quo ad antecedens, quod virtus ad animum pertineat, non est dubium, neque quod illa tria sint in animo. Restant duo declaranda. Primum, an ista tria tantum sint in animo. Deinde assumptum est demonstrandum, virtutem neque affectum neque facultatem esse. Hoc secundum late prosequitur Aristoteles. Primum ego declarabo, sed antea videtur expediendum, quid ista tria sint. Primum definit Aristoteles per enumerationem partium. Declarando enim affectum complures recenset, quod est species definitionis. Excandescentiam dixi θυμόν Ciceronem sequutus, qui excandescentiam in Tusculanis esse inquit iram nascentem et quae modo existat, quae a Graecis dicitur
Facultas. θύμωσις.[1546] Facultas est vis animi, quam vulgo in scholis potentiam vocant. Definitur hic a causa. Quod ea instructi et adiuti dicamur horum affectuum patibiles. Non enim possemus irasci, nisi animi vim

Z. 13 ego] ergo ζ_2

218* *AG* ἐπεὶ οὖν τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα τρία ἐστί, πάθη δυνάμεις ἕξεις, τούτων ἄν τι εἴη ἡ ἀρετή· λέγω δὲ πάθη μὲν ἐπιθυμίαν ὀργὴν φόβον θάρσος φθόνον χαρὰν φιλίαν μῖσος πόθον ζῆλον ἔλεον, ὅλως οἷς ἕπεται ἡδονὴ ἢ λύπη· δυνάμεις δὲ καθ' ἃς παθητικοὶ τούτων λεγόμεθα, οἷον καθ' ἃς δυνατοὶ ὀργισθῆναι ἢ λυπηθῆναι ἢ ἐλεῆσαι· ἕξεις δὲ καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς, οἷον πρὸς τὸ ὀργισθῆναι, εἰ μὲν σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως, κακῶς ἔχομεν, εἰ δὲ μέσως, εὖ· ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τἄλλα· – *AL* Quia igitur que in anima fiunt tria sunt, passiones, potencie et habitus, horum aliquod utique erit virtus. Dico autem passiones quidem concupiscentiam, iram, timorem, audaciam, invidiam, gaudium, amiciciam, odium, desiderium, zelum, misericordiam; universaliter quibus sequitur delectacio vel tristicia. Potencias autem secundum quas passibiles horum dicimur; puta secundum quas potentes irasci vel tristari vel misereri. Habitus autem secundum quos ad passiones habemus bene vel male; puta ad irasci, si quidem vehementer vel remisse, male habemus, si autem medie, bene; similiter autem et ad alia.

[1545] *Einfache disjunktive Argumentationen können gemäß Boeth. syll. hyp. 2 (PL LXIV 873C–876A) zu hypothetischen Syllogismen reduziert werden (vgl. Prantl 1855, 719). Die vorliegende Argumentation entspricht somit dem 3. Modus der 1. Form des hypothetischen Syllogismus, vgl. Boeth. syll. hyp. 1 (PL LXIV 845D–846B); Prantl 1855, 705.*

[1546] *Cic. tusc. 4,9,21 (King 348):* Excandescentia autem sit ira nascens et modo existens, quae θύμωσις Graece dicitur.

irascentem haberemus, neque possemus cupere, nisi vi illa cupienti essemus praediti. Habitum vero declarat ex proprio. Quod boni aut mali dicuntur, prout ad affectus se habent. Sic ordinem harum rerum contemplemur. Animus est subiectum omnium istorum trium, unde
349 Z_1 haec divisio dicitur subiecti in accidentia. | Ex animo primum pullulat quodammodo, et erumpit vis aut facultas; in ea sunt deinde affectus; ad affectus adiunguntur habitus. Habitus.

Nunc videamus, an ista tantum tria sint in animo. Videtur omisisse Aristoteles conceptus, notiones, collationes ac primos motus. Verum de toto animo in universum non loquitur, sed tantum de illo, qui capax est moralium virtutum, nempe inferiori appetitu.[1547] Unde si quis recte intueatur, pulcherrima methodo procedit. Pertinet virtus ad praedicamentum qualitatis, eius vero quatuor sunt genera sive species. Quartum huc non pertinet, quia est solum corporeorum, figura inquam et
318 Z_2 forma.[1548] Supersunt igitur tres species. ¦ Prima continet habitum et διάθεσιν, id est animi commutationem et est fere idem, quod habitus, nisi quod inchoata est, imperfecta et inconstans.[1549] Secundum genus est δύναμις καὶ ἀδυναμία φυσική.[1550] Et in hoc genere collocantur vires, cum animi tum corporis. Corporis, ut sentiendi vis et audiendi. Ventriculus vim habet coquendi cibos,[1551] epar faciendi sanguinem,[1552] cor calefaciendi corpus.[1553] Inanimata quoque sunt viribus huiusmodi praedita, ut elleborum purgat, herculeus lapis ferrum trahit. Atque de iis facultatibus abunde luculenterque loquutus est Galenus De utilitate An in animo tantum sint haec tria facultas, affectus, habitus.

Z. 1 cupienti] cupiente $\mathcal{Z}_2$ 17 Secundum genus] Secundum $\mathcal{Z}_2$

[1547] *Vgl. Streb. eth. 76v:* Hic autem facultates eas sumi vult, quae sunt in appetitu, non in omni sensu vel in mente. Loquitur enim de virtute moris, quam continet animus rationis expers.

[1548] *Arist. cat. 8, 10a 11f. (Cook 70):* Τέταρτον δὲ γένος ποιότητος σχῆμά τε καὶ ἡ περὶ ἕκαστον ὑπάρχουσα μορφή.

[1549] *Arist. cat. 8, 8b 26–36 (Cook 62–64):* ἓν μὲν οὖν εἶδος ποιότητος ἕξις καὶ διάθεσις λεγέσθωσαν· διαφέρει δὲ ἕξις διαθέσεως τῷ μονιμώτερον καὶ πολυχρονιώτερον εἶναι […]. διαθέσεις δὲ λέγονται ἃ ἐστιν εὐκίνητα καὶ ταχὺ μεταβάλλοντα.

[1550] *Arist. cat. 8, 9a 14–16 (Cook 64):* Ἕτερον δὲ γένος ποιότητος καθ' ὃ πυκτικοὺς ἢ δρομικοὺς ἢ ὑγιεινοὺς ἢ νοσώδεις λέγομεν, καὶ ἁπλῶς ὅσα κατὰ δύναμιν φυσικὴν ἢ ἀδυναμίαν λέγεται.

[1551] *Gal. nat. fac. 1,4 (GO II 9):* κἀν τῇ κοιλίᾳ πεπτικὴν [δύναμιν].

[1552] *Gal. part. 4,3 (GO III 269):* Αὐτὸ δὲ τὸ ἧπαρ, ἐπειδὰν αὐτὴν παραλάβῃ πρὸς τῶν ὑπηρετῶν ἤδη παρεσκευασμένην καὶ οἷον ὑπογραφήν τινα καὶ ἀμυδρὸν εἶδος αἵματος ἔχουσαν, ἐπάγει τέλεον αὐτῇ τὸν κόσμον εἰς αἵματος ἀκριβοῦς γένεσιν.

[1553] *Gal. part. 6,7 (GO III 436):* ἡ καρδία τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ᾗ διοικεῖται τὸ ζῷον, οἷον ἑστία τέ τίς ἐστι καὶ πηγή.

partium et in lib[ro] De naturalibus facultatibus.[1554] Atque istae vires animi sunt instrumenta. Ut enim corpore utimur variis organis ad aliquid agendum, sic animus iis facultatibus utitur. Quibus opposita est ἀδυναμία: ea vero est illarum privatio. Spectat etiam ad hanc speciem qualitatis proprietas, ut risibilitas, capacitas disciplinae et similia. Nam ista revera sunt eadem cum prioribus. Tertia species est ποιότης παθητικὴ καὶ πάθος. Qualitates patibiles illae sunt, quae vel animum vel corpus afficiunt. Corpus, ut calor, frigus, siccum, humidum etc. Animum vero, ut tristia, laeta, terribilia. Aut ex affectu oriuntur, quo ad animum ut insania ex magna tristitia, quo ad corpus ut nigror in Aethiope ab aestu.[1555] Ista enim animum graviter afficiunt. Πάθος huc facit, et est subitus motus, sive quo ad corpus sive quo ad animum. In animo, ut metus, spes, laetitia. Quoad corpus, ut pallor ex metu, rubor ex verecundia. Ergo τὰ πάθη sunt motus animi subiti, ut laetitia, tristitia, gaudium.[1556] Istae tres species qualitatis huc spectant et eas Aristoteles commemoravit. Reliquit conceptiones, notiones et collationes, quoniam illae sunt partis animi intelligentis. Actiones non nominavit, quia non sunt firmae, sed tran|seunt neque sunt in praedicamento qualitatis, sed actionis. Primi autem motus revocantur ad affectus sive ad τὰ πάθη. 350 Z$_1$

Iis ita expositis, nunc videndae sunt rationes, quibus probatur virtus et vitium non esse affectus. Rationes sunt quatuor.

1105b 28–1106a 6 *Atque adeo neque virtutes neque vitia sunt affectus, quoniam propter has perturbationes neque probi neque pravi dicimur, at ex virtutibus et vitiis ita vocamur. Et ob istos affectos neque laudamur neque vituperamur. Nam qui timet aut irascitur, non laudatur, sed qui certo modo. Ex virtutibus autem et vitiis lau¦damur et vituperamur. Praeterea irascimur et metuimus absque delectu. Virtutes autem electiones quaedam sunt aut non citra electionem. Ad haec ex affectibus moveri dicimur, at ex virtutibus et vitiis non moveri, sed quodammodo affici.* [219*] 319 Z$_2$

[1554] *Auch Streb. eth. 78r verweist im selben Zusammenhang auf Gal. part. und Gal. nat. fac.*

[1555] *Arist. cat. 8, 9a 28–31 und 9b 9–11 (Cook 66–68):* Τρίτον δὲ γένος ποιότητος παθητικαὶ ποιότητες καὶ πάθη· ἔστι δὲ τὰ τοιάδε οἷον γλυκύτης τε καὶ πικρότης καὶ στρυφνότης καὶ πάντα τὰ τούτοις συγγενῆ, ἔτι δὲ θερμότης καὶ ψυχρότης καὶ λευκότης καὶ μελανία· […] λευκότης δὲ καὶ μελανία καὶ αἱ ἄλλαι χροιαὶ οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς εἰρημένοις παθητικαὶ ποιότητες λέγονται, ἀλλὰ τῷ αὐτὰς ἀπὸ πάθους γεγενῆσθαι.

[1556] *Arist. cat. 8, 9b 28f. (Cook 68):* ὅσα δὲ ἀπὸ ῥᾳδίως διαλυομένων καὶ ταχὺ ἀποκαθισταμένων γίγνεται πάθη λέγεται.

Prima ratio est bonos et pravos nullos dici affectibus, cum tamen ex virtutibus vel pravi vel recti praedicemur. Virtutem et vitium non esse affectus.

Secunda, ob istos affectus non laudamur neque vituperamur. Ex virtutibus autem aut vitiis aut laudamur aut vituperamur. Ergo virtutes et vitia non sunt affectus. Mirum videtur ita loqui Aristotelem, cum de iuvenibus dicatur eorum pudorem laudari. »Erubuit, salva res est.«[1557] Laudantur etiam audentes nec non aliquando irascentes. Ad hoc respondemus eum, si quis recte intelligat, recte scribere. Nam fatetur laudari eum, qui timeat et irascatur certo modo, at non si simpliciter vel timeat vel irascatur. Nec illi affectus certi sunt aut moderati, nisi ex virtute. Ideo irascens aut timens certo modo laudatur non simpliciter ex affectu, sed ex modo.[1558] Consentiunt, quae hic dicuntur de laude, cum 12. cap[ite] primi lib[ri], ubi laus iis datur, quae idonea sunt ad finem adipiscendam. Non enim laudantur dii aut beatitudo, sed honore afficiuntur et beati dicuntur. Virtus praecipue digna laude iudicatur.[1559] Stoici non laudarent irascentem aut metuentem certo modo, quando|quidem omnem affectum a sapiente viro excludunt. Tertia ratio est: affectus non subiiciuntur electioni, virtus autem aut electio est aut non citra electionem. Hic obiter attendendum virtutem non esse

An aliquis propter affectus laudetur aut vituperetur.

351 Z_1

Virtus non est electio.

Z. 9 non si] non Z_2 18 *Marg.* Virtus ... electio] *in* Z_2 *versehentlich neben dem folgenden Absatz positioniert*

219* *AG* πάθη μὲν οὖν οὐκ εἰσὶν οὔθ' αἱ ἀρεταὶ οὔθ' αἱ κακίαι, ὅτι οὐ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι, κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας λεγόμεθα, καὶ ὅτι κατὰ μὲν τὰ πάθη οὔτ' ἐπαινούμεθα οὔτε ψεγόμεθα (οὐ γὰρ ἐπαινεῖται ὁ φοβούμενος οὐδὲ ὁ ὀργιζόμενος, οὐδὲ ψέγεται ὁ ἁπλῶς ὀργιζόμενος ἀλλ' ὁ πῶς), κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας ἐπαινούμεθα ἢ ψεγόμεθα· ἔτι ὀργιζόμεθα μὲν καὶ φοβούμεθα ἀπροαιρέτως, αἱ δ' ἀρεταὶ προαιρέσεις τινὲς ἢ οὐκ ἄνευ προαιρέσεως· πρὸς δὲ τούτοις κατὰ μὲν τὰ πάθη κινεῖσθαι λεγόμεθα, κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας οὐ κινεῖσθαι ἀλλὰ διακεῖσθαί πως· – *AL* Passiones quidem igitur non sunt neque virtutes neque malicie, quoniam neque dicimur secundum passiones studiosi vel pravi, secundum virtutem autem vel malicias dicimur. Et quoniam secundum passiones quidem neque laudamur neque vituperamur. Non enim laudatur qui timet neque qui irascitur, neque vituperatur qui simpliciter irascitur, set qui qualiter. Secundum virtutes autem vel malicias, laudamur vel vituperamur. Adhuc irascimur quidem et timemus non sponte, virtutes autem elecciones quedam vel non sine eleccione. Adhuc autem secundum passiones quidem moveri dicimur, secundum virtutes autem vel malicias non moveri, set disponi qualiter.

1557 *Ter. Ad. 643 (Prete 381).*

1558 *Vgl. Streb. eth. 79r:* Propter affectus (inquit) neque laudamur neque vituperamur. Id ne verum est? […] Hunc modum videtur explicare paulo post, quum dicit: nec vituperatur, qui simpliciter, sed qui ira movetur quodammodo. […] Si motus isti cum virtute coniuncti sunt aut cum vitio, laudantur aut vituperantur.

1559 *Arist. eth. Nic. 1,12, 1101b 10–1102a 4 (Bywater 19f.).*

electionem, cum electio sit actio et virtus (ut modo probatur) sit habitus. At non citra electionem est, quia per virtutem sequimur media et vitamus extrema, quod fit deligendo. Prius enim adiuti prudentia consultamus, deinde adhibita electione agimus.

Quarta ratio: affectibus movemur, nam illi sunt animi quidam motus et impulsus. At virtute non movemur, sed potius dicimur illa affici. Hoc ideo scribitur, quoniam virtutes tranquillitates potius quaedam sunt animi, quam motus, illum quippe serenant et pacatum reddunt.[1560] Ideo forma loquendi obtinuit, ut virtutibus affici dicamur, non moveri. Nam illis inclinamur et propensi reddimur ad honesta, non impellimur.

1106a 6–13 *Ob easdem causas non sunt facultates. Nec enim ¦ boni dicimur nec mali, neque laudamur neque vituperamur, quod simpliciter insit nobis agendi facultas. Insuper facultas in nobis a natura inest, non item bonitas et pravitas, quod ante diximus. Quod, si virtutes neque sint affectus neque facultates, relinquitur ut sint habitus. Quod nam sit genus virtutis ostendimus.* [220*] 320 Z_2

Virtutem non esse vim aut facultatem.

Eaedem, inquit, rationes, quae demonstrarunt virtutem non esse affectum, probant etiam illam non esse vim aut facultatem naturalem animi. Quia nullus aut pravus aut bonus dicitur, quod has facultates habeat, neque dantur nobis ex delectu quopiam. Sed aliam peculiarem probationem hac de re producit. Quoniam, inquit, has vires a natura sortimur, non autem probi nascimur, sed efficimur. Idque se ait antea dixisse. Nam in principio 2. huius libri demonstravit virtutes non inesse a natura hominibus, quoniam si natura essemus virtute praediti, non possemus aliter assuescere.[1561] Concludit virtutem esse habitum, cum

Z. 1 cum] quum Z_2 14 natura inest] natura Z_2 25 cum] quum Z_2

[220*] *AG* διὰ ταῦτα δὲ οὐδὲ δυνάμεις εἰσίν· οὔτε γὰρ ἀγαθοὶ λεγόμεθα τῷ δύνασθαι πάσχειν ἁπλῶς οὔτε κακοί, οὔτ' ἐπαινούμεθα οὔτε ψεγόμεθα· ἔτι δυνατοὶ μέν ἐσμεν φύσει, ἀγαθοὶ δὲ ἢ κακοὶ οὐ γινόμεθα φύσει· εἴπομεν δὲ περὶ τούτου πρότερον· εἰ οὖν μήτε πάθη εἰσὶν αἱ ἀρεταὶ μήτε δυνάμεις, λείπεται ἕξεις αὐτὰς εἶναι· ὅ τι μὲν οὖν ἐστὶ τῷ γένει ἡ ἀρετή, εἴρηται· – *AL* Propter hec autem neque potencie sunt. Neque enim boni dicimur propter posse pati simpliciter, neque mali; neque laudamur neque vituperamur. Et adhuc potentes sumus natura, boni autem vel mali non efficimur natura. Diximus aliud de hoc prius. Si igitur neque passiones sunt virtutes neque potencie, relinquitur habitus eas esse. Quid quidem igitur genere est virtus, dictum est.

[1560] *Vgl. Streb. eth. 80r:* Virtutis est non animum commovere, sed potius tranquillum reddere, quapropter fuerunt, qui dicerent virtutes esse tranquillitates.

[1561] *Arist. eth. Nic. 2,1, 1103a 18–20 (Bywater 23).*

352 Z_1 neque sit affectus | neque naturalis animi facultas. Cumque oppositorum sit idem genus,[1562] probatum etiam est vitium ad habitum revocari tanquam ad genus. Patuit etiam ex his virtutem moralem, de qua in praesentia loquimur, versari circa affectus, ut qui sint eius quodammodo materia.

Quomodo haec cum sacris literis consentiant.

Nunc videndum est, quomodo Aristotelis haec dicta cum divinis literis vel consentiant vel dissentiant. Collocavit in animo tria, quae ad virtutem pertineant, affectum, vim naturalem et habitum, at praeteriit dona Spiritus sancti, nempe spiritum fortitudinis, spiritum timoris et afflatus Dei, quibus ad recte agendum incitamur. Haec naturam vincunt, ideo ab Aristotele non fuere cognita. Nos vero cum illa simus edocti, precibus a Deo ipsa efflagitemus. Virtus non est illa duo, affectus inquam et naturalis vis. Ergo erit habitus acquisitus, ut ille intelligit, bonis actionibus, cum frequentes fuerint. Non est firma haec illatio. Nam fides, spes, charitas et multae aliae virtutes non sunt eiusmodi habitus, verum a Deo repente afflantur regeneratis. Statuit praeterea nos ex affectibus non dici pravos neque vituperari. Quod non conceditur. Quia non tantum affectus, imo etiam primi motus, quando feruntur contra legem Dei, peccata sunt. Nam peccatum est quicquid illi summae regulae adversatur.[1563] Unde Paulus ad Rom[anos] conquerebatur se aliam legem sentire in membris, quae pugnaret cum lege mentis,[1564] dolebatque se venundatum sub peccato seque infelicem cla-
321 Z_2 mabat, quod ita ca¦ptivaretur sub eiusmodi lege.[1565] Unde illud etiam liquet non esse verum motus illos pravos et malos affectus non esse vitia, quia non cadunt sub electionem. Quia si virtus hominis esset, quae deberet, non solum plenas actiones, verumetiam imperfectos istos motus in nostra potestate haberemus et ob peccatum ἀταξία haec invecta fuit, qua deficimus a praecepto, quo iubemur diligere Deum toto corde, tota anima et omnibus viribus. Paulusque ab iis motibus ceu a vitiis liberari cupiebat. Virtutibus, inquit, non movemur, sed potius afficimur, cum affectibus potissimum moveamur. Ista facile da-

Z. 14 cum] quum Z_2 25 non cadunt] cadunt Z_2 26 imperfectos istos] perfectos illos Z_2 29 toto] tota Z_2 29 tota] toto Z_2

[1562] *Arist. met. 5,10, 1018a 25–28 (Jaeger 101):* ἐναντία λέγεται […] τὰ πλεῖστον διαφέροντα τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει.

[1563] *Vgl. 1Joh 3,4* Peccatum est iniquitas.

[1564] *Röm 7,23* Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae.

[1565] *Röm 7,14* Scimus enim, quod lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.

bimus, si tamen concedatur probos, pios et sanctos viros Dei Spiritu moveri, siquidem apostolus dicit: »Qui Dei Spiritu aguntur, hi sunt filii Dei«[1566]. Virtutes postremo tradit in nobis a natura non inesse, eo quod efficiamur boni, non nascamur. Haec vera sunt, si tamen addideris nos a Deo effici bonos, praesertim quo ad primam regenerationem. Ille quoque verarum virtutum est elargitor, haec a natura non habemus. | 353 Z_1 Neque nunc, quando per peccatum omnia propemodum corrupta sunt, neque a prima institutione, quia etiam tunc Deus ipse favore ac gratia sua veras dedit Adamo virtutes et donis suis eum pulcherrimis ornavit. Instaurati nihilominus ac regenerati gratiae ac Spiritui Dei cooperamur et habitus istos virtutum acquirimus, unde reparamur et reddimur quotidie meliores, quare Paulus Philipp[enses] hortabatur, ut suam ipsorum salutem operarentur.[1567]

Caput VI

1106a 14–26 *At non modo sic dicendum virtutem esse habitum, sed qualis nam sit. Dicendum quidem virtutem omnem efficere, ut id, cuius est, bene habeat et opus suum bene praestet. Ut oculi virtus et oculum ipsum et opus eius bonum facit, nam virtute oculorum bene videmus, identidem virtus equi bonum facit equum idoneumque ad currendum et ad gestandum sessorem et expectandos hostes. Atque hoc cum in omnibus ita se habeat et hominis itaque virtus habitus erit, per quem homo bonus evadat et per quem opus suum bonum praestet. Quo¦modo autem id contingat, iam diximus et adhuc ita fiet manifestius.* [221*] ‹II,5› 322 Z_2

Partes huius capitis. Diducitur in quatuor praecipua membra istud caput. Primo quandam virtutis proprietatem exponit; secundo circa mediocritatem illam versari statuit; tertio definitionem eius concludit; postremo aliquos affectus esse ostendit, qui mediocritatem non recipiant. Quod attinet ad primum, iam genus virtutis est deprehensum, nunc debet contrahi differentia, ut materia forma clauditur et definita continetur. Ad hanc differentiam inquirendam conducit virtutis ipsius communis ac generaliter acceptae proprietatem cognoscere, nam proprietates ad ipsas dif-

Z. 7 quando] quande Z_2 20 cum] quum Z_2 30–31 ac generaliter] generaliter Z_2

[1566] *Röm 8,14.*
[1567] *Phil 2,12* Cum metu et tremore vestram salutem operamini.

354 Z_1 ferentias nos adducunt. Virtutis, ut | omnibus rebus est communis, hoc est proprium, ut id, in quo est, reddat bonum et opus eius absolvat, perficiat et expediat. Probatur genere quodam inductionis, quo ad oculum et equum et in caeteris omnibus se habere dicitur. Quare concluditur et in homine ita esse debere. Quibus verbis definitionem quandam generalem virtutis aut potius descriptionem ad hominem accommodat seu ad virtutem humanam, de qua in praesentia sermo est institutus. Et ait hominis virtutem esse, quae illum probum faciat et reddat eius opus rectum. *Antea*, inquit, *quomodo fiat hoc, diximus*, nempe superius, quando virtutem ipsam oriri dixit ex actionibus, non quibusvis, verum mediocribus, cap[ite] 2. Ubi declaravit, quomodo actiones humanae exuperantia et defectu corrumpantur, mediocritate vero serventur.[1568] Mirum tamen videri potest, si declaravit hoc eo loco, quomodo nunc id repetendum censeat. Id ob eam causam repetit, quia tum commemoravit solum, at non explicuit. Mediocritas etiam ipsa tunc non est distincta, ut alia sit quo ad rem et alia quo ad rationem sive quo ad nos. Id nunc est faciundum, ut videamus, quod nam genus medii virtus captet. Et certe si medium sumitur e definitione virtutis, ea nunquam evadet clara et dilucida, nisi et mediocritas definiatur. At cum sit multiplex, prius fuit distinguenda.

Virtutis communiter acceptae proprietas.

Z. 1 omnibus rebus] omnibus Z_2 4 se] sic se Z_2 11 cap[ite] 2.] capite secundo Z_2

221* *AG* Δεῖ δὲ μὴ μόνον οὕτως εἰπεῖν, ὅτι ἕξις, ἀλλὰ καὶ ποία τις· ῥητέον οὖν ὅτι πᾶσα ἀρετή, οὗ ἂν ᾖ ἀρετή, αὐτό τε εὖ ἔχον ἀποτελεῖ καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ εὖ ἀποδίδωσιν, οἷον ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ τόν τε ὀφθαλμὸν σπουδαῖον ποιεῖ καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ· τῇ γὰρ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετῇ εὖ ὁρῶμεν· ὁμοίως ἡ τοῦ ἵππου ἀρετὴ ἵππον τε σπουδαῖον ποιεῖ καὶ ἀγαθὸν δραμεῖν καὶ ἐνεγκεῖν τὸν ἐπιβάτην καὶ μεῖναι τοὺς πολεμίους· εἰ δὴ τοῦτ' ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχει, καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ἀρετὴ εἴη ἂν ἡ ἕξις ἀφ' ἧς ἀγαθὸς ἄνθρωπος γίνεται καὶ ἀφ' ἧς εὖ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον ἀποδώσει· πῶς δὲ τοῦτ' ἔσται, ἤδη μὲν εἰρήκαμεν, ἔτι δὲ καὶ ὧδ' ἔσται φανερόν, ἐὰν θεωρήσωμεν ποία τίς ἐστιν ἡ φύσις αὐτῆς· – *AL* Oportet autem non solum sic dicere quoniam habitus, set et qualis quidem. Dicendum igitur quoniam virtus omnis cuius utique fuerit virtus, et id bene habens perficit, et opus eius bene reddit; puta oculi virtus et oculum studiosum facit et opus eius; oculi enim virtute bene videmus; similiter et equi virtus equum studiosum facit, et bonum ad currendum et ferendum ascensorem et expectandum bellatores. Si utique hoc in omnibus ita habet, et hominis virtus erit utique habitus ex quo bonus homo fit et a quo bene opus suum reddit. Qualiter autem hoc erit, iam quidem diximus. Adhuc autem et hoc erit manifestum si speculati fuerimus qualis quedam est natura ipsius.

1568 *Arist. eth. Nic. 2,2, 1104a 11–13 (Bywater 25).*

1106a 26–1106b 5 *In omni utique continuo ac divisibili sumere licet, quod maius est, quod minus, quod aequale, idque vel quo ad rem ipsam vel quo ad nos. Aequale medium quiddam est exuperantiae ac defectus. Medi¦um itaque rei appello,* 323 Z_2 *quod ab utroque extremorum aequaliter distat, quod et unum est et idem omnibus. Quo ad nos vero, quod neque redundat neque deficit, plus quam oporteat; atque hoc neque unum est neque idem apud omnes. Quemadmodum si decem multa fuerint, duo vero pauca, sex accipient media quo ad rem, nam ex aequo excedunt et exceduntur. Est autem hoc medium iuxta proportionem arithmeticam. Ad medium quo ad nos non ita sumendum est. Non | enim si* 355 Z_1 *decem minas edere multum est et duas parum, sex minas imperabit aliptes. Nam sumpturo vel nimium vel parum fortassis esset. Miloni enim parum esset, illi vero, qui se incipit exercere, nimium esset. Similiterque res habet in cursu et palaestra.* [222*]

Medium esse dandum.

Quod medium in rerum natura dandum sit, ex eo probat, quod in continuo quovis et divisibili reperitur maius et minus et aequale. Hoc tanquam perspicuum et clarum accipit et quod probatione minime indigeat, ipsum autem aequale vocat medium. Ita componatur syllogismus:

Sicut in continuo et divisibili res habet, ita in affectibus humanis et habitibus.

Sed in continuo est maius, minus et medium.

[222*] *AG* ἐν παντὶ δὴ συνεχεῖ καὶ διαιρετῷ ἔστι λαβεῖν τὸ μὲν πλεῖον τὸ δ' ἔλαττον τὸ δ' ἴσον, καὶ ταῦτα ἢ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἢ πρὸς ἡμᾶς· τὸ δ' ἴσον μέσον τι ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως· λέγω δὲ τοῦ μὲν πράγματος μέσον τὸ ἴσον ἀπέχον ἀφ' ἑκατέρου τῶν ἄκρων, ὅπερ ἐστὶν ἓν καὶ τὸ αὐτὸ πᾶσιν, πρὸς ἡμᾶς δὲ ὃ μήτε πλεονάζει μήτε ἐλλείπει· τοῦτο δ' οὐχ ἕν, οὐδὲ ταὐτὸν πᾶσιν· οἷον εἰ τὰ δέκα πολλὰ τὰ δὲ δύο ὀλίγα, τὰ ἓξ μέσα λαμβάνουσι κατὰ τὸ πρᾶγμα· ἴσῳ γὰρ ὑπερέχει τε καὶ ὑπερέχεται· τοῦτο δὲ μέσον ἐστὶ κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν· τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς οὐχ οὕτω ληπτέον· οὐ γὰρ εἴ τῳ δέκα μναῖ φαγεῖν πολὺ δύο δὲ ὀλίγον, ὁ ἀλείπτης ἓξ μνᾶς προστάξει· ἔστι γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο πολὺ τῷ ληψομένῳ ἢ ὀλίγον· Μίλωνι μὲν γὰρ ὀλίγον, τῷ δὲ ἀρχομένῳ τῶν γυμνασίων πολύ· ὁμοίως ἐπὶ δρόμου καὶ πάλης· – *AL* In omnibus itaque continuo et divisibili est accipere hoc quidem plus, hoc autem minus, hoc vero equale, et hec vel secundum ipsam rem, vel ad nos; equale autem medium quid est superhabundancie et defectus. Dico utique rei quidem medium quod equaliter distat ab utroque extremorum, quod est idem et unum omnibus; ad nos autem quod neque habundat neque deficit, hoc autem neque unum neque idem omnibus. Puta si decem multa, duo autem pauca, sex media accipiuntur secundum rem; equaliter enim excedunt et exceduntur. Hoc autem medium est secundum arismeticam proporcionem. Quod autem ad nos, non ita sumendum. Non enim alicui si decem minas comedere multum, duas autem paucum, magister sex minus precipiet. Est enim forte et hoc multum sumenti vel paucum. Miloni quidem enim paucum, dominatori autem gignasiorum multum. Similiter et in cursu et in palestra.

Igitur ista eadem reperiuntur in affectibus et habitibus.[1569]

Non tantum dixit *in continuo*, sed etiam adiecit *divisibili*, ut una cum continuo etiam numeros comprehenderit, nam et illi dividi possunt, imo Aristoteles (ut videbimus) de numeris exempla sua desumet. Methodo Aristoteles utitur admodum congrua, quia ex rebus, quae sentiuntur, ut sunt magnitudines et numeri, ostendit, quae sensu non possunt attingi.[1570]

Distinguitur autem medium in id, quod sit rei, et medium quo ad nos. Rei medium est, quod aequaliter ab utroque distat extremorum. Medium vero quo ad nos definitur, quod neque redundet neque deficiat plusquam oporteat. Prius medium, nempe rei, unum est idemque apud omnes, quia nostra intelligentia rem ipsam non mutat utcunque enim referas illam, eadem est. ¦ Hoc autem genus proportionis, medii inquam ad extrema secundum rem, appellat arithmeticam hac de causa (ut arbitror), quia numeri sunt invariabiles neque unquam suam vel naturam vel definitionem mutant. Proportio autem nil aliud est quam collatio inter se magnitudinum aut numerorum.[1571] Exemplum Aristotelis numeris constat. Nam in denario videre licet maius et minus ut decem et duo. Inter ista medium secundum rem sunt sex, nam excedunt duo quaternario et vincuntur itidem a decem quaternario, atque proportio haec arithmetica est, non potest mutari neque unquam variabitur. Nam sex ad duo et ad decem aeternum sic se habent.[1572]

Medii distinctio.

Medium rei.

324 Z_2

Sed medium quo ad nos haud est huius generis, quoniam inter se conferuntur duae rationes seu duae proportiones magnitudinum et numerorum. | Ut quemadmodum se habent sex ad tria, ita se habent 4 ad 8, nam utrobique ratio est vel proportio dupla.[1573] Eademque proportio est inter novem et tria et inter quatuor et duodecim, nam utrobique

Medium quoad nos.

356 Z_1

Z. 3 comprehenderit] comprehenderet Z_2

[1569] *Die vorliegende Argumentation leitet sich vom* locus a comparatis *bzw.* a similibus *her, vgl. Agric. inv. 1,24 (Mundt 146,46–52).*

[1570] *Vgl. Streb. eth. 81r:* Quae videri non possunt, per ea, quae cernuntur oculis, explicatiora fiunt.

[1571] *Vgl. Streb. eth. 83v:* Proportio, de qua nunc agitur, est duorum pluriumve numerorum aut magnitudinum comparatio.

[1572] *Vgl. Streb. eth. 83v:* Numerus senarius habet eam cum duobus comparationem, quam idem cum decem, propterea quod aequalia sunt intervalla. […] A 2 ad 6 et a 6 ad10 par numerus. Haec arithmetica proportio.

[1573] *Vgl. Streb. eth. 83v:* Geometrica [proportio], ut quum dicitur: ut se habent octo ad quatuor, ita sex ad tria, quoniam utraque proportio capit idem nomen. Est enim dupla.

tripla. Ita trium ad duo et novem ad sex proportio eadem, quia utrobique sex qui altera. Diciturque ista proportio geometrica. In arithmetica consideratur paritas seu imparitas intervalli ab extremis, geometra vero similitudinem rationis aut proportionis diversorum numerorum inter se.[1574]

Cibus certis mensuris olim dabatur.

Atque hac ratione, inquit, utuntur in gymnasiis. Cibus iis, qui sese exercebant, dabatur diversis mensuris, pro ut robore ac viribus illi praediti erant, qui sumpturi essent. Consuevisse autem veteres ad pondus certum panes dare Cato de re rustica testatur, qui iussit, ut compeditis darentur quatuor pondo panis in diem per hyemen, sed quando vineam fodere, inciperent quinque pondo darentur, quo ad ficus maturuissent; tum iubebat, ut ad quatuor rediretur.[1575] Mina vero medica, qua etiam aliptae utebantur, sexdecim uncias habuit, cum libra communis comprehenderet duodecim.[1576] Dicitur autem hoc genus medii quo ad nos, quia non aestimatur quo ad extrema vel magnitudinis vel numeri, sed quo ad nos, id est ad nostras vires vel ad nostrum temperamentum, ut sicut se habet robur athletarum, ita cibus est illis ministrandus. At robur Milonis vincit duplo robur tyronis. Ergo cibus eius debet esse duplo copiosior. Idem quoque in re medica servari debet, ut pharmaci vis ad aegroti robur temperetur. Virtutis autem medium hoc modo statuet Aristoteles captandum, sicut mox audiemus.

Medium quoad nos unde ita dictum sit.

Aliptes.

Nunc vero, quod ad verba et exempla spectat, »aliptem« appellavit magistrum gymnicum a verbo ἀλείφω, quod est »ungo«; nam huius praeceptoris erat athletas suos ungere, cum ad certandum erant progressuri.[1577] Et Milo Crotoniata satis est celebratus ab omnibus propemodum bonis scriptoribus. Vicit ¦ saepius in Olympiacis certaminibus et Pythiis.[1578] Supposuit humeros parieti scholae Pythagorae, cum iam rueret, ne magister cum discipulis ruina obrueretur.[1579] Sed tan-

Milo Crotoniata.

325 Z_2

[1574] *Vgl. Streb. eth. 83v:* Arithmeticus numerat paria aut imparia intervalla, geometres proportiones eiusdem rationis aut diversae considerat.

[1575] *Cato agr. 56 (Mazzarino 53,7–10):* Compeditis: per hiemem panis p. IIII, ubi uineam fodere coeperint panis p. V, usque adeo dum ficos esse coeperint: deinde ad p. IIII redito. *Streb. eth. 84v verweist ebenso auf diesen Passus aus Cato agr.*

[1576] *Streb. eth. 84v:* Loquitur Aristoteles de mina medica, quod ostendit id, quod ait de praescriptione magistri ludi, cuius erat victus rationem praescribere. Mina medica continet uncias sexdecim. […] Differt a libra, quae est duodecim unciarum.

[1577] *Streb. eth. 84v:* Aliptes dicitur a Graeco ἀλείφω, quod est ungo, propterea quod ungebat athletas.

[1578] *Paus. Graec. descr. 6,14,5 (Jones III 82):* ἐγένοντο δὲ τῷ Μίλωνι ἓξ μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ πάλης νῖκαι, μία ‹δὲ› ἐν παισὶν ἐξ αὐτῶν, Πυθοῖ δὲ ἔν τε ἀνδράσιν ἓξ καὶ μία ἐνταῦθα ἐν παισίν.

[1579] *Graec. schol. II (Heylbut 132,16–18):* οἰκίας δὲ καθ' ἣν τοῖς ἑταίροις συνερχόμενος

dem cum aperire vellet fissam quercum, misere periit, ut Val[erius] Maximus lib[ro] 9. et alii tradunt.[1580] Quamvis Cicero hanc sententiam De senectute minime sequitur, imo illum ait senem, cum spectaret gladiatores certantes, respexisse suos lacertos et ingemuisse dicendo: »At ii mortui sunt.«[1581] Plura quoque alia de illo eodem tradit Plinius lib[ro] 7., quae in praesentia non referam. Nam ibi lectores ea per seipsos poterunt cognoscere.[1582]

357 Z$_1$ | Sed cum affectus humani sint in praedicamento qualitatis animique actiones vel sint in eodem vel in categoria actionis, mirum, quomodo ab Aristotele cum magnitudinibus et rebus partibilibus conferantur, quandoquidem partitio seu divisio proprietas est quantitatis. Ad hoc respondet Graecus interpres ista similia esse magnitudini et habere maius et minus et medium, propter tempus ergo ea metimur; ipsum enim ad quantitatem spectat et est partibile.[1583] Sed hoc non est satis. Fieri enim potest, ut quis momento temporis irascendo vehementer plus a medio recedat graviusque peccet quam alter, qui vel triduo irascatur aliquanto remissius.[1584] Ideo sciendum quasdam esse qualitates, quae rationem quandam subeant magnitudinis. Possunt enim vel contentiores vel remissiores fieri, habent suos gradus, per quos incrementum aut diminutionem accipiunt, suntque affectus hoc pacto ma-

Quomodo affectus cum quantitatibus conferantur.

ὠμίλει Πυθαγόρειος ὤν, μέρος τι πεπονηκυίας καὶ μόνον οὐ καταπεσεῖσθαι τοῖς ἔνδον ἐπαπειλούσης αὐτὸς ὑποβὰς τὸ σαθρὸν καὶ ὑπερείσας διέσωσεν πάντας ὑπεξαγαγών. *Graec. schol. transl. II (Mercken 215f.,13–17):* Domo autem, in quam cum amicis conveniens colloquebatur pythagoricus existens, secundum partem quamdam ruinosa et fere his qui intus supercadere approximante, ipse subintrans partem ruinosam et suffulciens salvavit omnes educens.

[1580] *Val. Max. 9,12,9 (Briscoe 624,136–141):* Milo Crotoniates, cum iter faciens quercum in agro cuneis adactis fissam uidisset, fretus uiribus accessit ad eam insertisque manibus diuellere conatus est. Quas arbor excussis cuneis in suam naturam reuocata compressit, eumque cum tot gymnicis palmis lacerandum feris praebuit. *Vgl. Gell. 15,16 (Rolfe III 98–100).*

[1581] *Cic. Cato 27 (Falconer 36):* Quae enim vox potest esse contemptior quam Milonis Crotoniatae? Qui cum iam senex esset athletasque se exercentis in curriculo videret, aspexisse lacertos suos dicitur illacrimansque dixisse, »at hi quidem mortui iam sunt«.

[1582] *Plin. nat. 7,83 (Mayhoff II 29):* Milonem athletam, cum constitisset, nemo vestigio educebat, malum tenenti modo digitum corrigebat.

[1583] *Graec. schol. II (Heylbut 132,9–11):* ἐπεὶ οὖν αἱ ἠθικαὶ ἀρεταὶ πράξεις καὶ πάθη, ταῦτα δὲ μετὰ κινήσεως καὶ ἐν χρόνῳ, οὗτος δὲ ποσὸν καὶ διαιρετόν· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ κίνησις ἐν αὐτῷ· ἐν δὲ τούτῳ ἔστι λαβεῖν τὸ πλέον καὶ ἧττον καὶ ἴσον. *Graec. schol. transl. II (Mercken 215,6–9):* Quia igitur morales virtutes circa operationes et passiones, hae autem cum motu et in tempore, tempus autem quantum et divisibile, similiter autem et motus in ipso, in hoc autem est accipere plus et minus et aequale.

[1584] *Vgl. Streb. eth. 83r:* Interdum gravius peccat, qui brevi momento excandescit, quam qui totum triduum irascitur, utpote qui longius mediocritatem relinquit.

iores aut minores. Ad haec penes circumstantias loci, personae aut aetatis medium variis modis aestimatur atque defectus et excessus iuxta easdem variantur, ut non semper sint iidem.[1585] Non itaque absurdum est iis rationibus qualitates actionesve partiri posse ac dividi.

1106b 5–16 *Ita quemadmodum est scientia praeditus, exuperantiam et defectum evitat et, quod medium est, quaerit ac deligit, medium inquam non quo ad rem, sed quo ad nos. Si itaque omnis scientia medium spectando et in ipsum opus dirigendo illud absolvit (unde consueverunt de operibus dictitare, quae bene habent, neque illis adimi posse neque addi quicquam, quasi exuperantia et defectus, quod bene habet, corrumpant, mediocritas vero conservet), sique boni artifices, ut dicimus, ad hoc ipsum intuentes o¦perantur virtusque arte quavis praestantior et melior est, quemadmodum et natura, medii utique sectatrix erit. De morali autem virtute loquor.* [223*] 326 Z_2

Virtutem sequi medium quo ad nos. Probaturus est virtutem sectari medium quo ad nos et non secundum rationem. Quod primo concludit argumento a minori.

| Si ars et natura medium huiusmodi quaerunt, et virtus moralis idem quaeret. 358 Z_1
Atqui ars et natura hoc faciunt.
Igitur virtus medium eius generis consectabitur.[1586]

[223*] *AG* οὕτω δὴ πᾶς ἐπιστήμων τὴν ὑπερβολὴν μὲν καὶ τὴν ἔλλειψιν φεύγει, τὸ δὲ μέσον ζητεῖ καὶ τοῦθ' αἱρεῖται, μέσον δὲ οὐ τὸ τοῦ πράγματος ἀλλὰ τὸ πρὸς ἡμᾶς· εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη οὕτω τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ, πρὸς τὸ μέσον βλέπουσα καὶ εἰς τοῦτο ἄγουσα τὰ ἔργα (ὅθεν εἰώθασιν ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις ὅτι οὔτ' ἀφελεῖν ἔστιν οὔτε προσθεῖναι, ὡς τῆς μὲν ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως φθειρούσης τὸ εὖ, τῆς δὲ μεσότητος σῳζούσης, οἱ δ' ἀγαθοὶ τεχνῖται, ὡς λέγομεν, πρὸς τοῦτο βλέποντες ἐργάζονται)· ἡ δ' ἀρετὴ πάσης τέχνης ἀκριβεστέρα καὶ ἀμείνων ἐστὶν ὥσπερ καὶ ἡ φύσις, τοῦ μέσου ἂν εἴη στοχαστική· λέγω δὲ τὴν ἠθικήν· – *AL* Ita utique omnis sciens superhabundanciam et defectum fugit, medium autem querit et hoc desiderat; medium autem non rei, set quo ad nos. Si utique omnis sciencia sic opus bene perficit ad medium respiciens et in hoc ducens opera; unde consueverunt dicere bene habentibus operibus quoniam neque auferre est neque apponere, ut superhabundancia quidem et defectu corrumpente bene, medietate autem salvante; boni autem artifices, ut diximus, ad hoc respicientes operantur; virtus autem omni arte cercior et melior est, quemadmodum et natura; medii utique erit communicatrix. Dico autem moralem.

[1585] *Vgl. Streb. eth. 83r:* Adde, quod exuperantiam metimur etiam loco et persona, non habita ratione temporis.

[1586] *Der vorliegende hypothetische Syllogismus entspricht nach Boeth. syll. hyp. 1 (PL LXIV 845B-C) dem 1. Modus der 1. Form, vgl. Prantl 1855, 705.*

Argumentum a minori firmum est, quia et ars et natura sunt virtute indigniores. De natura, quod medium sequatur, haud obscurum est in cibo et potu, nam exuperantia horum et defectus perdunt animantia. Ostendunt haec quoque temperamenta corporum. Si enim calor aut frigus, humor aut siccitas superaverint, illico aegrotamus. Et naturam arte maiorem esse certissimum est, cum haec sit illius imitatrix.[1587] Nunc videndum, quare sit inferior virtute. Virtus est naturae perfectio, nam virtus, ut audivimus, id, cuius est virtus, bonum reddit et illius opus perficit. Adhaec nullus virtutibus male uti potest, cum permulti naturalibus facultatibus pessime abutantur. Artem vero sequi medium, calceator demonstrat, qui calceum curat neque maiorem neque minorem pede facere. Itidem faber maiorem minoremve domum non facit, quam architectus constituerit. Arator neque minus, quam par sit, aratrum sub terram demittit. Dicitur nihilominus ars non tantum sequi medium, sed optimum; medium quidem sectatur inter exuperantiam et defectum.[1588] Sed quo ad opus optimum conatur et praestantissimum illud efficere. Neque ista inter sese pugnant.[1589] Virtutem autem esse arte longe meliorem multis modis probatur. Primo perficit quidem ars quoquo modo animum, sed non ut virtus, quod ipsum non reddit meliorem. Imo permulti sunt aliquando viri pravi atque impii, qui optimas artes apprime callent. Virtus vero bonos reddit illos, quorum est virtus, et in malis hominibus non potest locum habere. Praeterea materiam artes praeparant virtuti.[1590] Nam sutor vestes facit, quibus prudenter utamur. Coquus cibos condit, quibus temperanter utamur. Et denique commercia et opera omnia, quae spectant ad artes, materia sunt iustitiae. Proinde cum artes ancillae sint virtutis, ab illius dignitate longe distant. Adhaec virtutibus nemo potest ut artibus male uti. Et ad
327 z_2 artes est satis cognitio, ut superius vidimus; at ad virtutem notitia ¦ minimam habet vim, cum requiratur delectus, constantia. Neque pariunt hominibus artes bona tam praeclara, ut virtutes. Nam ex virtutibus oritur tandem felicitas. Omnia tamen haec tria, virtus inquam,

Natura sequitur medium.

Natura inferior est virtute.

Ars sequitur medium.

Virtus est arte melior.

Z. 29 delectus,] delectus ac z_2

[1587] *Vgl. Streb. eth. 85v:* Ars autem est illius imitatrix, tanto minor quanto inferior viro simia.

[1588] *Vgl. Streb. eth. 85r:* Quisquis […] artem novit, exuperantiam defectionemque fugit; quod medium est, inquirit ac deligit.

[1589] *Vgl. Streb. eth. 84v:* Ars si opus efficeret, optimum semper efficeret ac ut virtus sic illa medium teneret.

[1590] *Vgl. Streb. eth. 85v:* Artes igitur ad virtutem praeparantur, non virtus ad artes. Illa nos meliores efficit.

natura et ars, commune hoc habent, ut me|diocritatem sectentur, et 359 Z_1
citra vel supra illam corrumpantur.[1591]

Confirmat insuper Aristoteles, quod probavit, vulgato proverbio, quo de operibus artium recte confectis dici solet: »Neque addi neque imminui quicquam potest.«[1592] Cumque scientias hoc loco Aristoteles nominat, intelligere debemus artes, quamvis etiam in scientiis contemplantibus etiam aliqua mediocritas apparet. Resecant enim supervacanea, deinde subiectum suum ita certis finibus terminant, ut scientia doctrinam extra eos vagari non patiatur. Attamen scholiastes Graecus per scientias omnino artes intelligit,[1593] nam in iis contemplantibus scientiis exuperantiam inquit non esse metuendam; imo conari debemus, ut, quam maxime fieri potest, sciamus neque periculum est, ut nimium intelligamus.[1594] Unde subiecit Aristoteles loqui se de non quovis, sed tantum morali, nimirum ut reliqui habitus intellectus aut mentis excludantur, in quibus haec mediocritas non exigitur.

1106b 16–28 *Haec autem circa affectus et actiones versatur atque in his exuperantia, defectus et medium invenitur, ut metuere, confidere, cupere, irasci, misereri atque in universum laetari atque tristari. In iis inquam et maius et minus inest, et utraque haec non recte se habent. Medium vero et optimum, quod est in virtute, cum quando, quamobrem, in quos, cuius causa et quomodo oportet agitur. Identidemque circa actiones est exuperantia, defectus et medium. Virtus vero cum in affectibus tum in actionibus versatur, ubi exuperantia peccat et defectus vituperatur, medium laudatur et ad officium dirigitur, quae duo maxime sunt virtutis. Mediocritas igitur quaedam est virtus estque sectatrix medii.* [224*]

Virtus moralis circa quae versetur.

¦ Circa quae versetur moralis virtus, de qua nunc agendum est, ostendit, nimirum circa affectiones et actiones. Affectus quosdam recen|set, 328 Z_2 360 Z_1
ut ex ea connumeratione intelligamus, qui sint affectus. Atque post

Z. 7 etiam aliqua] aliqua Z_2 10 in] iu Z_2

[1591] *Vgl. Streb. eth. 85v:* Hoc tamen habent commune natura, virtus, ars: medium observant et id veluti scopum petunt.

[1592] *Vgl. auch Erasm. adag. 3704 (ASD II/8 130):* Nihil potest nec addi nec adimi.

[1593] *Graec. schol. II (Heylbut 132,26f.):* Εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη· […] οἷον εἰ γὰρ ἡ τέχνη […]. *Graec. schol. transl. II (Mercken 217,54f.):* Si utique omnis scientia. […] Verbi gratia si enim ars […].

[1594] *Graec. schol. II (Heylbut 132,29f.):* τοῦτο πάνυ ἀκριβῶς προσέθετο διὰ τὰς θεωρητικάς, αἳ οὐ τῷ μέσῳ χαρακτηρίζονται, τῷ ὑπερβάλλοντι δέ. *Graec. schol. transl. II (Mercken 217,56–58):* Hoc omnino diligenter et studiose apposuit propter speculativas virtutes, quae non medio characterizantur sed superabundante.

censum quorundam: *Et in summa laetari ac tristari*, ut intelligamus hos duos affectus laetitiae atque tristitiae quodammodo capitales esse. Adeo quippe late patent, ut omnes alios comitentur. Ne autem dubitemus, quomodo virtus moralis etiam in actionibus versetur, exemplo esse potest liberalitas, quae in largiendo consistit, quibus, quomodo et quando par est; iustitia quoque regi gubernat actiones. Attingit etiam obiter circumstantias *quando, quorum causa, cur et quomodo.* In affectibus et in actionibus plus et minus et medium esse affirmat, ut superius est expositum.[1595] Notandum adhaec duas virtutis esse proprietates: cum laudari tum ad officium dirigi. Proinde concluditur virtutem mediocritatem esse atque medii sectatricem, quod ut sit accipiendum, postea explicabimus.

Praeterea multis modis peccare usuvenit, quia malum infiniti est, ut Pythagorei coniiciebant, sed bonum est finiti. Cumque uno modo liceat benefacere, hinc id est facile, illud vero difficile. Nam est facile a scopo aberrare, consequi vero difficile. Igitur hac de causa tum exuperantia tum defectus ad pravitatem spectant. Virtutis vero est mediocritas. Boni enim fiunt simpliciter, varie autem multisque modis mali. [225*] 1106b 28–35

Probat nunc idem, nempe virtutem sectari mediocritatem aut mediocritatem esse. Rationem vero assumit, quod medium unum est, extrema vero sunt plura. Et si virtutem poneremus in extremis, tum multis modis virtus extaret. At id vitiis convenit, ut multiplicia sint, non

Medium unum est.

[224*] *AG* αὕτη γάρ ἐστι περὶ πάθη καὶ πράξεις, ἐν δὲ τούτοις ἔστιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ τὸ μέσον· οἷον καὶ φοβηθῆναι καὶ θαρρῆσαι καὶ ἐπιθυμῆσαι καὶ ὀργισθῆναι καὶ ἐλεῆσαι καὶ ὅλως ἡσθῆναι καὶ λυπηθῆναι ἔστι καὶ μᾶλλον καὶ ἧττον, καὶ ἀμφότερα οὐκ εὖ· τὸ δ' ὅτε δεῖ καὶ ἐφ' οἷς καὶ πρὸς οὓς καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὡς δεῖ, μέσον τε καὶ ἄριστον, ὅπερ ἐστὶ τῆς ἀρετῆς· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς πράξεις ἔστιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ τὸ μέσον· ἡ δ' ἀρετὴ περὶ πάθη καὶ πράξεις ἐστίν, ἐν οἷς ἡ μὲν ὑπερβολὴ ἁμαρτάνεται καὶ ἡ ἔλλειψις [ψέγεται], τὸ δὲ μέσον ἐπαινεῖται καὶ κατορθοῦται· ταῦτα δ' ἄμφω τῆς ἀρετῆς· μεσότης τις ἄρα ἐστὶν ἡ ἀρετή, στοχαστική γε οὖσα τοῦ μέσου· – *AL* Hec enim est circa passiones et operaciones. In hiis autem est superhabundancia et defectus et medium; puta et timere et audere et concupiscere et adverti et irasci et misereri et universaliter delectari et tristari est et magis et minus et utraque non bene. Quando autem oportet, et in quibus, et ad quos, et cuius gracia, et ut oportet, et medium et optimum quod est in virtute. Similiter autem et circa operaciones est superhabundancia et defectus et medium. Virtus autem circa passiones et operaciones est. In quibus quidem superhabundancia viciosa est et defectus vituperatus, medium autem laudatur et dirigitur. Hec autem ambo virtutis. Medietas quedam ergo est virtus, coniectatrix existens medii.

[1595] *Vgl. oben S. 492–496.*

virtutibus. Idque confirmatur Pythagoreorum sententia, qui bonum aiebant finitum, malum vero infinitum. Fitque hoc evidentius a simili sagittantium, quibus videmus longe facilius esse aberrare a scopo, quam assequi. Nam multis modis aberrare possumus, uno tantum simplicique modo illum ferire. Atque de Pythagoreis inquit: *coniiciebant*, quoniam illi probabilia dixerunt, non autem rem exquisite | tractarunt.[1596] Ut alias est dictum,[1597] ii Pythagorei duos fecerunt prin- 361 Z_1
Pythagorici principiorum ordines.
ci¦piorum ordines: impar, unum, dextrum, masculum, quietem, rectum, lumen et bonum, finitum et quadratum; quibus totidem opposita respondebant: par, multa, sinistrum, foeminam, motum, obliquum, tenebras, malum, infinitum, altera parte longius.[1598] At ex iis omnibus non facit ad rem praesentem nisi finitum et infinitum. Nam infinitum accommodat Aristoteles ad extrema, quae plura sunt. Non enim solum intelliguntur, quae distant extremo loco, sed multa, quae inter extrema et medium continentur. Ipsum vero medium, quia est unicum, finitum seu terminatum appellatur et virtuti congruit, quoniam uno tantum modo licet benefacere obiterque notatur facilius esse male facere quam bene. 329 Z_2

1106b 36–1107a 6 *Est itaque virtus habitus cum electione in mediocritate consistens, quae est quo ad nos ratione definita et ut prudens statueret. Medietas est duorum vitiorum, huius quidem iuxta exuperantiam, huius vero iuxta defectum. Et ad haec,*

[225*] *AG* ἔτι τὸ μὲν ἁμαρτάνειν πολλαχῶς ἔστιν (τὸ γὰρ κακὸν τοῦ ἀπείρου, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι εἴκαζον, τὸ δ' ἀγαθὸν τοῦ πεπερασμένου), τὸ δὲ κατορθοῦν μοναχῶς (διὸ καὶ τὸ μὲν ῥᾴδιον τὸ δὲ χαλεπόν, ῥᾴδιον μὲν τὸ ἀποτυχεῖν τοῦ σκοποῦ, χαλεπὸν δὲ τὸ ἐπιτυχεῖν)· καὶ διὰ ταῦτ' οὖν τῆς μὲν κακίας ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ ἔλλειψις, τῆς δ' ἀρετῆς ἡ μεσότης· ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί· – *AL* Adhuc peccare quidem multis modis dicitur. Malum enim infiniti, ut Pytagorici existimaverunt, bonum autem finiti, dirigere autem uno modo. Ideoque hoc quidem facile, hoc autem difficile; facile quidem non contingere signum, difficile autem contingere. Et propter hoc malicie quidem superhabundancia et defectus, virtutis autem medietas. Boni quidem enim simpliciter, multifarie autem mali.

[1596] *Vgl. Streb. eth. 86r:* Usus est verbo εἴκαζον, quod est coniiciebant aut coniectura assequebantur, quod non tam vera loquerentur quam verisimila quaedam opinione concepta.

[1597] *Vgl. oben S. 251.*

[1598] *Vgl. Arist. met. 1,5, 986a 22–26 (Jaeger 15):* ἕτεροι δὲ τῶν αὐτῶν τούτων τὰς ἀρχὰς δέκα λέγουσιν εἶναι τὰς κατὰ συστοιχίαν λεγομένας, πέρας [καὶ] ἄπειρον, περιττὸν [καὶ] ἄρτιον, ἓν [καὶ] πλῆθος, δεξιὸν [καὶ] ἀριστερόν, ἄρρεν [καὶ] θῆλυ, ἠρεμοῦν [καὶ] κινούμενον, εὐθὺ [καὶ] καμπύλον, φῶς [καὶ] σκότος, ἀγαθὸν [καὶ] κακόν, τετράγωνον [καὶ] ἑτερόμηκες.

quod vitiorum hoc quidem exuperat, hoc deficit plus quam oportet cum in affectibus tum in actionibus, et virtus medium et inveniat et deligat. [226*]

Virtutis definitio explicatur.

Concluditur absolviturque iam virtutis definitio. Cum dicitur *habitus*, ab omnibus dividitur rebus, quae in animo quidem sunt, verum constantia non firmantur ut opiniones, affectus, actiones, etc. Nam habitus qualitas est firmissima. Etymon habet vel ἀπὸ τοῦ ἔχεσθαι, quod est inhaerere, nam firmiter habitus annectitur animis. Vel ἀπὸ τοῦ ἔχειν, quod est habere.[1599] Vere quippe habitus possidentur, nam caetera facile transeunt. *Cum electione.*] Duo ista particula notantur. Primum, ut illa moveamur ad agendum sponte ac ultro; deinde, ut non casu, verum delectu adhibito.[1600] Excluduntur etiam naturalia et necessaria, quaeque non sunt in potestate nostra, nam eligimus, quae putamus conducere ad finem, quem iam praestituimus nobis, quaeque arbitramur posse fieri.[1601] Hoc etiam differt virtus a scientiis, nam illae in rebus necessariis versantur ideoque non interrogant (ut dicitur in
362 Z_1 po|sterioribus Analyticis), sed statim assumunt propositiones, cum in iis versentur, quae aliter se habere nequeunt, unde adversarii sensus de illis non est expectandus.[1602] Artes quoque non deliberant, cum certis
330 Z_2 praeceptionibus constent, quas ¦ artifices oportet sequi.[1603] Licet inter-

Z. 8 quod est] est Z_1 9 Duo] *om.* Z_2 17 sensus] assensus Z_2

[226*] *AG* Ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετική, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένῃ λόγῳ καὶ ᾧ ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειεν· μεσότης δὲ δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν· καὶ ἔτι τῷ τὰς μὲν ἐλλείπειν τὰς δ' ὑπερβάλλειν τοῦ δέοντος ἔν τε τοῖς πάθεσι καὶ ἐν ταῖς πράξεσι, τὴν δ' ἀρετὴν τὸ μέσον καὶ εὑρίσκειν καὶ αἱρεῖσθαι· – *AL* Est ergo virtus habitus electivus in medietate existens que ad nos determinata racione, et ut utique sapiens determinabit. Medietas autem duarum maliciarum, huius quidem secundum habundanciam, huius autem secundum defectum; et adhuc huic, has quidem deficere, has autem superhabundare ab eo quod oportet et in passionibus et in operacionibus, virtutem autem medium et invenire et eligere.

[1599] *Vgl. Streb. eth. 86r:* Dicuntur ἕξεις ἀπὸ τοῦ ἔχομαι, quod est haereo, quoniam tenacius inhaerent, vel ἀπὸ τοῦ ἔχω, quod est habeo, quia sunt animi quaedam affectiones.

[1600] *Vgl. Streb. eth. 86r:* ἕξις προαιρετική est habitus ad agendum sponte et ex delectu paratus.

[1601] *Vgl. Streb. eth. 86r:* Hoc ponitur […], ut tollantur omnia, quae non sunt in nostra potestate et quae non cadunt in consilium.

[1602] *Vgl. Arist. an. post. 1,2, 72a 8–11 (Ross ibid.):* πρότασις δ' ἐστὶν ἀποφάνσεως τὸ ἕτερον μόριον, ἓν καθ' ἑνός, διαλεκτικὴ μὲν ἡ ὁμοίως λαμβάνουσα ὁποτερονοῦν, ἀποδεικτικὴ δὲ ἡ ὡρισμένως θάτερον, ὅτι ἀληθές.

[1603] *Vgl. Streb. eth. 86v:* Ea particula excludit artes et scientias, quae sunt habitus quidem, sed enim deligere non dicuntur. Scientia proprie dicta habitus est demonstrans; ars habitus efficiens, qui, quod habet certum et consitutum, non eligit.

dum rhetor videatur deliberare, quo genere status causam suam velit tractare, et medicus inter multa pharmaca, quae aliquando uni morbo conducunt, delectum habet.[1604] Sed hoc est per accidens. Neque in aliis artibus usu venit, imo de istis etiam dicendum, ut viso, quid nam sit utilius, eos illo debere caeteris omissis uti. Quod si quis medicus aut rhetor non fecerit, non habebitur utique bonus artifex. *In mediocritate consistens.*] Hoc discernitur virtus a vitiis. Nam illa quoque sunt habitus et cum electione, sed in extremitatibus versantur.[1605] Mediocritas ea est quo ad nos, quoniam arithmeticum medium hic non retinetur, ut antea dictum fuit.[1606] Mediocritas vero quo ad nos ea dicitur, quae a ratione definita est, non autem a ratione cuiusvis hominis, sed prudentis.

Quare virtus sit mediocritas.

His expositis docet, quare virtus sit mediocritas et medii sectatrix. Mediocritas est, quoniam est habitus medius inter duos habitus vitiosos. Deinde quia in actionibus et affectibus est circa medium et non in extremis. Si quis ergo consideret affectus et actiones, ut dictum est, in iis deprehendet extrema et medium: medii non extremitatum sectatrix est virtus. Ad haec si qualitas ipsa virtutis attendatur, iuxta naturam suam est mediocritas quaedam, habitus videlicet inter duos vitiosos habitus alios. Unde recte concluditur et mediocritatem esse ac medii sectatricem.

1107a 6–8

Quamobrem quo ad substantiam et sermonem, qui explicat, quid sit res, virtus est mediocritas; quantum vero ad optimum et id, quod bene se habet, extremitas est virtus. [227*]

Quomodo virtus sit mediocritas et simul extremitas.

Per occupationem obiectioni tacitae occurrit Aristoteles. Dixerit enim quispiam, quomodo virtutem in medio collocas, cum ea res perfectissima sit et suum opus curet quam optime se habere, idcirco potius

Z. 23 se habet] habet Z_2

[227*] *AG* διὸ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν καὶ τὸν λόγον τὸν τὸ τί ἦν εἶναι λέγοντα μεσότης ἐστὶν ἡ ἀρετή, κατὰ δὲ τὸ ἄριστον καὶ τὸ εὖ ἀκρότης· – *AL* Propter quod secundum substanciam quidem et racionem quid esse dicentem, medietas est virtus, secundum optimum autem et bene, extremitas.

[1604] *Vgl. Streb. eth. 86v:* Electio autem cadit in eas artes, quae non semper agunt eodem modo ut in rhetoricen, si quando malit uti coniectura quam iure et factum negare, quam crimen iure defendere, si pro temporibus, personis, locis, negotiis dictionem mutet.

[1605] *Vgl. Streb. eth. 86v:* Definitioni adiungit medicritatem, ut excludat vitia, quae sunt habitus ad agendum sponte et ex delectu parati, sed a mediocritate defecerunt.

[1606] *Vgl. oben S. 493f.*

extremum videtur occupare? Ad hoc respondet illam quo ad essentiam
363 Z_1 et naturam esse quidem mediocritatem, at diverso respe|ctu nil obstat, quin extremitas quaedam possit dici, nam moralia distinguuntur in bonum et malum. Virtutes collocantur in bonis, vitia vero in malis. Unde cum distinctione agitur, virtus in altero extremo collocatur, vitium vero in altero, quod postea rursus diducitur in exuperantiam et defectum. Neque dubium id est, aliqua opposita posse rei eidem attribui, quando ratione ac respectu diverso considerantur. Si definitio
331 Z_2 lineae attendatur, longitudo est profunditate ac latitudine ca¦rens, cui postea id etiam adiungitur, ut recta sit aut obliqua. Graeca scholia notarunt haec duo inter sese collata mediocritatem esse vel medium sectari cum eo, quod est optimum, esse ac bene habere instar causae ac effecti esse. Nam ex eo, quod virtus est mediocritas et medium captat, id assequitur, ut optima sit et opera nostra efficiat bene habere. Quapropter mediocritas pertinet ad substantiam, optimum vero et bene recteque habere illi convenit ut proprietas.[1607]

Virtus quare in optimis reponenda.

Cur vero in optimis reponenda sit virtus, ita liquet. Partitio bonorum trita et pervulgata est, ut alia fortunae, alia corporis, alia esse animi dicantur.[1608] Atque inter haec animi bona praecipuum gradum obtinent, quae cum sint multiplicia, virtutes inter illa summum locum sibi vendicare omnes autumant, qui fit, ut virtus hoc modo quid optimum dicatur.[1609] Adhaec ens ipsum, quod latissime patet omniaque sua comprehendit amplitudine, per duas differentias quodammodo secatur, in bonum inquam et malum, quae duo sunt quasi contraria. Contraria vero illa dicuntur, quae sub eodem genere maxime distant.[1610] Ideoque cum virtus in altero sit horum oppositorum, nimirum

[1607] *Graec. schol. II (Heylbut 133,21–24):* Ἡ οὐσία τῆς ἀρετῆς ἐν μεσότητί ἐστι τῆς ἐν τῷ εὖ ἀκρότητος, ‹ἡ δὲ μεσότης αὕτη αἰτία καὶ τῆς ἐν τῷ εὖ ἀκρότητος›· ἐπιγίνεται γὰρ τὸ εὖ ταύτῃ· καὶ εἴη ἂν ὥσπερ συμπέρασμα τῆς ἀρίστης αἰτίας τιθέμενον ὁ τοιοῦτος λόγος, οἷον ἡ τῆς ἀρετῆς ἕξις, ἐν ἀκρότητι τῇ κατὰ τὸ εὖ. *Graec. schol. transl. II (Mercken 219f.,13–17):* Substantia virtutis in medietate est extremitatis in eo quod bene. Medietas autem haec causa et extremitatis in eo quod bene. Advenit enim et bene sic. Et erit utique quemadmodum conclusio optimae causae posita talis ratio, puta virtutis habitus, in extremitate quae secundum bene.

[1608] *Arist. eth. Nic. 1,8, 1098b 12–14 (Bywater 12):* νενεμημένων δὴ τῶν ἀγαθῶν τριχῇ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων τῶν δὲ περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα.

[1609] *Vgl. Streb. eth. 87r:* Si vero percurras ordinem bonorum, reperies bona fortunae in imo collocata, bona corporis in editiore gradu, bona animi in supremo et in illis virtutem summam, optimam perfectissimamque.

[1610] *Arist. met. 5,10, 1018a 25–28 (Jaeger 101):* ἐναντία λέγεται […] τὰ πλεῖστον διαφέροντα τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει.

in bono, quod longissime a malo distat, merito dici potest extremitas.[1611]

Quod vero attinet ad voces τὶ ἦν εἶναι, sciendum est illas Aristoteli esse familiarissimas[1612] et est, ac si diceres verbum de verbo expressum: »Quid sit esse«, hoc est, quae sit natura et essentia rei. Unde ipsa definitio si definienda sit, est sermo dicens τὶ ἦν εἶναι, quid sit esse,[1613] atque ita separatur a descriptione ac explicatione quid nominis, ab etymologia et caeteris explicationum formis.

Quomodo medium potest deligi in affectibus, cum extremi termini ignorentur.

At dixerit quispiam, cum natura non sint praefixi termini extremi affectuum vel actionum, quod ipsi sciamus, non enim dabitur adeo magnus timor, quin putemus posse reperiri maiorem, et audacia quamvis insignis, forte alia occurret aliquando vehementior. Neque secus est in defectu, parvo timore ac tenui audacia, minor adhuc | ac 364 Z_1
levior fortassis occurret. Quod cum ita sit, ut extremi termini cum actionum tum affectuum sint nobis ignoti, quomodo unquam poterimus deligere medium? Medium porro quadam relatione confertur cum extremis et natura est relativorum, ut si alterum non noris, alterum quoque nescias. Ad hoc respondetur argumentum esse firmissimum neque solvi posse, si medium quaerendum esset iuxta rem. Sed cum virtutis medium sit quo ad nos et rationis, extrema cognosci possunt. Non enim opus est, ut quisque summum timorem summamve audaciam quantum ad ipsius affectus naturam cognoscat, sed quo ad seipsum et quantum se deceat. ¦ Et satis est, ut quis in universum sciat, 332 Z_2
qui gradus affectus cuiuspiam pertineant ad unum vel alterum extremorum, ut illa evitet. Virtus enim captat medium, dum ab extremis deflectit, non quod aliquid ex illis assumat, vel ex eis componatur, sed per abnegationem est medium. Nullum siquidem medium, in quo sita est virtus, est aliquod extremorum. Quemadmodum lapis neque caecus est neque videns, sed inter ista medium est per abnegationem. Proinde qui virtutis medium quaerit, ut in arte agitur, se gerit. Illae enim sua opificia, ut medium assequantur et bene habeant nostrisque usibus aptentur, vel detrahunt vel addunt. Unde tandem per istas accessiones et imminutiones artificia nostris commodis et institutis con-

Z. 17 natura] natura ea Z_2

[1611] *Streb. eth. 87r:* Praeterea quum sint contraria, quae sub eodem genere posita plurimum distant, bonum et malum contraria longissime distabunt. Bonum tenebit altissimum locum, malum infimum, quae dicuntur indifferentia, sedebunt in medio.

[1612] *Vgl. etwa Arist. an. post. 1,22, 82b 38 (Ross ibid.); Arist. anim. 2,1, 412b 11 (Ross 27); Arist. met. 1,3, 983a 27f. (Jaeger 7).*

[1613] *Vgl. Streb. eth. 87v:* Dicit idem τὶ ἦν εἶναι pro definitione definitionis.

gruunt, non itaque rerum extrema spectant, sed quid nobis conveniat. Sicut etiam senarius numerus medium ponitur inter binarium et denarium, non quasi ex illis componatur, sed propter proportionem aequalem, quam habet ad utrunque. Hoc itaque retinendum, mensuram medii virtutis ex circumstantiis esse metiendam, quia non est medium rei, quod aeque distet ab extremis rei, non est medium participationis, quod ex extremis componatur, sed est medium quo ad nos seu rationis et medium abnegationis, vel ut ita dixerim deflexus. Et ad tale medium captandum et assequendum, satis est, ut extremorum qualis qualis habeatur notitia.

Sed omnis actio et omnis affectus non capit mediocritatem. Nam quaedam, 1107a 8–17
365 z_1 *statim ut nominantur, cum vitio connexa intelliguntur ut male|volentia, impudentia, invidia; et in actionibus adulterium, furtum, caedes. Haec omnia et similia sic vocantur, quod ipsa per se vitiosa sunt, non eorum exuperantiae neque defectus. In iis igitur recte agere nunquam licet, sed perpetuo peccare. Neque in iis est vel bene vel male factum ut in adulterio committendo quo ad licet, quando et quomodo. Sed prorsus quidvis horum committere est peccare.* [228*]

Non omnes affectus et actiones maius, minus et medium recipere.

Postremam huius capitis iam habemus partem. Ubique dixerat virtutem moralem circa actiones et affectus versari, in quibus maius, minus
333 z_2 et ¦ medium esset. Nunc monet non omnes affectus omnesque actiones ita esse comparatas, ut maius, minus et medium recipiant. Nam quaedam in hoc numero esse inquit, quae, ilico ut nominantur, vitiosa sunt neque mediocritate ulla recta iustaque reddi possunt. Et affectus quosdam huiusmodi recenset satis notos. Malevolentiam eleganter dicit

[228*] *AG* οὐ πᾶσα δ' ἐπιδέχεται πρᾶξις οὐδὲ πᾶν πάθος τὴν μεσότητα· ἔνια γὰρ εὐθὺς ὠνόμασται συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος, οἷον ἐπιχαιρεκακία ἀναισχυντία φθόνος, καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων μοιχεία κλοπὴ ἀνδροφονία· πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα λέγεται τῷ αὐτὰ φαῦλα εἶναι, ἀλλ' οὐχ αἱ ὑπερβολαὶ αὐτῶν οὐδ' αἱ ἐλλείψεις· οὐκ ἔστιν οὖν οὐδέποτε περὶ αὐτὰ κατορθοῦν, ἀλλ' ἀεὶ ἁμαρτάνειν· οὐδ' ἔστι τὸ εὖ ἢ μὴ εὖ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τῷ ἦν δεῖ καὶ ὅτε καὶ ὡς μοιχεύειν, ἀλλ' ἁπλῶς τὸ ποιεῖν ὁτιοῦν τούτων ἁμαρτάνειν ἐστίν· – *AL* Non autem suscipit omnis operacio neque omnis anime passio medietatem. Quedam enim confestim nominata convoluta sunt cum malicia, puta gaudium de malo et inverecundia et invidia, et in operacionibus adulterium, furtum, homicidium; hec enim omnia et que talia dicuntur secundum se ipsa mala esse, set non superhabundancie ipsorum neque defectus. Non igitur est enim umquam circa hec dirigere, set semper peccare. Neque est bene vel non bene circa talia in eo quod ut oportet et quando et quomodo, puta adulterari, set simpliciter facere quodcumque horum, peccatum est.

ἐπιχαιρεκακίαν, cum quis alieno malo gaudet.[1614] Enumerat quoque actiones quasdam, ut furtum, adulterium, caedes. Ista enim ita mala suapte natura esse constat, ut circumstantiis ullis non queant recta et iusta effici, nam quocunque modo haec admiseris, peccabis. Duo tamen hic sunt cavenda, quae annotarunt Graeca scholia. Videtur, inquiunt, nonnunquam adulteria iuste posse committi. Ut si quis cum uxore tyranni rem habeat, quo ad illum occidendum aditum faciliorem sibi paret. Item caedes fieri potest interdum iusta, ut si quis alterum occidat defendendi sui causa. Respondent ad primum: adulterium proprie non esse, quod ita committitur cum uxore tyranni, quandoquidem id non fit aut voluptatis turpis aut intemperantiae causa. Item de caede illius generis non agit nunc Aristoteles, verum de illegitima, quae a sicariis, rapacibus, turbulentis, seditiosis et violentis hominibus admittuntur.[1615] De secundo non male iudicatur a scholiis. Non enim quoties homo interficitur peccatur ibi, sed quando privata id fit authoritate. Nam tunc proprie caedem fieri constat, in quam non incurrit vel iudex, vel qui se defendit, vel qui iusto bello pugnat. At de adulterio | non ita se habet, quia non debemus ad honestas fines per turpia media contendere. 366 Z_1

An adulteria et caedes aliquando possint iuste committi.

1107a 18–21 *Idem quoque est censere circa iniustitiam, ignaviam et intemperantiam, mediocritatem, exuperantiam, excessum et defectum esse. Nam hoc pacto exu-*

Z. 5 cavenda] notanda Z_2 21 defectum] defectum non Z_2

[1614] *Vgl. Cic. tusc. 4,9,20 (King 348):* […] malevolentia sit voluptas ex malo alterius sine emolumento suo.

[1615] *Vgl. Aspas. eth. Nic. (Heylbut 50,2–9):* οὐ δεῖ δὲ ταράττεσθαι ὑπὸ τῶν λεγόντων τινὰς μοιχείας ἐπαινετάς, οἷον εἴ τις τυράννου γυναῖκα διαφθείρας τούτῳ τῷ τρόπῳ προσελθὼν καὶ ἀποκτείνας τὸν τύραννον ἐλευθερώσειε τὴν πατρίδα· οὐ γάρ ἐστι μοιχεία τοῦτο, ἀλλὰ νῦν ἐμφαίνει κατὰ τοὔνομα ἡ μοιχεία τὴν ἀκολασίαν καὶ τὴν ἥτταν τῶν ἡδονῶν καὶ τὴν παρανομίαν, καθάπερ καὶ ἡ ἀνδροφονία οὐ λέγεται τὸ ὅπως ἀποκτεῖναί τινα· ἀποκτείναι γὰρ ἄν τις δικαίως καὶ ἐπαινετῶς, οἷον πολέμιον λῃστήν· ἀλλ' ἐν τῷ ὀνόματι τῆς ἀνδροφονίας παρείληπται τὸ ἀδίκως καὶ παρανόμως ἀποκτεῖναι. *Vgl. auch Felic. mor. Nic. 47r-v:* Neque moveri quispiam debet, si quandoque incidit, ut adulteria quaedam laude digna esse videantur, quemadmodum si quis cum tyranni uxore rem habeat eaque ratione ad tyrannum interficiendum patriamque liberandam sibi viam patefaciat. Non enim id adulterium est existimandum neque de eo nunc intelligit Aristoteles, sed quando intemperantiae voluptatisque causa illegitime committitur. Sicut etiam homicidium non ille dicitur committere, qui quomodocunque hominem occidit. Nam posset etiam iuste aliquis id facere hostem aut latronem interimendo, sed qui iniuste et illegitime occidit. – *Zum Verhältnis der* Graeca scholia *zu Aspas. eth. Nic./Felic. mor. Nic. vgl. oben S. 8.*

perantiae ac defectus esset mediocritas et exuperantiae exuperantia nec non et deficientiae defectus. [229*]

Alia haec est ratio, qua idem confirmatur, nempe in illis extremis non esse mediocritatem quaerendam, quoniam tunc oporteret exuperantiae concedere aliquam exuperantiam et defectui alium defectum. Quod sane si daretur, nullus esset in huiusmodi terminis finis, imo semper ulterius progrederemur et in immensum abiremus, quod absurdissimum est, et a rerum natura prorsus alienum.

334 Z_2 ¦ *Quemadmodum autem cum temperantiae tum fortitudinis non est exuperantia neque defectus, quod medium quodammodo sit extremitas, ita neque illorum nimirum extremorum est mediocritas neque exuperantia neque defectus, sed, quocunque modo fiant, prave agitur. Quare in universum neque exuperantiae neque defectus est mediocritas, neque mediocritatis vel exuperantia vel defectus.* [230*] 1107a 22–27

Postremo rationem aliam adducit ex correlativo. Ideo in illis extremis non est mediocritas quaerenda, quia in ipsa mediocritate non invenitur vel exuperantia vel defectus. Ac si dixeris: Analysis.

Quemadmodum se habet mediocritas ad extrema, ita extrema ad mediocritatem.

Sed in mediocritate ut in ipsa temperantia et fortitudine non inveniuntur extrema, ita ut ibi sit vel exuperantia vel defectus.

Z. 12–13 exuperantiae] temperantiae Z_2

[229*] *AG* ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιοῦν καὶ περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ δειλαίνειν καὶ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα καὶ ὑπερβολὴν καὶ ἔλλειψιν· ἔσται γὰρ οὕτω γε ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεσότης καὶ ὑπερβολῆς ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις ἐλλείψεως· – *AL* Simile igitur attribuenti et circa iniusta facere et timere et incontinentem esse, esse medietatem et superhabundanciam et defectum. Erit enim sic superhabundancie et defectus medietas, et superhabundancie superhabundancia, et defectus defeccionis.

[230*] *AG* ὥσπερ δὲ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας οὐκ ἔστιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις διὰ τὸ τὸ μέσον εἶναί πως ἄκρον, οὕτως οὐδ' ἐκείνων μεσότης οὐδ' ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, ἀλλ' ὡς ἂν πράττηται ἁμαρτάνεται· ὅλως γὰρ οὔθ' ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως μεσότης ἔστιν, οὔτε μεσότητος ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις· – *AL* Quemadmodum autem temperancie et fortitudinis non est superhabundancia et defectus, propter medium esse aliqualiter extremum, ita neque illorum medietas neque superhabundancia et defectus, set ut utique operatum est, viciosum est. Universaliter ergo neque superhabundancie neque defectus medietas est, neque medietas superhabundancia et defectus.

Ergo neque in extremis erit mediocritas.[1616]

| Et certe si esset in illis extremis vitiosis mediocritas, tum aliqua intem- 367 Z_1
perantia esset laudabilis et aliqua ignavia commendaretur, quod a vero longissime distat.

Sed hic duo sunt consideranda. Primum, cum dicitur in extremis non esse mediocritatem, haud propterea magnanimitatem et magnificentiam auferri, quae circa extrema putantur versari, de quibus, ut revera in mediocritate sita sint, dicemus postea suo loco.[1617] Alterum, quod annotamus, est: non propterea statui hoc loco vitia omnia esse paria, ita ut non debeant dari maiores et minores vel exuperantiae vel defectus. Dantur enim, sed non ita, ut in ipsis mediocritas laudabilis, et quae constituat virtutem, inveniatur.

Quomodo haec cum sacris literis congruant.

Nunc superest, ut videamus, quomodo istud caput ad ungulam divinarum literarum se habeat. Primo dictum est virtutem bonum reddere illum, qui sit ea praeditus et eius opus perficere. Dei verbum ab hoc non dissentit, nam fide iustificamur, ut Paulus testatur,[1618] et sancti per fidem praeclarissima gesserunt, ut epistola ad Hebraeos testatur.[1619] Ad haec spe salvi facti sumus. Et beata dicitur spes in epistola ad Titum, quod beatos nos faciat.[1620] Et ad Thessalonicenses: »Nolo vos contristari de dormientibus sicut caeteri, qui spem non habent«[1621]. De charitate non est dubium, quandoquidem illa »omnia fert, omnia credit, omnia sperat«[1622]. Hoc tamen addendum est, Deum ipsum nos perfi¦cere, sed ad nostram instaurationem huiusmodi virtutibus abuti. 335 Z_2
Secundo hic docet Aristoteles virtutem haec praestare bona mediocritatem sectando, sed mediocritas etiam a divina scriptura commendatur. Paulus inquit ad Romanos non debere sapere plus, quam oportet, sed ad moderationem.[1623] »Non declines ad dextram neque ad sinistram«[1624]. Et medium hoc quo ad nos et secundum rationem est

Z. 6 magnanimitatem] magnitudinem Z_2

[1616] *Die vorliegende Argumentation leitet sich vom* locus a comparatis *bzw.* a similibus *her, vgl. Agric. inv. 1,24 (Mundt 146,46–52).*
[1617] *Vgl. unten S. 517f.*
[1618] *Röm 3,28* Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis.
[1619] *Hebr 11,4–40.*
[1620] *Tit 2,13* Expectantes beatam spem et adventum gloriae magni Dei.
[1621] *1Thess 4,13.*
[1622] *1Kor 13,7.*
[1623] *Röm 12,3* Dico enim per gratiam, quae data est mihi, omnibus, qui sunt inter vos, non plus sapere quam oportet sapere.
[1624] *Spr 4,27.*

intelligendum. Unde nos conferimur ad Rom[anos] cum membris, quae sunt in eodem corpore, quorum oportet unumquodque suo contentum esse modo et officio suo fungi neque aliena usurpare.[1625] Dominusque laudavit pauperem viduam, quae duo minuta offerebat, illamque praetulit ditissimis, qui dona opima largiebantur.[1626] Et abnegatio sui ipsius quo ad rem potest extremum videri, cum sit quo ad nos medium. Talis enim est nostra vitiata et corrupta natura, ut expediat ab ea recedere. Deinde inquit Dominus: »Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?«[1627], quod est vitam pro veritate ponere. Hoc videtur summum, si rem spectes, at quo ad nos et circumstantias iustas
368 Z_1 medium est opti|mum ad felicitatem consequendam. Additur ab Aristotele bonum simpliciter et uno quodam fieri modo, malum vero varie ac multipliciter committi. Et Christus ait latam esse portam et viam, quae ad interitum ducit, angustam e diverso portam et arctam viam, quae ad salutem ducat.[1628] In definitione postea virtutis ponitur habitus. Unde constantia ostenditur necessaria in veris virtutibus. Et Dominus tradit non esse idoneum ad regnum coelorum, nisi quis perseveraverit idque usque in finem.[1629] Et Ioannes idcirco laudatur, quod non sit arundo a vento agitata.[1630] Monetque Paulus, ne simus ut parvuli circumferamurque omni vento doctrinae.[1631] Et a Ieremia dicitur bonum esse homini, qui iugum ab adolescentia sua portaverit.[1632] Praeterea scribitur virtutem esse cum electione. Laudatur etiam in sacris literis, quod animo libero et voluntario agitur. In Psal[mis]: »Populus tuus spontanearum«, voluntatum scilicet.[1633] Et de eleemosyna inquit

Z. 15 definitione] definitioue Z_2

[1625] *Röm 12,4f.* Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.

[1626] *Lk 21,3f.* Vere dico vobis, quia vidua haec pauper plus quam omnes misit. Nam omnes hii ex abundanti sibi miserunt in munera Dei, haec autem ex eo, quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit.

[1627] *Mt 20,22.*

[1628] *Mt 7,13f.* Intrate per angustam portam, quia lata porta et spatiosa via, quae ducit ad perditionem, et multi sunt, qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta via, quae ducit ad vitam, et pauci sunt, qui inveniunt eam.

[1629] *Mt 10,22* Qui autem perseveraverit in finem, hic salvus erit.

[1630] *Mt 11,7* Coepit Iesus dicere ad turbas de Iohanne: Quid existis in desertum videre? Harundinem vento agitatam?

[1631] *Eph 4,14* […] ut iam non simus parvuli fluctuantes et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.

[1632] *Klgl 3,27.*

[1633] *Vgl. Ps 111,2 (Vulg. 110,2)* Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius.

Paulus: »Non ex tristitia, sed ex necessitate«[1634]. Medium quo ad nos et secundum rationem virtus sequitur, ut sapiens vir definiret. Hic nonnihil dissentimus. Non enim media virtutum quaerimus ex hominibus, sed ex verbo Dei. Nullus enim sapiens est, qui non erret, unde illorum iudicio quo ad ista non est standum. Virtus dum consideratur, quatenus efficit, ut res bene se habeat et optimum quaerit, iam non medii, sed rationem extremi habet. Ita in sacris literis Dominus haud semel nos monuit, cum iuberet esse perfectos ut coelestis Pater.[1635] Paulus quoque idem mandat, nec non se idem facere ostendebat, cum inquit ad Philipp[enses] ¦ non adhuc se consecutum esse, verum ad ulteriora 336 Z_2 perpetuo tendere.[1636] Ubi declarat se non medium, sed quodammodo extremum quaerere. Postremo statuit Aristoteles quosdam esse affectus et quasdam actiones, in quibus medium non sit quaerendum, nempe laude dignum quodve faciat ad virtutem, sed statim, ut nominantur, omnia mala sunt. Sic ad Ephes[ios] quaedam nominavit apostolus, de quibus dixit: »In vobis ne quidem nominentur«[1637]. Et: »Qui talia faciunt, regnum Dei non possidebunt«[1638]. Nil possunt in iis circumstantiae.

| Caput VII

369 Z_1

1107a 28–33 *Hoc autem oportet non solum in universum dicere, sed ad ea, quae singula sunt, adaptare. Nam in sermonibus, qui de actionibus tractant, ii, qui de toto genere, communiores utique sunt, sed qui versantur circa partes, veriores. Actiones enim sunt in singulis, quare iis oportet concinere. Accipienda igitur haec sunt ex descriptione.* 231* ‹II,6›

Partes huius capitis. Caput hoc in duo partiemur. Prius, quodnam sit suum consilium, aperit, nimirum de virtutibus moralibus agere singillatim. Deinde nume-

Z. 8 cum] quum Z_2 9 cum] quum Z_2

1634 *2Kor 9,7* Unusquisque, prout destinavit corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus.

1635 *Mt 5,48* Estote ergo vos perfecti, sicut et Pater vester caelestis perfectus est.

1636 *Phil 3,13f.* Unum autem: quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero, quae sunt in priora, extendens me ad destinatum persequor, ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Iesu.

1637 *Eph 5,3* Fornicatio autem et omnis inmunditia aut avaritia nec nominetur in vobis.

1638 *Eph 5,5* Hoc enim scitote intellegentes, quod omnis fornicator aut inmundus aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hereditatem in regno Christi et Dei.

rum seu catalogum earum confuse describit, quo postea de illis queat subtilius exquisitiusque docere. Quo ad primum non satis ait esse de virtute in universum et confuse dixisse, verum communem illius definitionem ad singulas ipsius formas et species adaptare. Hoc est enim quoddam probationis genus. Cum enim viderimus temperantiam consectari medium, fortitudinem quoque circa medium versari, ut iam est expositum, nec aliter caeteras eiusdem generis virtutes se habere viderimus, concludemus et quidem firmiter definitionem virtutis in universum ita esse assignandam. Valebitque tractatio haec de singulis virtutum speciebus eo, ut certitudinem evidentiorem naturae illius assequamur, et ob id ex doctrina fructum maiorem reportemus. Etenim sermones, qui de toto genere sunt, maiorem habent amplitudinem ac multo plura quam contractiores in se claudunt, at illi sunt veriores. Huc deinde accedit scientias agentes evidentiam suam a singulis haurire, ideo par est, ut de illorum actionibus quam maxime agant, quandoquidem actiones non ¦ sunt generum aut notionum communium, sed singulorum neque scientiae πρακτικαί alio quam ad agendum sunt referendae. Unde notarunt Graeca scholia scientias contemplantes longe secus agere. Definit enim mathematicus triangulum neque probationem definitionis allatae a singulis triangulis disquirit, cum in ipso universali maiorem de eo | notitiam habeat. Sensus enim docet ibi tres angulos esse, ubi duae lineae super alteram hoc modo cadunt. At nostrae scientiae agentes, ut nostra est moralis et medica, universalem definitionem aut proprietatem de quapiam re concludere nequeunt, nisi quantum ex observatione singularium collegerint.[1639] Ita enim Galenus proprietates herbarum et medicamentorum congerebat.

Definitio virtutis quare singulis eius formis sit adaptanda.

337 Z_2

370 Z_1

[231*] *AG* Δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς καθ' ἕκαστα ἐφαρμόττειν· ἐν γὰρ τοῖς περὶ τὰς πράξεις λόγοις οἱ μὲν καθόλου κοινότεροί εἰσιν, οἱ δ' ἐπὶ μέρους ἀληθινώτεροι· περὶ γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα αἱ πράξεις, δέον δ' ἐπὶ τούτων συμφωνεῖν· ληπτέον οὖν ταῦτα ἐκ τῆς διαγραφῆς· – *AL* Oportet autem non solum universaliter dici, set et hiis que sunt secundum singula aptare. In hiis qui circa operaciones sermonibus, universales quidem inaniores sunt, particulares autem veriores. Circa singula enim operaciones, oportunum autem in hiis concordare. Sumendum igitur hoc ex descripcione.

[1639] *Graec. schol. II (Heylbut 134,26–32):* ἐν μὲν ταῖς ἐπιστήμαις οὐκ ἐκ τῶν καθ' ἕκαστον ἡ πίστις· αἱ γὰρ ἀποδείξεις διὰ τοῦ καθόλου καὶ δι' αὐτῶν τὰ ὑπὸ τὸ καθόλου δείκνυται καὶ πίστιν λαμβάνει· […] ἐπὶ δὲ τῶν πρακτῶν τὸ πιστὸν τῶν περὶ αὐτῶν λόγων ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα· περὶ γὰρ ταῦτα καὶ ἐν τούτοις αἱ πράξεις. *Graec. schol. transl. II (Mercken 221f.,70–77):* In scientiis quidem non ex singularibus fides. Demonstrationes enim per universalia et per ipsa ea quae sub universalibus ostenduntur et fidem accipiunt. […] In operativis autem credere faciens eos qui de ipsis sermones ex his quae secundum singula. Circa haec enim et in his operationes.

Dubitant aliqui, quomodo sermonibus communioribus Aristoteles opponat veriores, et suspicio est in codice castigatiori fuisse scriptum κενότεροι, ac si diceres: inaniores sunt et minus utiles, alii vero sunt veriores et fructuosiores.[1640] Verum etiam si scribatur κοινότεροι, commodus erit sensus. Nam rationes communes Aristoteli sunt minus certae, nempe probabiles, nam ἀποδεικτικοὺς συλλογισμούς ex propriis concludere oportet, non ex communibus, ut in posterioribus Analyticis dicitur.[1641] Statuit ergo quasi descriptione quadam virtutes ante omnia esse describendas a pictoribus deducta metaphora, qui prius crassius vel obscurius, quae picturi sunt, adumbrant et illud idem postea coloribus idoneis ornant. Versabitur autem haec descriptio circa humanos affectus et actiones, quandoquidem virtutes morales in iis locum habere demonstratum est.

1107a 33–1107b 4 *Fortitudo itaque circa formidines et ausus est mediocritas. Et inter eos qui exuperant, qui intrepiditate excedit caret nomine; in iis enim permulta sunt absque nomine. Qui vero in confidendo superat, est audax. Quique timendo exuperat et confidendo deficit, ignavus dicitur.* [232*]

Fortitudo. Iam catalogus quarundam virtutum describitur et fortitudo prima occurrit, cuius mediocritas est ipsa virtus. Ausus habet pro exuperantia, et formidinem pro defectu. Sed exuperantiam partitur adhuc in duo, nam aliqui modum excedunt non timendo, alii autem audendo. Qui excedunt non timendo illi traduntur esse, qui prorsus omnem timorem exuerunt, et adeo sunt ¦ impavidi, ut nec ad ea moveantur, quae om- 338 Z_2

De his, qui excedunt non timendo.

[232*] *AG* περὶ μὲν οὖν φόβους καὶ θάρρη ἀνδρεία μεσότης· τῶν δ' ὑπερβαλλόντων ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ ἀνώνυμος (πολλὰ δ' ἐστὶν ἀνώνυμα), ὁ δ' ἐν τῷ θαρρεῖν ὑπερβάλλων θρασύς, ὁ δ' ἐν τῷ μὲν φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων τῷ δὲ θαρρεῖν ἐλλείπων δειλός· – *AL* Circa timores quidem igitur et audacias fortitudo medietas. Superhabundancium autem qui intimiditate quidem innominatus. Multa autem sunt innominata. Qui autem in audere superhabundat, audax. Qui vero in timere quidem superhabundat, in audere autem deficit, timidus.

[1640] *Streb. eth. 88v:* In codicibus scriptum κοινότεροι, id est communiores, ut sit: disputationes universales sunt communiores. Id nemini dubium est. Sed quomodo retulit veriores? Communiores et veriores quid habent oppositionis? Praeterea loquitur non de omni disputatione, sed ea, quae de actionibus suscipitur, quae si verior atque melior est in parte quam in genere, non iccirco relinquenda, quod sit communior, sed quod frugifera minus. Vetus intepres legebat κενώτεροι, legebat quoque Leonardus [Aretinus] ac ita legendum puto, ut sit: sermones universi in actionibus sunt vacui, hoc est minus frugiferi.

[1641] *Arist. an. post. 1,2, 71b 20f. und 72a 5f. (Ross ibid.):* ἀνάγκη καὶ τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην ἐξ ἀληθῶν τ' εἶναι καὶ πρώτων […] ἐκ πρώτων δ' ἐστὶ τὸ ἐξ ἀρχῶν οἰκείων.

nino superant naturam ut coelestia tonitrua, fulmina, terraemotus et consimilia. Nec tamen ii excedunt audendo, non enim propterea se
371 Z_1 ultro periculis exponerent vel aliquid honesta de causa | tentarent arduum. Quique sunt eiusmodi, mania et furore quodam creduntur laborare. Nomine carent, quoniam pauci huiusmodi reperiuntur. Videtur quibusdam ita rem habere: quicunque audax est, nil timet et non e contrario, quandoquidem permulti queant intrepidi esse, qui non audeant neque velint quicquam aut movere aut tentare. At non ita res habet, quoniam audax non omnino est intrepidus, ita ut omnem exuerit timorem, movetur quidem illo aliquantisper, sed facile superat et frequenter, imo saepius, quam oportet, audet. A recto proinde et natura humana is magis discedit, qui superat intrepiditate, quam qui vincit audacia.[1642] Quamobrem sic est constituendum fortem audere, sed cum ratione, quando nimirum oportet et propter quid oportet ac iussu rationis metum, qui est in eo superante.[1643] Sed audax is est, qui temere audet.[1644] Exponit quidem se periculis, verum absque ratione, etenim metum omnem non abiecit, verum magna ex parte.[1645]

An omnis audax nihil timeat.

Sed quemadmodum in exuperantia duo diversi ponuntur affectus, intrepidi (ut sic dixerim) et audacis, cur in defectu non item duo assignantur, sed unus constituitur, quo dicimur ignavi seu timidi? Respondetur, duos quidem et ibi assignari modos defectus, cum dicantur aliqui deficere vel nimium timendo vel non audendo, sed videntur simul in uno timidi vel ignavi nomine coniugi, quoniam a se invicem non separantur. Nam quicunque nimium est trepidus, nihil audet, et vicissim qui nihil audet, est nimium trepidus. Caeterum non ita res habet, quia fieri potest, ut quispiam nil timeat simulque nil audeat. Coniunguntur potius ii duo modi ab Aristotele, quod eodem nomine ignavi seu timidi comprehendantur.[1646] At ille, qui sic excedit non timendo,

Cur non in defectu fortitudinis duo affectus constituantur.

Z. 14 et ... oportet] *om.* Z_2

[1642] *Vgl. Streb. eth. 89r-v:* Inter eum, qui intrepide fertur, et eum, qui plus satis audet, quid interest? Ille seclusit omnem timorem, hic magna ex parte metum abiecit. Ille naturam exuit, hic sui tuitionem non omnino aspernatus est. […] Uterque peccat, sed longius errat is, qui sensum humanae conditionis amisit et humanitate reiecta cepit immanitatem.

[1643] *Vgl. Streb. eth. 89v:* Fortis est impavidus, quum ratio iubet, metuit, quae metuenda sunt honesto viro.

[1644] *Vgl. Streb. eth. 89v:* Audax temere versatur in periculis ratione iniussu.

[1645] *Strebaeus weist anhand von Vergil ebenso darauf hin, dass auch tollkühne Menschen Furcht empfinden, vgl. Streb. eth. 89v:* [Virgilius inducit] Turnum audacem […]. Non illi tamen omnem metum aufert, sed addit tamen: Cunctaturque metu telumque instare tremiscit. *Vgl. Verg. Aen. 12,916 (Mynors 421).*

cur ἄφοβος non appellatur et iste affectus quare non dicitur ἀφοβία? Quia nomina haec etiam forti conveniunt nec non audaci, ideoque illi quem appellavimus intrepidum non possunt esse propria.[1647] Unde Aristoteles in 3. Ethicorum, cum de viro forti loquitur, inquit: ὁ δὲ ἀνδρεῖος πρὸς ταῦτα ἔχει ἀφόβως.[1648] At iam de altera virtute videndum est.

1107b 4–8 *Temperantia est mediocritas circa voluptates et aegritudines, non quidem omnes, nam in corporeis versatur et inter has maxime tactum respicit, minus tamen circa aegritudines est. Excessus intemperantia dicitur.* ¦ *Qui vero circa* 339 Z$_2$
voluptates | *deficiunt, non ita multi sunt, ideo nomen non habuerunt; sunto* 372 Z$_1$
vero stupidi. [233*]

Quare prius agat de fortitudine quam de temperantia.

Quare prius voluit Aristoteles de fortitudine agere quam de temperantia? Quoniam inter animi partes ad rationem magis accedit vis irascens quam cupiens.[1649] Nam fere semper ea vis cum ratione facit, illam tuetur et illam defendit. Unde cos rationis a sapientibus est dicta. Cumque fortitudo in ista facultate animi sita sit, ac temperantia in illa, quae concupiscit, ideo prior locus fortitudini est datus. Neque arbitror

[233*] *AG* περὶ ἡδονὰς δὲ καὶ λύπας – οὐ πάσας, ἧττον δὲ καὶ περὶ τὰς λύπας – μεσότης μὲν σωφροσύνη, ὑπερβολὴ δὲ ἀκολασία· ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς οὐ πάνυ γίνονται· διόπερ οὐδ' ὀνόματος τετυχήκασιν οὐδ' οἱ τοιοῦτοι, ἔστωσαν δὲ ἀναίσθητοι· – *AL* Circa delectaciones autem et tristicias, medietas quidem temperancia, superhabundancia autem intemperancia. Deficientes autem circa delectaciones non multum fiunt; propter quod et isti nomine non sunt sortiti. Sint autem insensibiles.

[1646] *Graec. schol. II (Heylbut 135,27–32):* ὁ δὲ ἐν μὲν τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων, ὃς εἴη ἂν ‹ἐν› ἐναντίῳ πάθει τῷ κατὰ τὴν ἀφοβίαν ὑπερβάλλοντι, ἐλλείπων δὲ τῷ θαρρεῖν, δειλός· ἐπὶ μὲν τοῦ δειλοῦ ἀντιστρέφει· καὶ γὰρ ὁ ὑπερβάλλων ἐν τῷ φοβεῖσθαι πάντως ἐλλείπει κατὰ τὸ θαρρεῖν, καὶ ὁ ἐλλείπων περὶ τὸ θαρρεῖν ὑπερβάλλει ἐν τῷ φοβεῖσθαι· διὸ καὶ μία ἡ ἐξ αὐτῶν κακία. *Graec. schol. transl. II (Mercken 224,55–60):* Qui autem in timendo quidem superabundat, qui erit utique in contraria passione ei qui secundum intimiditatem superabundat, deficiens autem in audendo, timidus vel formidolosus. In formidoloso quidem igitur convertitur. Etenim qui superabundat in timendo omnino deficit secundum audere, et qui deficit circa audere superabundat in timere. Propter quod et una ex ipsis malitia.

[1647] *Vgl. Streb. eth. 89v:* Qui sit ita ferox, immanis, imerterritus, eum dicit Aristoteles nomine vacare. Nam ἄφοβος, id est impavidus, et ἀνάλγητος, hoc est non sentiens mala, non sunt eius propria vocabula, quippe quae ad fortes accomodari possint.

[1648] *Arist. eth. Eud. 3,1, 1228b 26 (Rackham 312). Vermigli hat dieses Zitat aus der Eudemischen Ethik wohl von Strebaeus übernommen, vgl. Streb. eth. 89v:* […], ut lib[ro] 3. Ethic[orum] Eudem[iorum]: ὁ δὲ ἀνδρεῖος πρὸς ταῦτα ἔχει ἀφόβως.

[1649] *Vgl. Plat. resp. IV 441a (Burnet IV ibid.):* ἐν ψυχῇ τρίτον τοῦτό ἐστι τὸ θυμοειδές, ἐπίκουρον ὂν τῷ λογιστικῷ φύσει.

adductam rationem esse necessariam; tantum probabilis est et in praesentia magis verisimilis occurrit.

Circa quas voluptates versetur temperantia.

Circa voluptates et aegritudines mediocritas est temperantia, excessus intemperantia, defectus caret nomine. Sed quoniam voluptas est duum generum, quaedam animi eaque ab omnibus collaudatur, ut cum quis gaudet Dei naturaeque contemplatione aut laetatur conscientia recte factorum, vel delectatur iuvando et beneficia, quae potest, in alios conferendo. Alterum vero genus voluptatis crassius est et a sensibus non a ratione percipitur dicunturque voluptates eae corporeae. Unde Aristoteles ait hanc virtutem non circa priores versari, ratio potest afferri, quoniam illa, cum sint honestissima, non opus habent moderatione. Restat igitur, ut in hoc posteriori genere temperantia collocetur. Neque adhuc circa omnes corporeas locum habent, sed in iis tantum, quae ad tactum pertinent. Sed cum tactu oportet ut gustum etiam intelligas. Sunt enim illi duo sensus, ut in lib[ro] De anima scribitur, admodum coniuncti.[1650] Erit itaque temperantia mediocritas in voluptatibus cibi ac potus et veneris. At quare moderatrix non est et voluptatum, quae per nares, per oculos et per auditum sentiuntur? Quoniam illarum voluptatum non est tanta et tam vehemens cupiditas ut istarum neque illae ut hae sunt noxiae. Iis enim si fuerint immoderatae, homines quodammodo in bruta degenerant, non autem propter sonos, odores aut colores. At sit etiam in hoc voluptatum genere, quae ad alios sensus pertinent, modum excedi et opus esse aliqua virtute, exuperantia eiusmodi nunquam habita est aut dicta intemperantia. Sed qui sic peccant, alterius cuiusdam peccati, non intemperantiae accusantur.[1651]

Temperantia utrum frequentius versetur in voluptatibus an in aegritudinibus.

Cum itaque temperantiae virtus cum in voluptatibus tum in aegri|tudinibus locum habeat, utra istarum affectionum est materia eius frequentius? Voluptates, inquit Aristoteles, quoniam in illis cohibendis magis laboramus et ad voluptatum exuperantiam videmur a natura impelli. Neque ita est difficile ¦ resistere aegritudini quam sibi temperare a voluptate. Virtus vero maxime circa difficilia versatur. Deinde

373 Z_1

340 Z_2

Z. 18 per nares] *om.* Z_2

[1650] *Arist. anim. 2,10, 422a 8 (Ross 51):* Τὸ δὲ γευστόν ἐστιν ἁπτόν τι.

[1651] *Vgl. Streb. eth. 89v–90r:* In alimento et venere temperantia maxime versatur, quia saepius in hoc genere peccat homo et propius accedat ad beluam. Nam in videndis figuris et coloribus, in audiendis sonis, in odoribus capiundis, in sensu frigoris et caloris non tam saepe vitium admittit nec, si damittit, insequitur voluptatem bestiarum. Adde, quod nemo dixit intemperantem, qui nimium rebus istis frueretur, sed alio nomine notatum crimen est.

aegritudo animi, quae pertinet ad hanc virtutem, oritur ex defectu vel absentia voluptatis, at longe facilius est desiderium ferre absentis voluptatis, quam praesenti non frui.[1652]

Defectus in hac materia nomen non habuit. Ratio affertur, quia non ita multi, imo paucissimi sunt, qui omnino a voluptatibus abhorreant. Et ea, quae raro accidunt aut fere nusquam videntur, facile nomine carent. Sint attamen, inquit Aristoteles, ἀναίσθητοι, hoc est stupidi. Non tamen sic existimare debemus illos proprie appellari, nam ea vox etiam significat eos, qui vi morbi oppressi non sentiunt. Et fieri potest, ut aliqui ex morbo vel aliqua nervorum dissolutione gustus voluptatis et veneris non sentiant.[1653]

1107b 8–14 *In donandis autem et accipiendis pecuniis, mediocritas est liberalitas, excessus vero et defectus, effusio et illiberalitas. Eae vero contraria inter se ratione excedunt et deficiunt. Prodigus enim in largiendo exuperat et in accipiendo deficit. Illiberalis vero in accipiendo modum excedit, at in elargiendo remissior est.* [234*]

Liberalitas et vitia illi opposita.

Post fortitudinem ac temperantiam, de illis agit virtutibus, quae sunt circa externa bona, ut facultates et honores. Ac in administrandis pecuniis mediocritas vocata est liberalitas; qui vero exuperat, ἄσωτος, effusus et prodigus, non servat res, imo perdit, nimium dat et parum accipit. Avarus autem ab altero stat extremo, et plus aequo accipit, minus autem elargitur. Quamobrem exuperantia et defectus iis modis inter sese opponuntur.

Z. 6 Et] *om.* $\mathcal{Z}_2$ 7 inquit] iuquit $\mathcal{Z}_1$ 19 ἄσωτος] ἄσοτος $\mathcal{Z}_2$

[234*] *AG* περὶ δὲ δόσιν χρημάτων καὶ λῆψιν μεσότης μὲν ἐλευθεριότης, ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις ἀσωτία καὶ ἀνελευθερία· ἐναντίως δ' ἐν αὐταῖς ὑπερβάλλουσι καὶ ἐλλείπουσιν· ὁ μὲν γὰρ ἄσωτος ἐν μὲν προέσει ὑπερβάλλει ἐν δὲ λήψει ἐλλείπει, ὁ δ' ἀνελεύθερος ἐν μὲν λήψει ὑπερβάλλει ἐν δὲ προέσει ἐλλείπει· – *AL* Circa dacionem autem pecuniarum et accepcionem medietas quidem liberalitas; superhabundancia autem et defectus, prodigalitas et illiberalitas. Contrarie autem et hee superhabundant et deficiunt. Prodigus quidem enim in tribucione superhabundat, in accepcione autem deficit. Illiberalis autem in accepcione quidem superhabundat, in tribucione vero deficit.

[1652] *Vgl. Streb. eth. 90r:* Quod autem difficilius est moderari praesentibus, quam ferre patienter absentes, temperantia minus in dolore quam in voluptate versatur. Est enim in re difficili virtus.

[1653] *Vgl. Streb. eth. 90r:* ἀναίσθητος, id est stupidus […]. Non est eius proprium nomen, quia accomodatur ad attonitos, timore perterritos, duros, aegros, bardos, stolidos, omnes, qui non sentiunt.

De iis autem nunc summatim dicitur et crassiori Minerva, nam de iisdem 1107b 14–21
374 Z_1 *postea exquisitius determinabitur. At quidam alii adhuc | affectus circa pecunias habentur. Mediocritas enim quaedam est magnificentia. Nam magnificus a liberali distat, quod hic in magnis, alter vero in parvis versetur.* Magnificentia et vitia illi opposita.
Exuperantia dicitur ἀπειροκαλία καὶ βαναυσία. *Defectus* μικροπρέ-
341 Z_2 πεια. *Differunt autem hae ab iis, quae circa ¦ liberalitatem sunt. Quid vero differant, postea dicetur.* [235*]

Nomen hoc ἀπειροκαλία deducitur ab ἄπειρον, quod indefinitum, et καλόν, quod sumptus ultra fines ac terminos honesti effundatur. Βαναυσία vocatur etiam haec exuperantia, quoniam βάναυσοι, hoc est sordidi artifices, cum sint rerum harum imperiti, dum volunt videri magnifici, non leviter in hoc impensarum genere peccant. Sutor semel factus dives epulum dedit Romano populo. Et Aesopus[1654] histrio volens epulari magnifice, linguas coemit preciosissimarum avium.[1655] In popularibus porro civitatibus adhibentur saepius impensae huiusmodi, quod populus illis gaudeat.[1656] Unde illi sordidi artifices, qui mediocritatem ignorant, licet prae tenuitate non queant tales impensas facere, illis nihilominus delectantur. Quare Cicero aiebat non placere populo Romano privatam luxuriam, sed publicam magnificentiam.[1657]

[235*] *AG* νῦν μὲν οὖν τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφαλαίου λέγομεν, ἀρκούμενοι αὐτῷ τούτῳ· ὕστερον δὲ ἀκριβέστερον περὶ αὐτῶν διορισθήσεται· περὶ δὲ χρήματα καὶ ἄλλαι διαθέσεις εἰσί, μεσότης μὲν μεγαλοπρέπεια (ὁ γὰρ μεγαλοπρεπὴς διαφέρει ἐλευθερίου· ὃ μὲν γὰρ περὶ μεγάλα, ὃ δὲ περὶ μικρά), ὑπερβολὴ δὲ ἀπειροκαλία καὶ βαναυσία, ἔλλειψις δὲ μικροπρέπεια· διαφέρουσι δ' αὗται τῶν περὶ τὴν ἐλευθεριότητα, πῇ δὲ διαφέρουσιν, ὕστερον ῥηθήσεται· – *AL* Nunc quidem igitur typo et in capitulo dicimus contenti hoc ipso; posterius autem cercius de hiis determinabitur. Circa pecunias autem et alie disposiciones sunt. Medietas quidem magnificencia. Magnificus enim differt a liberali; hic quidem enim circa magna, hic autem circa parva. Superhabundancia autem apeyrokalia et bonausia. Defectus vero parvificencia. Differunt autem hee ab hiis que circa liberalitatem. Quo autem differunt posterius dicetur.

[1654] *Aesop (Aisopos, 6. Jh. v. Chr.), wichtigster Vertreter der griechischen Fabeldichtung. – NP I 360–365; GGL I/1 672–683.*

[1655] *Vgl. Streb. eth. 90v:* Βαναυσία dicitur ἀπὸ τῶν βανάυσων, id est sordidis artificibus, qui interdum volunt magnifici videri, tametsi nullum modum retinent, ut ille sutor, qui populo Romano ludos exhibuit; ut Aesopus histrio, qui magni coenabat emptis avium linguis. *Vgl. auch Tert. pall. 5,6 (CCSL II 749,75–77).*

[1656] *Vgl. Streb. eth. 90v:* Fuerunt Athenis multi temporibus huius, qui, ut gratiam populi aucupari possent, principes magnificentia superare vellent, quod in omni imperio popularis necesse est.

[1657] *Cic. Mur. 76 (MacDonald 282):* Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. *Ein Hinweis auf Cic. Mur. findet sich im selben Zusammenhang auch bei Streb. eth. 90v.*

Μικροπρέπεια est ex latere defectus, quando impensae minores fiunt, quam operis magnitudo exigit.[1658] Sordes possemus dicere aut intempestivam parsimoniam.[1659] A facultatum administratione transit ad honorum appetitum.

1107b 21–23 *Circa honorem vero et ignominiam mediocritatem obtinet magnanimitas. Exuperat vero, quae dicitur* χαυνότης. *Defectus vero est* μικροψυχία. [236*]

Magnanimitas cum vitiis oppositis.

Appello hic ignominiam ἀτιμίαν, non illam intelligens, quae ob aliquod admissum scelus incurritur, sed honoris carentiam seu vacuitatem, cum quis ab honoribus abstinet, quos posset sibi vendicare, iustaque ratione ad illum attinent.[1660] Deinde χαυνότης est a verbo χαίνειν, | quod est hiare, estque appetitus nimius honoris potestque appellari fastus ac superbia, cum, quis nimis altum sapit, de se magna aestimat et ingentes spiritus concipit.[1661] Hoc est hiare honoribus. Elatio alioquin animi posset a Latinis in bonam partem accipi.[1662] Unde χαυνότητα superbiam interpretandam puto.[1663] Defectus autem, qui dicitur μικροψυχία, est deiectio animi.[1664] Nonnulli enim ita se abiiciunt, ut reipublicae prorsus reddantur inutiles.

375 Z_1 (~~378~~)

1107b 24–1108a 4 *Verum quemadmodum ultra liberalitatem habetur quaedam alia virtus, nempe magnificentia, quae ¦ a liberalitate distat penes magnum et parvum, ita supra*

342 Z_2

Z. 11 χαίνειν] χαύνειν Z_2

[236*] *AG* περὶ δὲ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν μεσότης μὲν μεγαλοψυχία, ὑπερβολὴ δὲ χαυνότης τις λεγομένη, ἔλλειψις δὲ μικροψυχία· – *AL* Circa honorem autem et inhonoracionem, medietas quidem magnanimitas; superhabundancia autem, caymotes quedam dicta; defeccio autem pusillanimitas.

[1658] *Vgl. Streb. eth. 90v:* μικροπρέπεια minor impensarum quantitas, quam decorum magnificentiae postulat.

[1659] *Vgl. Streb. eth. 90v:* Sordes nomine communi Cicero nominat in oratione pro Murena. *Vgl. Cic. Mur. 76 (MacDonald 282):* Non amat [populus Romanus] profusas epulas, sordis et inhumanitatem multo minus.

[1660] *Vgl. Streb. eth. 91r:* Ἀτιμίαν verto ignominiam […]. Ignominiam tamen accipe non eam maculam, qua quis notatus est, sed maculam nominis et famae, quam vitare potueras aut possis.

[1661] *Vgl. Streb. eth. 91r:* χαυνότης ducitur a χαίνω, quod est hio, ex quo verbum χαυνοῦσθαι, quod, ut hic Aristoteles usurpat, non est lentum esse atque mollem, sed altum sapere, tumescere, de sese maiora sentire, ingentes spiritus concipere.

[1662] *Vgl. Cic. off. 1,64 (Miller 66):* Sed illud odiosum est, quod in hac elatione et magnitudine animi facillime pertinacia et nimia cupiditas principatus innascitur.

[1663] *Vgl. Streb. eth. 91r:* Recte vertitur superbia aut fastus insolens et inflatus.

[1664] *Vgl. Streb. eth. 91r:* μικροψυχία bene [redditur] abiectio animi pusillimi.

magnanimitatem ponitur, quae circa maximos, non parvos honores versatur. Est itaque, ut diximus, appetitus honoris quandoque maior, quando minor, quam oporteat. Qui exuperat, appellatur φιλότιμος, *qui autem deficit* ἀφιλότιμος, *medius vero caret nomine. Quin et affectiones ipsae non habent nomen, nisi quod* φιλοτίμου *est* φιλοτιμία *tantum nominata. Hinc fit, ut de media sede extremi certent. Et nos quoque medium interdum* φιλότιμον *vocamus, interdum* ἀφιλότιμον. *Et quandoque laudamus* φιλότιμον, *quandoque* ἀφιλότιμον. *Qua vero de causa hoc faciamus, in iis, quae sequentur, dicetur. Nunc de reliquis eo modo, quo coepimus, dicamus.* [237*]

Φιλότιμον dicimus ambitiosum et φιλοτιμίαν ambitionem, ἀφιλότιμον honoris negligentem.[1665] Multos enim videas, qui non careant honore, quod non possint consequi, sed quod nolint et aspernentur. Cum itaque medium careat nomine, hinc fit, ut de media sede extrema certent. Nam quandoque laudamus ambitiosum, quandoque negligentes ho-
376 Z_1 noris | commendamus, quasi tam iste quam ille virtutem obtineat. Qua vero de causa hoc faciamus, suo dicetur loco. Si quis honores negligat, ne laboret, ne molestetur, vel ut impensis avare parcat, non laudatur, sed improbatur ut vitiosus. Si quis vero id faciat ob modestiam, vel quod se non sentiat aptum, non vituperatur. Qui vero persequitur honores, quando id reipublicae causa facit et ad virtutem exercendam,

Z. 2 quando] quandoque Z_2

[237*] *AG* ὡς δ' ἐλέγομεν ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν τὴν ἐλευθεριότητα, ‹τῷ› περὶ μικρὰ διαφέρουσαν, οὕτως ἔχει τις καὶ πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν, περὶ τιμὴν οὖσαν μεγάλην, αὐτὴ περὶ μικρὰν οὖσα· ἔστι γὰρ ὡς δεῖ ὀρέγεσθαι τιμῆς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ ἧττον, λέγεται δ' ὁ μὲν ὑπερβάλλων ταῖς ὀρέξεσι φιλότιμος, ὁ δ' ἐλλείπων ἀφιλότιμος, ὁ δὲ μέσος ἀνώνυμος· ἀνώνυμοι δὲ καὶ αἱ διαθέσεις, πλὴν ἡ τοῦ φιλοτίμου φιλοτιμία· ὅθεν ἐπιδικάζονται οἱ ἄκροι τῆς μέσης χώρας· καὶ ἡμεῖς δὲ ἔστι μὲν ὅτε τὸν μέσον φιλότιμον καλοῦμεν ἔστι δ' ὅτε ἀφιλότιμον, καὶ ἔστι μὲν ὅτε ἐπαινοῦμεν τὸν φιλότιμον ἔστι δ' ὅτε τὸν ἀφιλότιμον· διὰ τίνα δ' αἰτίαν τοῦτο ποιοῦμεν, ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται· νῦν δὲ περὶ τῶν λοιπῶν λέγωμεν κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον· – *AL* Sicut autem dicimus habere ad magnificenciam liberalitatem circa parva differentem, ita habet quedam et ad magnanimitatem circa honorem existentem magnum, hec autem circa parva existentem; est enim ut oportet appetere honorem et magis quam oportet et minus. Dicitur autem qui superhabundat quid est desideriis philotimus, qui autem deficit aphilotimus. Medius autem innominatus; innominate autem et disposiciones. Verumptamen philotimi, philotimia. Unde contendunt extremi de media regione; et nos autem est quando medium philotimum vocamus, est autem quando aphilotimum; et est quando laudamus philotimum, est autem quando aphilotimum. Propter quam autem causam hoc faciamus, in hiis que deinceps dicetur. Nunc autem de reliquis dicamus secundum enarratum modum.

[1665] *Vgl. Streb. eth. 91r:* Dicatur ergo [ἀφιλότιμον] negligens honoris expetendi.

non potest non laudari; at si captet propter opes ac malis artibus sese ingerat, vituperatur.

1108a 4–16 *In exuperantia quoque irae est exuperantia, defectus et mediocritas, et fere nomine carent; medium tamen appellamus mansuetum et mediocritatem mansuetudinem. Qui superatur, esto iracundus vitiumque dicatur iracundia. Deficiens lentus, defectus vero lentitudo.* ¦ Sic Cicero vocat.[1666] *Sunt etiam aliae tres mediocritates, quae similitudinem quandam inter se habent, differunt tamen inter se. Omnes enim sermonum et actionum communitate versantur. Distinguuntur vero, quod una earum veritatem sectatur, aliae vero iucunditatem. Quod quidem iucundum partim in ioco, partim in omnibus vitae commerciis consistit. Quamobrem de his etiam dicendum est, ut facilius intelligamus mediocritatem in omnibus laudandam, extrema vero neque recta neque laudanda, verum vituperanda.* [238*]

Mansuetudo. 343 Z_2

Sequuntur, ut inquit, tres aliae virtutes, quae hoc inter sese commune habent, quod sunt circa sermones et vitae conversationem. Habent enim locum, qua homines inter sese communicant. Distinguuntur vero, quod una earum veritatem sectatur, aliae vero iucunditatem, quae, | si sit in sermonibus, dicitur comitas et affabilitas. Sin vero in reliqua vitae actione seu conversatione, est amicitia. Conveniunt itaque ac

377 Z_1

[238*] *AG* ἔστι δὲ καὶ περὶ τὴν ὀργὴν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ μεσότης, σχεδὸν δὲ ἀνωνύμων ὄντων αὐτῶν τὸν μέσον πρᾶον λέγοντες τὴν μεσότητα πραότητα καλέσωμεν· τῶν δ' ἄκρων ὁ μὲν ὑπερβάλλων ὀργίλος ἔστω, ἡ δὲ κακία ὀργιλότης, ὁ δ' ἐλλείπων ἀόργητός τις, ἡ δ' ἔλλειψις ἀοργησία· εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς μεσότητες, ἔχουσαι μέν τινα ὁμοιότητα πρὸς ἀλλήλας, διαφέρουσαι δ' ἀλλήλων· πᾶσαι μὲν γάρ εἰσι περὶ λόγων καὶ πράξεων κοινωνίαν, διαφέρουσι δὲ ὅτι ἡ μέν ἐστι περὶ τἀληθὲς τὸ ἐν αὐτοῖς, αἱ δὲ περὶ τὸ ἡδύ· τούτου δὲ τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ τὸ δ' ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον· ῥητέον οὖν καὶ περὶ τούτων, ἵνα μᾶλλον κατίδωμεν ὅτι ἐν πᾶσιν ἡ μεσότης ἐπαινετόν, τὰ δ' ἄκρα οὔτ' ἐπαινετὰ οὔτ' ὀρθὰ ἀλλὰ ψεκτά· – *AL* Est autem et circa iram superhabundancia et defectus et medietas, fere autem innominatis existentibus ipsis, medium mansuetum dicentes et medietatem mansuetudinem vocamus. Extremorum autem qui quidem superhabundat iracundus sit, malicia autem iracundia. Qui autem deficit inirascibilis quidam, defeccio autem inirascibilitas. Sunt autem et alie tres medietates habentes quidem quandam similitudinem ad invicem, differentes vero ab invicem. Omnes quidem enim sunt circa verborum et operacionum communionem. Differt autem quoniam hec quidem est circa verum quod est in ipsis, hec autem circa delectabile, huius autem hoc quidem in lusu, hoc autem in omnibus que secundum vitam. Dicendum igitur de hiis ut magis cognoscamus quoniam in omnibus medietas est laudanda, extrema autem non recta nec laudabilia, set vituperabilia sunt.

[1666] *Der Hinweis Vermiglis bezieht sich auf* lentitudo, *vgl. Cic. tusc. 4,19,43 (Kīng 372–374):* Virum denique videri negant [Peripatetici], qui irasci nesciat, eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant.

distinguuntur. Causa, propter quae tractantur, est, ut inductione quadam intelligatur medium laudandum, extrema autem vituperanda.

Sed in iis plerisque nomina imposita non sunt, verum curandum est, ut imponantur. Nam id faciet ad perspicuitatem, et ut quae dicenda sunt melius assequamur. Circa verum igitur, qui medius est, verax: mediocritas vero veritas nominetur. Simulatio vero, quae in maius tendit, arrogantia, et qui ea affectus est, arrogans: quae vero in minus, dissimulatio, et dissimulator. [239*] 1108a 16–23

Virtus, quae circa veritatem est, vocabitur veritas ac tum veritas nihil aliud significabit nisi habitum, quo propensi reddimur et studiosi verita¦tis aut dicendae aut audiendae. Simulatio autem vitium est ei oppositum et merito vitiis adnumeratur, quod veritatem adulteret et sanum iudicium impediat. Non tamen omnis fictio vitiosa est, si tendat ad erudiendum neque id quaerat, ut homines fallantur. Habet autem duas partes simulatio, in quas distribuitur. Una est exuperantia et dicetur ἀλαζονεία, Thrasonica iactantia.[1667] Plura ii pollicentur, quam velint aut queant praestare. Ἀλάζονες, aiunt scholia Graeca, appellabant impostores praestigiatoresque,[1668] ideo ii etiam Thrasones, cum eo tendant, ut decipiant et fucum faciant. E diverso est imminutio et detractio de veritate, de suis inquam viribus et scientia, quando minus,

Veritas et vitia opposita.

344 Z$_2$

Simulatio.

[239*] *AG* εἰσὶ μὲν οὖν καὶ τούτων τὰ πλείω ἀνώνυμα, πειρατέον δ', ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, αὐτοὺς ὀνοματοποιεῖν σαφηνείας ἕνεκα καὶ τοῦ εὐπαρακολουθήτου· περὶ μὲν οὖν τὸ ἀληθὲς ὁ μὲν μέσος ἀληθής τις καὶ ἡ μεσότης ἀλήθεια λεγέσθω, ἡ δὲ προσποίησις ἡ μὲν ἐπὶ τὸ μεῖζον ἀλαζονεία καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν ἀλαζών, ἡ δ' ἐπὶ τὸ ἔλαττον εἰρωνεία καὶ εἴρων ‹ὁ ἔχων›· – *AL* Sunt quidem igitur et horum plura innominata. Temptandum autem quod et in aliis, ipsis nomina fingere manifestacionis gracia et boni consequitur. Circa verum quidem igitur medius quidem verus quis, et medietas veritas dicatur. Ficcio autem que quidem ad maius iactancia, et qui habet eam iactator. Que autem ad minus eyronia, et eyron.

[1667] *Der Ausdruck* Thrasonica iactantia *spielt auf die Überheblichkeit des Soldaten Thraso in Ter. Eun. (Prete 177–234) an. Denselben Ausdruck verwendet u. a. auch Calvin in Bezug auf Michael Servet, vgl. Calv. epist. 767 (CO XII 283):* Servetus nuper ad me scripsit ac literis adiunxit longum volumen suorum deliriorum cum thrasonica iactantia.

[1668] *Vgl. Aspas. eth. Nic. (Heylbut 54,9–13):* τῶν δὲ κακιῶν τὴν μὲν ὑπερβολὴν προσποίησιν ἐπὶ τὸ μεῖζον καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ οὖσαν, ὀνομάζει δὲ αὐτὴν ἀλαζονείαν καὶ τὸν ἔχοντα ἀλαζόνα, πρότερον ὀνομαζομένων ἀλαζόνων τῶν προσποιουμένων μαντείαν ἢ σοφίαν ὥσπερ οἱ σοφισταὶ προσεποιοῦντο καὶ ὅλως τῶν γοήτων τοῦτο ἐχόντων τὸ ὄνομα. *Vgl. auch Felic. mor. Nic. 50r:* Ex vitiis vero fictionem in maius, qui excessus est tam verbis quam factis, arrogantiam vocat, quique ea est praeditus, arrogantem. Cum enim prius ἀλαζόνες apud Graecos dicerentur, id est arrogantes, qui vel divinationem vel versutiam, ut sophistae et omnino praestigiatores profitebantur. – *Zum Verhältnis der* Graeca scholia *zu Aspas. eth. Nic./Felic. mor. Nic. vgl. oben S. 8.*

quam sit, dicitur. Socrates nihilominus laudatur, cum maximus εἴρων fuerit. Sed ille se nescire quicquam dicebat, ex collatione ad scientiam Dei. Sic Plato illum in Apologia excusat.[1669] Conferebat item illa, quae sciebat, cum iis, quae ignorabat, et ita collata poterant dici nihil. Adhaec non erat animus eius, ut falleret, sed potius ut ostenderet aliis, qui se plurima scire iactabant, quam parum aut nihil scirent atque suis illis interrogationibus, quibus utebatur, quasi nescius alios erudiebat.

1108a 23–26 | *Circa iucundum vero, quod in ioco cernitur, medius dicitur comis sive urbanus et affectio comitas. Exuperantia vero* βωμολοχία *et qui eam exercet,* βωμολόχος. *Qui vero deficit, rusticus, et habitus rusticitas.*[240*] 378 Z_1

Comitas et vitia opposita.

Virtus, quae sectatur iucunda in iocis, est εὐτραπελία, comitas inquam et affabilitas.[1670] Res est quandoque necessaria, nam ut corpus opus habet requie, sic animus, ut remittatur, aliqua voluptate. Cavendum tamen, ne simus in iis nimii, ne laedamus, ne obscoena ulla dicamus. Deinde ut serventur circumstantiae, quando, cum quibus, quomodo, et iis verbis aut actionibus, quibus oportet. Exuperantia est βωμολοχία, cum homines dicaci scurrilitate utuntur, obscoena dicunt, laedunt alios, rationem non habent loci, temporis, modi aut personarum. Βωμός aram significat et ibi circa aras epulae antiquitus habebantur, unde scurrae altaria obsidebant, ut sua dicacitate, quae saepissime impudens erat, homines exhilararent.[1671] Qui vero ab omnibus iocis ab-

Z. 1 maximus] maximis Z_1

[240*] *AG* περὶ δὲ τὸ ἡδὺ τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ ὁ μὲν μέσος εὐτράπελος καὶ ἡ διάθεσις εὐτραπελία, ἡ δ' ὑπερβολὴ βωμολοχία καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν βωμολόχος, ὁ δ' ἐλλείπων ἄγροικός τις καὶ ἡ ἕξις ἀγροικία· – *AL* Circa delectabile autem quod quidem in ludo, medius quidem eutrapelos, et disposicio eutrapelia. Superhabundancia autem, bomolochia, et qui habet eam bomolochos. Qui autem deficit agroicos quis, et habitus agroykeia.

[1669] *Vgl. Aspas. eth. Nic. (Heylbut 54,21–23):* ἀλλ' ἔλεγε, ὡς ἔοικεν, αὐτὸν μηδὲν εἰδέναι παραβάλλων τὴν ἀνθρωπίνην σοφίαν πρὸς τὴν τοῦ θεοῦ· ταῦτα γὰρ καὶ ἐν τῇ τοῦ Πλάτωνος Ἀπολογίᾳ εἴρηται. *Vgl. auch Felic. mor. Nic. 50r:* Dicebat enim [Socrates], ut par erat se nihil esse nihilque scire, dum humanam sapientiam divinae compararet, id quod in Platonis defensione etiam continetur. – *Zum Verhältnis der* Graeca scholia *zu Aspas. eth. Nic./Felic. mor. Nic. vgl. oben S. 8.*

[1670] *Vgl. Streb. eth. 91v:* Εὐτραπελία dicit comitatem affabilitatemque sermonis.

[1671] *Vgl. Streb. eth. 91v:* Βωμολοχία scurrilis dicacitas appellatur. Sic dicitur a Graecis, quod in sacrificiis et epulis solemnibus scurrae sedebant ad aras et ut aliquid accipere possent, iocos affundebant, ex quibus auditores caperent voluptatem. Βωμός ara, λοχάω insidior vel λέχομαι iaceo.

horrent, rustici dicuntur, ἄγροικοι.[1672] Vel ut faceti dici possunt urbani, sic ii dicentur inurbani.

345 Z$_2$ ¦ *In altera vero iucunditate, quae in vitae commerciis est, qui, ut decet, iucundus est,* φίλος *et mediocritas* φιλία. *Qui vero exuperat, siquidem absque causa id facit,* ἄρεσκος, *sin emolumenti sui gratia,* κόλαξ. *At qui deficit et in omnibus inhumanus est,* δυσχερής *et* δύσκολος. [241*] 1108a 26–30

In altera virtute, quae iucunditatem sectatur, extrema quoque sunt. Ipsa dicitur amicitia, quae non proprie sic nominatur, quoniam illa virtus amicitiae non solum fundatur in voluptate, sed modo sic nominatur, quod ad amicitiam conciliandam valeat; posset autem dici humanitas.[1673] Exuperantia duplex est, quoniam homines interdum absque causa nimium placere student, atque ii dicuntur ἄρεσκοι. Omnibus sunt blandi omnibusque vellent gratificari, non reprehendunt vitia, nulla unquam volunt uti severitate.[1674] At si faciant hoc pro suo 379 Z$_1$ com|modo ac emolumento, sunt adulatores. Qui e diverso semper inhumani sunt et austeri, sunt enim δύσκολοι, hoc est difficiles et morosi. Et δυσχερής litigiosus. Etiam in hoc defectu est: quicquid dixeris adversantur, litigant et contendunt. Amicitia seu humanitas cum vitiis oppositis.

Sunt quoque in affectibus et in iis, quae circa affectus sunt, mediocritates. Verecundia enim virtus quidem non est, veruntamen laudatur is, qui verecundus est. Nam in his rebus medius dicitur, alius exuperans ut καταπλήξ, *stupidus, qui ad omnia erubescit. Qui vero deficit quemque nihil omnino pudet,* ἀναίσχυντος, *impudens. Medius vero* αἰδήμων, *verecundus.* [242*] 1108a 30–35

Iam patuit in virtutibus, quae sunt vel in affectibus vel in actionibus, media esse laudabilia extremaque improbari. Nunc adhuc idem osten-

[241*] *AG* περὶ δὲ τὸ λοιπὸν ἡδὺ τὸ ἐν τῷ βίῳ ὁ μὲν ὡς δεῖ ἡδὺς ὢν φίλος καὶ ἡ μεσότης φιλία, ὁ δ' ὑπερβάλλων, εἰ μὲν οὐδενὸς ἕνεκα, ἄρεσκος, εἰ δ' ὠφελείας τῆς αὐτοῦ, κόλαξ, ὁ δ' ἐλλείπων καὶ ἐν πᾶσιν ἀηδὴς δύσερίς τις καὶ δύσκολος· – *AL* Circa reliquum autem delectabile quod in vita, qui quidem ut oportet delectabilis est, amicus, et medietas amicicia. Qui autem superhabundat, si quidem nullius gracia, placidus; si autem utilitatis alicuius sui, blanditor. Qui autem deficit et in omnibus indelectabilis, litigiosus quis et discolus.

[1672] *Vgl. Streb. eth. 91v:* Ἀγροικία recte vertitur rusticitas.

[1673] *Vgl. Streb. eth. 92r:* Humanitatem vocare possis.

[1674] *Vgl. Streb. eth. 91v:* Ἄρεσκος est qui omnium gratiam blanditiis ineptis aucupatur, ut solent nonnulli apud nos, qui tum demum se beatos esse putant, quum dictitant homines: hic est iucundus et omnibus amicus, scit se omnium moribus accomodare Nullius arguunt scelus, nulli contradicunt.

dit esse in ipsis affectibus, qui non sunt virtutes, nempe in illis quoque medium laudari et virtutem improbari. Verecundia, quae medium est, laudatur, non tamen est virtus, quia naturaliter homines illam incurrunt et quandoque nolentes. Est enim dolor aut metus de aliquo dedecore, quod immineat vel in quod inciderimus.[1675] At dixeris: affectus non laudantur aut vituperantur, cum ¦ sint naturales; quomodo ergo 346 Z_2 verecundia laudatur et eius extrema damnantur? Respondeo: non laudatur neque vituperatur purus affectus, sed modi eius. Laudatur, cum est medius; vituperatur, si extremus fuerit. Exuperantia hic quoque in verecundia reperitur et qui ea laborat, dicitur καταπλήξ, id est attonitus, consternatus, qui ad omnia erubescit. E diverso est impudens, qui etsi non omnino, tamen plus, quam deceat, caret verecundia.

Verecundia et eius opposita.

Quomodo verecundia laudatur, cum affectus non laudentur.

1108a 35–1108b 10

Nemesis vero mediocritas est invidiae et malevolentiae. Sunt autem circa aegritudinem et voluptatem, quae suscipitur ex iis, quae aliis contingunt. Qui enim nemesi affectus est, dolet ob indignorum prosperos successus. Invidus hunc exuperans | de quibuslibet dolet. Malevolus vero tantum abest, ut doleat, 380 Z_1 *ut potius gaudeat. Verum de iis quidem alibi dicetur opportunius. De iustitia vero, quoniam non simpliciter dicitur, deinceps divisione adhibita de utraque dicemus, quomodo mediocritates sint. Similiter et de virtutibus rationis.*[243*]

[242*] *AG* εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς παθήμασι καὶ περὶ τὰ πάθη μεσότητες· ἡ γὰρ αἰδὼς ἀρετὴ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπαινεῖται δὲ καὶ ὁ αἰδήμων· καὶ γὰρ ἐν τούτοις ὃ μὲν λέγεται μέσος, ὃ δ' ὑπερβάλλων, ὡς ὁ καταπλὴξ ὁ πάντα αἰδούμενος· ὁ δ' ἐλλείπων ἢ μηδὲν ὅλως ἀναίσχυντος, ὁ δὲ μέσος αἰδήμων· – *AL* Sunt autem et in passionibus et in hiis que circa passiones, medietates. Verecundia quidem enim virtus quidem non est. Laudatur autem et verecundus; et in hiis enim hic quidem dicitur medius. Qui autem superhabundat, ut kataplex qui omnes verecundatur. Qui autem deficit vel nequaquam verecundatur, inverecundus. Medius autem verecundus.

[243*] *AG* νέμεσις δὲ μεσότης φθόνου καὶ ἐπιχαιρεκακίας, εἰσὶ δὲ περὶ λύπην καὶ ἡδονὴν τὰς ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τοῖς πέλας γινομένας· ὁ μὲν γὰρ νεμεσητικὸς λυπεῖται ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσιν, ὁ δὲ φθονερὸς ὑπερβάλλων τοῦτον ἐπὶ πᾶσι λυπεῖται, ὁ δ' ἐπιχαιρέκακος τοσοῦτον ἐλλείπει τοῦ λυπεῖσθαι ὥστε καὶ χαίρειν· ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ ἄλλοθι καιρὸς ἔσται· περὶ δὲ δικαιοσύνης, ἐπεὶ οὐχ ἁπλῶς λέγεται, μετὰ ταῦτα διελόμενοι περὶ ἑκατέρας ἐροῦμεν πῶς μεσότητές εἰσιν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν λογικῶν ἀρετῶν· – *AL* Nemesis autem medietas invidie et epychatrikakie. Sunt autem circa tristiciam et delectacionem. In hiis accidunt proximis factas. Nemesiticus quidem enim tristatur de indigne bene operantibus. Invidus autem superexcedens hunc in omnibus tristatur; epychayrekakus autem tantum deficit a tristando, ut et gaudeat. Set de hiis quidem igitur et alias tempus erit. De iusticia autem, quia non simpliciter dicitur, post hec dividentes de utraque dicemus qualiter medietates sunt. Similiter autem et de racionalibus virtutibus.

[1675] *Vgl. Arist. eth. Nic. 4,9, 1128b 11f. (Bywater 87):* ὁρίζεται γοῦν [αἰδώς] φόβος τις ἀδοξίας.

Alius affectus medius est νέμεσις. Aegritudo ea est sive dolor, quem capimus ob sceleratorum prosperos successus.[1676] Exuperantiam complectitur invidus, nam is de laeto prosperoque successu cuiusvis dolet, nullo servato discrimine probi vel improbi hominis. In defectu collocatur malevolus: is tantum abest, ut doleat, ut potius e diverso gaudeat, cuicunque mala evenerint. Scholia Graeca notarunt Aristotelem hic de isto affectu crasso loqui, sed revera duos ordines esse constituendos, ita ut primo sit in medio νέμεσις, excessus invidus, defectus is, qui nullo pacto dolet, si videat indignos beari. Alter ordo, medius qui gaudet si boni prosperentur, et mali affligantur. Exuperat malevolus id est ἐπιχαιρέκακος, qui gaudet vel etiam si mala cuivis contigerint. Defectus, qui nullam capit voluptatem de bonis aut malis quae aliis accidunt.[1677] Verum de iis alibi dicetur exquisitius. Conveniunt isti affectus, quoniam circa illa bona et illa mala versantur, quae aliis, non nobis accidunt. Cur vero de iustitia non sit loquutus, excusat, *quoniam*, inquit, *ea non simpliciter dicitur*. In distribuentem et commutantem dividetur et de iis ambabus eius partibus dicetur postea suo loco[1678] et de illis ostendemus, quo nam pacto sint in mediocritate sitae. Dicetur etiam de virtutibus rationis.[1679]

Nemesis et eius opposita.

347 Z_2 ¦ Modo superesset iuxta ordinem hactenus observatum, ut ostenderemus, an ista divinis literis consentiant. Sed quoniam de iis omnibus virtutibus, quae hic censu quodam brevissimo enumeratae sunt, exquisite ac subtiliter agetur posterius, ideo supersedeo, quia tunc lo-

Z. 8 qui] qui qui Z_1 18 mediocritate] mediocritatate Z_1

[1676] *Arist. rhet. 2,9, 1387a 8f. (Ross 95):* ἐστι τὸ νεμεσᾶν λυπεῖσθαι ἐπὶ τῷ φαινομένῳ ἀναξίως εὐπραγεῖν.

[1677] *Vgl. Aspas. eth. Nic. (Heylbut 55,21–26):* ἢ μήποτε ἔστιν ἐπινοῆσαι μεσότητά τινα τῇ νεμέσει ἀνάλογον τοῖς κατ' ἀξίαν συμβαίνουσι τῷ μοχθηρῷ, χαίροντός τινος ἀνωνύμου ὄντος καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἕξεως· τοῦ δ' ὑπερβάλλοντος, ἐπιχαιρεκάκου ὄντος ὡς καὶ ταῖς τῶν μοχθηρῶν εὐπραγίαις (!) καὶ ταῖς τῶν ἀγαθῶν ὁμοίως χαίρειν· τοῦ δὲ κατὰ τὴν ἔλλειψιν ἐπὶ μηδενὶ χαίροντος, μηδ' ἂν ἄξιος ὢν τύχῃ τῶν συμβαινόντων αὐτῷ δυσχερῶν. *Vgl. auch Felic. mor. Nic. 50v:* Quocirca considerandum illud est, an excogitanda altera quaedam mediocritas sit, quae indignationi correspondens circa voluptatem versetur eiusque hominis sit, qui ob adversa gaudeat, quae merito improbi patiuntur, cuius nomen tamen non inveniatur. Circa quam malevolus, id est ἐπιχαιρέκακος, quasi laetabundum ob mala dixeris, excedat, quippe qui male omnibus velit, ut non tam malorum quam bonorum etiam calamitatibus oblectetur. Qui vero deficit, etiam ipse nomine careat sitque ille, qui nullius infoelicitate laetetur, etiam si digne aliquibus contingerit. *Bei Felic. mor. Nic. 50v findet sich ein Schema, das diese Argumentation zusammenfasst und die Unterscheidung zwischen den beiden von Vermigli erwähnten* ordines *veranschaulicht. – Zum Verhältnis der* Graeca scholia *zu Aspas. eth. Nic./Felic. mor. Nic. vgl. oben S. 8.*

[1678] *Vgl. Arist. eth. Nic. 5,2, 1130b 30–1131a 1 (Bywater 93).*

[1679] *Vgl. Arist. eth. Nic. 6,3–12, 1139b 14–1143b 17 (Bywater 116–126).*

cum habebunt opportunum, quae ad hanc de divinis literis methodum spectant.

| Caput VIII

381 Z_1

1108b 11–26 *Cum autem sint tres affectiones, duae quidem pravae statuuntur, quarum altera vergit ad exuperantiam et altera ad defectum. Una vero virtute in mediocritate posita omnes quoquo modo inter sese opponuntur et extrema ipsi mediocritati ac inter sese sunt contraria et mediocritas extremis. Quemadmodum enim aequale maius est, si ad minus conferatur, et ad maius est minus, ita medii habitus defectum superant, ab exuperantia vero deficiunt cum in affectibus tum in actionibus. Fortis enim comparatus ignavo videtur audax et adversus audacem ignavus. Similiterque temperatus, dum stupido comparatur, intemperans videbitur et adversus intemperantem stupidus. Liberalis etiam collatus avaro prodigus habebitur, ad prodigum autem avarus. Idcirco medium extremi alterum in alterum extrudunt et fortem ignavus appellat audacem, audax vero ignavum. Atque in aliis est eadem ratio.* [244*] ‹II,7›

Partes capitis. Tria in hoc habemus capite. Primum virtutem opponi extremis. Alterum extrema inter se maxima distare. Tertio virtutem magis cum uno extremo quam cum altero pugnare et magis unius esse similem quam

[244*] *AG* Τριῶν δὴ διαθέσεων οὐσῶν, δύο μὲν κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, μιᾶς δ' ἀρετῆς τῆς μεσότητος, πᾶσαι πάσαις ἀντίκεινταί πως· αἱ μὲν γὰρ ἄκραι καὶ τῇ μέσῃ καὶ ἀλλήλαις ἐναντίαι εἰσίν, ἡ δὲ μέση ταῖς ἄκραις· ὥσπερ γὰρ τὸ ἴσον πρὸς μὲν τὸ ἔλαττον μεῖζον πρὸς δὲ τὸ μεῖζον ἔλαττον, οὕτως αἱ μέσαι ἕξεις πρὸς μὲν τὰς ἐλλείψεις ὑπερβάλλουσι πρὸς δὲ τὰς ὑπερβολὰς ἐλλείπουσιν ἔν τε τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσιν· ὁ γὰρ ἀνδρεῖος πρὸς μὲν τὸν δειλὸν θρασὺς φαίνεται, πρὸς δὲ τὸν θρασὺν δειλός· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σώφρων πρὸς μὲν τὸν ἀναίσθητον ἀκόλαστος, πρὸς δὲ τὸν ἀκόλαστον ἀναίσθητος, ὁ δ' ἐλευθέριος πρὸς μὲν τὸν ἀνελεύθερον ἄσωτος, πρὸς δὲ τὸν ἄσωτον ἀνελεύθερος· διὸ καὶ ἀπωθοῦνται τὸν μέσον οἱ ἄκροι ἑκάτερος πρὸς ἑκάτερον, καὶ καλοῦσι τὸν ἀνδρεῖον ὁ μὲν δειλὸς θρασὺν ὁ δὲ θρασὺς δειλόν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνάλογον· – *AL* Tribus autem disposicionibus existentibus, duabus quidem maliciis, hac quidem secundum superhabundanciam, hac autem secundum defectum, una autem virtute medietate, omnis omnibus opponitur aliqualiter; extreme quidem enim et medie et ad invicem contrarie sunt, media autem extremis. Quemadmodum enim equale ad minus quidem maius, ad maius autem minus, ita medii habitus ad defectus quidem superhabundant, ad superhabundanciam autem deficiunt et in passionibus et in operacionibus. Fortis enim ad timidum quidem audax videtur, ad audacem autem timidus. Similiter autem et temperatus ad insensibile quidem intemperatus, ad intemperatum autem insensibilis; liberalis autem ad illiberalem quidem prodigus, ad prodigum autem illiberalis. Propter quod et proiciunt medium extremi alter ad alterum, et vocant fortem timidus quidem audacem, audax autem timidum, et in aliis proporcionaliter.

alterius. Virtutem opponi extremis patet, quoniam inter illa est maius Virtutem extremis opponi.
348 Z_2 et mi¦nus, haec autem relative, ut notissimum est, opponuntur. Maius et minus ibi esse declaratur inductione quo ad fortitudinem, temperantiam et liberalitatem, qui fit, ut extrema impellant medium extra
382 Z_1 locum suum. Audax fortem facit timidum, timidus vero illum facit | audacem. Haec omnia inter se dicit opponi aliquo modo, non autem simpliciter. Est enim oppositio hic relativa, maioris et minoris, parvi et magni, mali et boni. Ut malum et bonum virtus et vitium opponuntur; ut magnum et parvum extrema inter se; ut maius et minus virtus cum extremis. Et quia sunt, ut dixi, varii modi oppositionum, ideo Aristoteles ait *quodammodo*. Virtus alioqui vicina est utcunque utrique extremorum et cum altero illorum habet (ut dicetur) aliquam similitudinem. Quo itaque ad ista potest videri extremis vitiis non multum opponi. Sed in eo est magna inter haec diversitas. Virtus est moderata, extrema sunt immoderata. Virtus finita, infinita vero neque terminata sunt vitiorum extrema faciliusque ex uno extremo ad alterum itur quam ad medium. Imo extrema inter sese quodammodo adversus virtutem conspirant faciliusque ignavus aliquod audax facinus committet, quam actionem fortem edat. Ad haec enucleanda videtur nonnihil facere locus in Praedicamentis, ubi Aristoteles ait bonum opponi malo ut morbum sanitati, fortitudinem ignaviae, iustitiam iniustitiae; quandoque etiam malum malo opponi ut excessum et defectum.[1680] Ecce iam hic duo genera magnarum oppositionum, quae ad hunc locum spectant. Verum quidem est eundem Aristotelem scribere unum uni esse Quomodo unum uni tantum opponatur.
contrarium.[1681] Cum enim ob res facilius conservandas noluit uni plura esse contraria, non posset aliquid corrumpentibus multis resistere. Verum hoc nos intelligemus, quando agetur de oppositione simpliciter, non secundum quid. Album nigro simpliciter opponitur, sed potest secundum quid opponi albo rubrum, ceruleum et flavum. Adhaec quando multa videntur uni opponi, ea multa pro uno habentur. Unde cum virtuti duo extrema opponuntur, ea duo loco sunt unius extremi, quandoquidem utrunque illorum est vitium. Duplex igitur genus comparandi hoc habemus. Unum est quo ad spacii distantiam, alterum

Z. 33 hoc] hic Z_2

[1680] *Arist. cat. 11, 13b 36–14a 3 (Cook 96):* Ἐναντίον δέ ἐστιν ἀγαθῷ μὲν ἐξ ἀνάγκης κακόν· τοῦτο δὲ δῆλον τῇ καθ' ἕκαστον ἐπαγωγῇ, οἷον ὑγιείᾳ νόσος καὶ δικαιοσύνῃ ἀδικία καὶ ἀνδρείᾳ δειλία, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· κακῷ δὲ ὁτὲ μὲν ἀγαθὸν ἐναντίον ἐστίν, ὁτὲ δὲ κακόν· τῇ γὰρ ἐνδείᾳ κακῷ ὄντι ἡ ὑπερβολὴ ἐναντίον κακὸν ὄν.

[1681] *Arist. cael. 1,2, 269a 14 (Guthrie 14):* Ἀλλ' ἓν ἑνὶ ἐναντίον. *Auch Streb. eth. 93v verweist auf diese beiden Stellen aus Arist. cat. und Arist. cael.*

vero quo ad contrarietatem boni et mali. Ut bonum et malum contraria sunt, virtus et vitium, sed ut maxime distantia, sunt inter sese valde opposita duo extrema.[1682] Et hoc est, quod modo Aristoteles dicit:

1108b 26–35

Cum autem ista sic opponantur inter sese, maior est contrarietas mutuo inter extrema quam cum medio, quia longius haec a se mutuo distant quam a medio. ¦ Quemadmodum ma|gnum a parvo et parvum a magno quam utrunque ab aequali. Est praeterea quaedam similitudo extremis quibusdam erga medium, quemadmodum audaciae ad fortitudinem et effusioni ad liberalitatem, sed extremorum erga se invicem summa est dissimilitudo. Quae vero a se mutuo plurimum distant, contraria esse definiuntur, qui fit, ut quae magis distant, magis sint contraria. [245*]

349 Z_2
383 Z_1

Quomodo sit maior contrarietas inter extrema.

Cum dicitur maior contrarietas inter extrema, illam debemus penes distantiae spacium metiri, non autem iuxta contrarietatem boni et mali. Sic enim virtus et vitium maxime opponuntur et plus convenit inter effusionem et avaritiam, quam inter utrumque horum et liberalitatem. Consentiunt quippe illa in genere vitii, cum virtute autem in genere non congruunt. Plusque convenit equus cum cane, quam uterque illorum cum homine, siquidem utrunque illorum est brutum et genere propinquiori conveniunt inter sese quam cum homine.[1683] Superest nunc demonstrandum extremum distare magis a se invicem quam a medio. Prima ratio est, quod extrema se habent ut magnum et

Extrema magis a se distant quam a medio.

[245*] *AG* οὕτω δ' ἀντικειμένων ἀλλήλοις τούτων, πλείστη ἐναντιότης ἐστὶ τοῖς ἄκροις πρὸς ἄλληλα ἢ πρὸς τὸ μέσον· πορρωτέρω γὰρ ταῦτα ἀφέστηκεν ἀλλήλων ἢ τοῦ μέσου, ὥσπερ τὸ μέγα τοῦ μικροῦ καὶ τὸ μικρὸν τοῦ μεγάλου ἢ ἄμφω τοῦ ἴσου· ἔτι πρὸς μὲν τὸ μέσον ἐνίοις ἄκροις ὁμοιότης τις φαίνεται, ὡς τῇ θρασύτητι πρὸς τὴν ἀνδρείαν καὶ τῇ ἀσωτίᾳ πρὸς τὴν ἐλευθεριότητα· τοῖς δὲ ἄκροις πρὸς ἄλληλα πλείστη ἀνομοιότης· τὰ δὲ πλεῖστον ἀπέχοντα ἀπ' ἀλλήλων ἐναντία ὁρίζονται, ὥστε καὶ μᾶλλον ἐναντία τὰ πλεῖον ἀπέχοντα· – *AL* Sibi autem oppositis ad invicem hiis, maior contrarietas est extremis ad invicem quam ad medium. Longius enim hec distant ab invicem quam a medio, quemadmodum magnum a parvo et parvum a magno quam ambo ab equali. Adhuc ad medium quidem quibusdam extremis similitudo quedam videtur, ut audacie ad fortitudinem et prodigalitati ad liberalitatem; extremis autem ad invicem plurima dissimilitudo; que autem plurimum distant ab invicem contraria determinantur; quare et magis contraria que plurimum distant.

[1682] *Vgl. Streb. eth. 93v:* Puto philosophum voluisse duo genera contrariorum considerari, unum, quo plurimum distantia ut bonum et malum opponuntur, alterum, quo certant ea, quae cum alio conferuntur.

[1683] *Vgl. Streb. eth. 94v:* Ut autem bestia similior est bestiae quam homini bestia, sic vitio vitium quam virtuti vitium. Homo et belua sunt in eodem genere, sed equus et bos in eodem genere propiore, et avaritia et luxuria in eodem genere propiore.

parvum, medium vero ut aequale, at magnum et parvum magis opponuntur inter sese quam aequali ipsis. Ideo extrema sunt magis distantia et opposita sibiipsis quam medio. Adhuc quia similitudo est nonnullorum extremorum cum medio, quae cum extremis nulla est. Consentit enim audacia cum fortitudine ac effusio cum liberalitate, at extremis inter sese summa est dissimilitudo. Deinde ratio confirmatur ex contrariorum definitione, qua statuit illa esse contraria, quae plurimum a se distant. Ex eo, quod Aristotoles ait quaedam extrema nonnullam haebere similitudinem cum medio, regula rhetorum dimanavit, ut, cum vitia cuiuspiam aut excusare aut commendare velimus vel illa aliquo tempore persuadere, videmus, cui virtuti similia sint eaque pro virtute commendemus.[1684]

Cumque opponantur medio extrema, in nonnullis magis defectus, in aliis 1108b 35–1109a 19
384 Z_1 *magis exuperantia opponi|tur. Fortitudini enim non audacia, quae est exu-*
350 Z_2 *perantia, sed ignavia, quae defectus est, magis opponitur; ¦ nec non temperantiae haud stupiditas, quae est defectus, opponitur, sed intemperantia, quae est excessus. Idque propter duas contingit causas, unam quidem ex ipsa re, quod unum extremorum similius et proximius medio sit, unde non hoc ei opponimus, sed potius eius contrarium. Utque videtur audacia similior fortitudini, dissimilior vero ignavia, ideo hanc potius fortitudini opponimus quam illam. Quae enim plus a medio distant, magis videntur esse contraria. Atque una haec causa est ex ipsa re deducta. Sed altera est a nobis ipsis, nam ea videntur medio magis adversari, erga quae magis ipsi facti videmur, ut quia ipsi natura magis proni sumus erga voluptates, ideoque magis ad intemperantiam sumus proclives quam ad modestiam. Haec itaque contraria dicemus, ad quae accessiones quo ad nos potius fiunt, idcirco intemperantia, quae excessus est, magis contraria est temperantiae quam stupiditas.* [246*]

Cur extrema aliqua mediocritati magis opponantur aut similia sint.

Cur aliqua extrema vel magis opponantur vel magis similia sint mediocritati, duas adducit rationes, quarum unam ex reipsa dicit sumi, quod nimirum utriusque ratio tam extremi quam medii quoquo modo conveniat. Ut ratio liberalitatis et effusionis consistit in dando, magis liberalitati opponetur avaritia, quoniam eius ratio non in dando, sed in

Z. 3 medio] extremis Z_1

[1684] *Vgl. Arist. rhet. 1,9, 1367a 36–1367b 3 (Ross 40):* ἕκαστον δ' ἐκ τῶν παρακολουθούντων ἀεὶ κατὰ τὸ βέλτιστον, οἷον τὸν ὀργίλον καὶ τὸν μανικὸν ἁπλοῦν καὶ τὸν αὐθάδη μεγαλοπρεπῆ καὶ σεμνόν, καὶ τοὺς ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς ὡς ἐν ταῖς ἀρεταῖς ὄντας, οἷον τὸν θρασὺν ἀνδρεῖον καὶ τὸν ἄσωτον ἐλευθέριον.

retinendo et accipiendo ponitur. Temperantia vero quo ad rem magis convenit cum stupiditate quam cum intemperantia, quoniam utriusque illarum ratio in abstinendo habetur. Intemperantiae vero in fruendo et percipiendo voluptates. Ex iis patet, quare ista ratio ab | ipsa re sumi 385 Z_1
dicatur. Altera ducitur ex naturali inclinatione, qua nos ipsi afficimur,
virtuti enim magis illa opponuntur extrema, ad quae sumus natura magis propensi, et quia natura impellimur ad voluptates, ideo intemperantia magis quam stupiditas est contraria temperantiae. Sed haec
Si virtus est medium, quare non aequaliter ab extremis distat.
Aristotelis doctrina videtur cum iis pugnare, quae iam sunt allata. Si enim virtus est ¦ aequalitas, quomodo magis ad unum extremum quam 351 Z_2
ad alterum accedit vel quomodo magis ab uno quam ab altero distat? Persuadetur adhuc idem ex natura medii, quod medium est, quia aequaliter ab extremis distat. Respondetur ad ista in virtute non dici aequalitatem quo ad distantiam, sed quo ad rationem et quo ad nos, non arithmeticam, sed geometricam. Concluderent argumenta, si haec
quo ad spacium seu distantiam acciperentur.

Quomodo haec cum sacris literis conveniant.
Nunc superest, ut videamus, quo nam pacto ista divinis literis consentanea sint. Primum verissimum est virtutem opponi vitiis et vitia

Z. 11 ad alterum] alterum Z_2 15 si haec] si Z_2

[246*] *AG* πρὸς δὲ τὸ μέσον ἀντίκειται μᾶλλον ἐφ' ὧν μὲν ἡ ἔλλειψις ἐφ' ὧν δὲ ἡ ὑπερβολή, οἷον ἀνδρείᾳ μὲν οὐχ ἡ θρασύτης ὑπερβολὴ οὖσα, ἀλλ' ἡ δειλία ἔλλειψις οὖσα, τῇ δὲ σωφροσύνῃ οὐχ ἡ ἀναισθησία ἔνδεια οὖσα, ἀλλ' ἡ ἀκολασία ὑπερβολὴ οὖσα· διὰ δύο δ' αἰτίας τοῦτο συμβαίνει, μίαν μὲν τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος· τῷ γὰρ ἐγγύτερον εἶναι καὶ ὁμοιότερον τὸ ἕτερον ἄκρον τῷ μέσῳ, οὐ τοῦτο ἀλλὰ τοὐναντίον ἀντιτίθεμεν μᾶλλον· οἷον ἐπεὶ ὁμοιότερον εἶναι δοκεῖ τῇ ἀνδρείᾳ ἡ θρασύτης καὶ ἐγγύτερον, ἀνομοιότερον δ' ἡ δειλία, ταύτην μᾶλλον ἀντιτίθεμεν· τὰ γὰρ ἀπέχοντα πλεῖον τοῦ μέσου ἐναντιώτερα δοκεῖ εἶναι· μία μὲν οὖν αἰτία αὕτη, ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος· ἑτέρα δὲ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν· πρὸς ἃ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμέν πως, ταῦτα μᾶλλον ἐναντία τῷ μέσῳ φαίνεται· οἷον αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμεν πρὸς τὰς ἡδονάς, διὸ εὐκαταφορώτεροί ἐσμεν πρὸς ἀκολασίαν ἢ πρὸς κοσμιότητα· ταῦτ' οὖν μᾶλλον ἐναντία λέγομεν, πρὸς ἃ ἡ ἐπίδοσις μᾶλλον γίνεται· καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀκολασία ὑπερβολὴ οὖσα ἐναντιωτέρα ἐστὶ τῇ σωφροσύνῃ· – *AL* Certo medium autem opponitur in hiis quidem magis defeccio, in hiis autem superhabundancia; puta fortitudini quidem non audacia superhabundancia existens, set timiditas defectus existens; temperancie autem non insensibilitas indigencia existens, set intemperancia superhabundancia existens. Propter duas autem causas hoc contingit. Unam quidem que rex ipsa re. In essendo enim proximius et similius alterum extremorum medio, non hoc, set contrarium, opponimus medio magis; puta, quia similius esse videtur fortitudini audacia et proximius, et dissimilius timiditas, hanc magis opponimus. Distancia enim plus a medio contraria magis videntur esse. Una quidem igitur causa hec, ex ipsa re. Alia autem ex nobis ipsis. Ad que enim ipsi magis nati sumus aliqualiter, hec magis contraria medio videntur. Puta ipsi magis nati sumus ad delectaciones. Ideo facilius mobiles sumus ad intemperanciam quam ad temperanciam. Hec igitur magis contraria dicimus ad que augmentum magis fit, et propter hoc intemperancia superhabundancia existens magis contraria est temperancie.

virtutibus. »Quae enim conventio lucis ad tenebras et quae societas Christo cum Belial?«[1685] Et: »Nemo potest duobus Dominus servire«[1686]. Nec non id ut verum admittitur, vitia inter sese pugnare. Isa. 57.: »Non est pax impiis, dicit Dominus«[1687]. Videntur quidem interdum conspirare in malum, sed tandem dissentiunt. Neque id inficiandum est, cum virtute magis unum extremum quam alterum facere in Ecclesiaste, 7. cap[ite] dicitur: »Melior est severitas quam risus«[1688]. Et melior est tardus spiritu, quam qui sublimem habet spiritum.

Caput IX

Quod itaque virtus moralis mediocritas est et quomodo, et mediocritas duorum vitiorum, huius quidem iuxta exuperantiam, illius vero iuxta defectum, quodque huiusmodi sit, quia medii coniectatrix est cum in affectionibus tum in actionibus, copiose dictum est. [247*] 1109a 20–24

Caput hoc in istas diducitur partes. Primo loco habetur epilogus. Secundo proponitur difficile admodum esse medium invenire. Tertio quaedam eius reperiendi ponuntur documenta. Quarto medium ipsum, quantum res pa|titur, determinatur. Quo ad epilogum elegans est, paucis expeditur, sed significantibus vocibus. Dicit se loquutum de virtute, sed morali. Eam definivit mediocritatem. Sed quomodo? Non rei, sed quo ad nos vel rationis. Extrema etiam eius duo vitia esse ostendit, quorum unum exuperet, alterum vero deficiat. ¦ Virtus autem mediocritas est ex effectu, quod illam sectetur. In quibus rebus? In affectibus et actionibus. Haec hactenus prolixe dicta sunt, nunc vero paucis perorata. Partes capitis noni.

386 Z$_1$

352 Z$_2$

Z. 20 vitia esse] vitia Z_2

[247*] *AG* Ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθικὴ μεσότης, καὶ πῶς, καὶ ὅτι μεσότης δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, καὶ ὅτι τοιαύτη ἐστὶ διὰ τὸ στοχαστικὴ τοῦ μέσου εἶναι τοῦ ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν, ἱκανῶς εἴρηται· – *AL* Quoniam quidem igitur est virtus moralis medietas et qualiter et quoniam est medietas duarum maliciarum, huius quidem secundum superhabundanciam, huius autem secundum defectum, et quoniam talis est quia coniectatrix medii est quod est in passionibus et operacionibus, sufficienter dictum est.

[1685] *2Kor 6,14f.*
[1686] *Mt 6,24.*
[1687] *Jes 57,21.*
[1688] *Koh 7,4* Melior est ira risu.

1109a 24–30 *Ideoque difficile est in una quaque re probum esse, nam in omni negotio medium notare difficile est, ceu medium circuli non est cuiusvis deprehendere, sed periti. Sic et irasci cuiusvis est et facile dare pecunias et impendere. Sed cui, quantum, quando et cuius causa et quomodo oportet, neque cuiusvis est neque facile. Unde rectum rarum est et laudabile, quod est honestum.* [248*]

Quare difficile sit probum esse.

Difficultas rectitudinis et probitatis ex eo est, quoniam (ut superius habuimus) uno tantum simplicique modo fit. Pravitas autem, cum sit propemodum infinita, occurrit facilius. Ratio alia difficultatis est, quae modo attingitur, quod medium sit difficile inventu. Et simile proponitur de circuli medio: non quivis illud potest notare, sed tantum peritus mathematicarum. Euclides in 3. docet, ut linea recta ducatur, quae medium circulum secet in partes aequales. Et centrum erit tum circuli in eo puncto, quod lineam tractam dividit in partes aequales.[1689] Verum exemplum adductum est medium rei seu magnitudinis. Nos autem nunc agimus de medio rationis et quo ad nos, quare non videtur accommodatum. Sed argumentum revera est a minori ad maius. Si non cuiusvis est medium invenire, quod facilius est et idem perpetuo manet, quanto magis erit difficile medium rationis et quo ad nos invenire, quod non semper idem est, imo per omnes propemodum occasiones et circumstantias variatur?[1690] Quodque ait Aristoteles, non eo spectat, ut desperemus. Si non est id cuiusvis, est tamen aliquorum. Circulo exigitur aliqua peritia matheseos. | Hic requiritur exercitatio et 387 Z_1

Z. 22 Circulo] In circulo Z_2

[248*] *AG* διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι· ἐν ἑκάστῳ γὰρ τὸ μέσον λαβεῖν ἔργον, οἷον κύκλου τὸ μέσον οὐ παντὸς ἀλλὰ τοῦ εἰδότος· οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν ὀργισθῆναι παντὸς καὶ ῥᾴδιον, καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι· τὸ δ' ᾧ καὶ ὅσον καὶ ὅτε καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὡς, οὐκέτι παντὸς οὐδὲ ῥᾴδιον· διόπερ τὸ εὖ καὶ σπάνιον καὶ ἐπαινετὸν καὶ καλόν· – *AL* Ideo et difficile est studiosum esse. In unoquoque enim medium accipere difficile; puta circuli medium non cuiuslibet, set scientis. Sic autem et irasci quidem cuiuslibet et facile, et dare argentum et consumere. Cui autem et quantum et quando et cuius gracia et qualiter, non adhuc cuiuslibet neque facile, quod est bene et rarum et laudabile et bonum.

[1689] *Eucl. elem. 3,1 (Stamatis I 94,15–95,12). Vgl. Streb. eth. 97v:* Circuli medium reperietur, si lineam rectam duxeris transversam ab una parte ambitus ad alteram, sive medium circulum secuerit sive superiorem inferioremve partem. Si diviseris eam lineam in duas partes aequales alteramque duxeris ab alto rectam, quae punctum medium prioris tangat atque secundae duas in parteis aequabiles divisae medium punctum notaveris.

[1690] *Vgl. Streb. eth. 97v:* Dicet aliquis: Non sic est medium virtutis nec tam facile inveniri potest. Non sic est, fateor, sed medium, quod refertur ad nos, recte cum medio rei comparatur, etiamsi quae conferuntur diversa sunt.

usus. Valent ista, quae modo scribuntur, ad animos auditorum inflammandos, ut sese in hoc cursu virtutum assequendarum exerceant. Non est Peripateticum dogma nihil posse sciri, sententias istas relinquunt Democrito et Scepticis. Non etiam diffitemur hodie multos esse, qui tantum opinionibus regantur, quos tamen non laudamus, cum scientia, arte bonisque habitibus longe magis praestet res suas gubernare quam vel opinione vel casu. Et ex ista perversitate ¦ fit, ut de virtutibus omnes 353 Z_2
fere velint iudicare, cum in eis nullum studium, nullum usum nullamve unquam posuerint exercitationem.[1691] Liberalitatis forte ac temperantiae nomen audiverunt, at non tenent rem neque, ut tenerent, unquam operam dederunt.[1692] Est igitur in medio notando etiam magna difficultas ob numerum circumstantiarum. Et quia res in universum (quemadmodum dicitur) tractari non potest, sed potius ad singula quodammodo pertinet, circumstantiae non omnes hoc loco ab Aristotele commemorantur. De illis fusius agetur in tertio. Continentur etiam omnes illo iactato versiculo:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.[1693]

Deinde additur ex ista difficultate inveniendi medii id, quod est rectum et honestum, rarum esse; vitant quippe omnes plerique laborem. Laudabile tamen est, quicquid rectum et honestum fuerit.

Ideoque oportet eum, qui medium sectatur, ab eo extremo, quod magis opponitur virtuti, discedere, quemadmodum et Calypso adhortabatur: ὡς τοῦ μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε νῆα. *Nam unum extremorum est, in quo facilius peccatur, alterum vero, in quo minus. Proinde quoniam summe assequi medium est difficile, secunda (ut inquiunt) navigatione ex* 1109a 30–1109b 1

Z. 4 Scepticis] Scopticis Z_{1-2}

[1691] *Vgl. Streb. eth. 97r:* Omnes existimant optime se de ratione morum iudicare posse. […] Sed quoniam volunt omnes iudicare, quum pauci admodum videant, quaenam sit, pauciores exerceant.

[1692] *Vgl. Streb. eth. 97r:* Audierunt nomen liberalitatis eamque laudarunt, sed cui potissimum, quantum, quo tempore, qua de causa quoque modo rem partiri debeamus ignorant.

[1693] *Thom. Aqu. STh Ia-IIae q. 7 a. 3 co. (STO II 367):* Tullius, in sua Rhetorica, assignat septem circumstantias, quae hoc versu continentur, quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. *Vgl. Cic. inv. 1,29 (Hubbell 60):* Probabilis erit narratio, si in ea videbuntur inesse ea quae solent apparere in veritate; si personarum dignitates servabuntur; si causae factorum exstabunt; si fuisse facultates faciendi videbuntur; si tempus idoneum, si spati satis, si locus opportunus ad eandem rem qua de re narrabitur fuisse ostendetur; si res et ad eorum qui agent naturam et ad vulgi morem et ad eorum qui audient opinionem accomodabitur.

malis assumenda sunt, quae minima fuerint. Hoc autem maxime fiet modo, quem diximus. [249*]

Altera huius capitis parte profert Aristoteles documenta, quibus contra difficultatem inventionis medii iuvemur. Utque virtuti ma|gis unum 388 Z_1
extremum quam alterum adversatur aut rei natura aut ex nostra pro-
Deflectendum ab extremo, quod magis opponitur virtuti.
nitate, ita documentum est duplex. Primo enim oportet deflectere ab eo extremo, quod cum virtute magis pugnat, est enim periculosius. Doctrinam suam confirmat Homeri testimonio, ad cuius evidentiorem lucem, sciendum esse duos scopulos in Siculo freto nempe inter Adri-
Scylla et Charybdis.
aticum et Tyrrhenum mare, quorum unus dicitur Scylla et alter Charybdis.[1694] Charybdis periculosior est, absorbetur enim aqua et reflatur. Unde si navis dum hoc fit ibi deprehendatur, omnino perit. Alter quoque scopulus perniciosus est, sed non ut alter. Quare versus illum collimandum est navigantibus, quo maius pe¦riculum evitetur. Quod 354 Z_2
tamen dum facimus, id cavendum est, ut a nebula et unda Scyllae deflectamus, ne scilicet cupientes vitare Charybdim in Scyllam incidamus. Unde notandum est Graeca scholia in Homero interpretando errare. Nam referunt καπνοῦ et κύματος ad Charybdim, quod pertinet ad Scyllam.[1695] Nam illo carmine in ipso 11. li[bro] Odysseae Ulysses[1696] praecipit suo gubernatori, ut versus Scyllam eat, cumque eo pervenerit, navim ab eius καπνοῦ, id est nebula, deflectat et a fluctu,

Z. 9 sciendum esse duos] sciendum est duos esse Z_2

[249*] *AG* διὸ δεῖ τὸν στοχαζόμενον τοῦ μέσου πρῶτον μὲν ἀποχωρεῖν τοῦ μᾶλλον ἐναντίου, καθάπερ καὶ ἡ Καλυψὼ παραινεῖ τούτου μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε νῆα· τῶν γὰρ ἄκρων τὸ μέν ἐστιν ἁμαρτωλότερον τὸ δ' ἧττον· ἐπεὶ οὖν τοῦ μέσου τυχεῖν ἄκρως χαλεπόν, κατὰ τὸν δεύτερον, φασί, πλοῦν τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν· τοῦτο δ' ἔσται μάλιστα τοῦτον τὸν τρόπον ὃν λέγομεν· – *AL* Propter quod oportet coniectantem medium, primum quidem recedere a magis contrario, quemadmodum et Calipso monebat hoc: Extra fumum quidem et undam custodi navem. Extremorum enim hoc quidem est peccatum magis, hoc autem minus. Quia igitur medium attingere summe difficile, secundum secundam aiunt navigacionem minima sumendum malorum. Hoc autem erit maxime hoc modo quo dicimus.

[1694] *Skylla und Charybdis sind in der griechischen Mythologie zwei Meeresungeheuer, die täglich dreimal das Meerwasser einsaugen und wieder ausspeien. – NP XI 641; II 1111.*

[1695] *Graec. schol. II (Heylbut 139,21f.):* καπνῷ δὲ καὶ κύματι ἀπείκασε τὸ τοιοῦτον ἄκρον, τὸ φευκτὸν αὐτοῦ δεικνὺς ὁ φιλόσοφος. *Graec. schol. transl. II (Mercken 233,64f.):* Fumo autem et undae assimulavit tale extremum, fugibile ipsius ostendens Philosophus.

[1696] *Odysseus, eine der zentralen Figuren der griechischen Mythologie, dessen Taten von Homer in der »Ilias« und der »Odyssee« geschildert werden. – NP 1110–1116.*

quo percussa resonat.[1697] Est etiam notandum Aristotelem errare in nomine, quia haec non dicuntur a Calypso[1698]. Nam Circe[1699] hoc salutare consilium Ulyssi dedit. Carmen vero hic adductum non a Circe recitatur, sed ab Ulysse memore praeceptorum eius mandatur suae navis rectori. Neque carmen habet ὡς τοῦ μὲν καπνοῦ, sed τούτου μὲν καπνοῦ.[1700] Atque post illa, quae hic recitantur, additur: σὺ δὲ σκοπέλου ἐπιμαίεο, id est: tu vero urge scopulum. Ratio, cur hoc tanto studio faciundum sit, additur, nempe quod unum extremorum sit, in quo facilius, alterum in quo minus peccatur. Cum vero tanta sit medii attingendi summa et ad amussim difficultas, secunda navigatione assumenda sunt ex malis minima. Secunda navigatio hic non est prospera, ut aliqui falso existimarunt,[1701] sed tum secundam navigationem adhibemus, cum prima destituimur. Si enim venti non flaverint, tum remigum opera utendum est, appellaturque haec secunda navigatio, quod secundo loco, nempe post felicem et optatam adhibeatur.[1702] Et hoc proverbio idem significatur ac illo altero: quando non licet, ut volumus, ut possumus.[1703] Vellet quippe Aristoteles ut medium assequeremur: Sed quando id fieri non potest, ad extremum quod minus periculosum est tendamus. In Rhethoricis docuit minora mala boni loco haberi, si conferantur cum gravioribus.[1704] Et nos cum legem ad
389 Z_1 amussim prae carnis infirmitate non queamus | observare, inchoatam nihilominus obedientiam potius exhibemus, quam deflectamus ad peccata. Nunquam tamen ob hoc documentum, quae natura sua mala sunt, debemus facere, ut bona nobis eveniant. Quomodo autem minima mala possimus accipere demonstrat, cum inquit: *Fiet id eo modo,*

Secunda navigatio.

[1697] *Hom. Odyss. 12,217–221 (Ludwich I 302):* σοὶ δέ, κυβερνῆθ', ὅδ' ἐπιτέλλομαι· ἀλλ' ἐνὶ θυμῷ βάλλευ, ἐπεὶ νηὸς γλαφυρῆς οἰήϊα νωμᾷς· τούτου μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε νῆα, σὺ δὲ σκοπέλου ἐπιμαίεο, μή σε λάθῃσι κεῖσ' ἐξορμήσασα καὶ ἐς κακὸν ἄμμε βάλῃσθα.

[1698] *Kalypso, griechische Göttin und Nymphe, Tochter des Atlas. – NP VI 214–216.*

[1699] *Kirke, griechische Göttin, Tochter des Helios. – NP VI 487–489.*

[1700] *Vgl. Streb. eth. 98r:* Codices sunt depravati, in quibus est ὡς τοῦ μέν pro τούτου μέν. Quem scribit Aristoteles versum nec Calypso nec Circe pronunciat, sed Ulysses admonitus a Circe.

[1701] *Vgl. Streb. eth. 98v:* Si Fabro credimus, qui libros Aristotelis falsa persuasione doctrinae adductus miris modis inquinavit, secunda navigatio est prospera.

[1702] *Vgl. Streb. eth. 98v:* Alteram navigationem melius dixeris quam secundam, ut sit prima navigatio, quae ventis secundis agitur, altera, quae cessante vento secundo remis perficitur.

[1703] *Vgl. Erasm. adag. 743 (ASD II/2 262–264).*

[1704] *Arist. rhet. 1,10, 1369b 23–25 (Ross 46):* τίθημι γὰρ καὶ τὴν τῶν κακῶν ἢ φαινομένων κακῶν ἢ ἀπαλλαγὴν ἢ ἀντὶ μείζονος ἐλάττονος μετάληψιν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς.

quem diximus, nimirum deflectendo ad extremum. Quod minus est periculosum et in quo minus peccatur, et ex natura rei virtuti minus est contrarium.

1109b 1–6 *Considerare etiam oportet, quae nam ea sint, ad quae natura ipsi simus procliviores. Alii enim ad alia natura facti sumus. Hoc autem erit manifestum ex voluptate ac dolore, quae nobis evenerint, oportet¦que, ut in contraria parte* 355 Z_2 *nosipsos subducamus. Ubi enim procul deflexerimus a peccando, ad medium pertingemus.* [250*]

Deflectendum ab extremo, ad quod natura magis sumus propensi.

Alterum documentum sumitur ex naturae ipsorum inclinatione. Illud enim quo ad nos extremum virtuti magis repugnat, ad quod natura sumus propensiores. Hic videmus agnovisse philosophos naturae morbum ac vitium. Iudicant enim nos non ad medium propensos esse natura, sed alterum extremorum vitiosorum, causam tamen huius nativi mali non intellexerunt. Quilibet, inquit, seipsum exploret, non enim omnes ad eadem facti sumus. Pronus est quisque ad malum, sed non omnes eodem modo ad idem genus mali extimulamur: »Quisque suos patimur manes.«[1705] Unde autem ea inclinatio possit deprehendi, commonstrat, nimirum ex dolore et voluptate. Videat quisque, praesentia cuius rei maxime delectetur cuiusve rei absentia maxime doleat, et adversum inclinationem, qua laborat, maxime niti debet. Nam, dum magis a peccando recedit, magis ad medium accedit.

1109b 6–13 *Quemadmodum faciunt, qui distorta ligna corrigunt. In omni autem negotio maxime cavenda est voluptas et delectatio, non enim incorrupti de illa iudicamus. Quomodo igitur | affecti erga Helenam fuerunt senatores, ita nos* 390 Z_1 *oportet erga voluptatem esse affectos et in omnibus illorum usurpare vocem atque ita illam missam facientes minus peccabimus. Haec itaque faciendo, ut in summa dixerim, maxime poterimus medium assequi.* [251*]

Z. 6 voluptate] voluptare Z_1 7 pertingemus] pertingimus Z_2 16 extimulamur] extimulantur Z_2

[250*] *AG* σκοπεῖν δὲ δεῖ πρὸς ἃ καὶ αὐτοὶ εὐκατάφοροί ἐσμεν· ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα πεφύκαμεν· τοῦτο δ' ἔσται γνώριμον ἐκ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς λύπης τῆς γινομένης περὶ ἡμᾶς· εἰς τοὐναντίον δ' ἑαυτοὺς ἀφέλκειν δεῖ· πολὺ γὰρ ἀπάγοντες τοῦ ἁμαρτάνειν εἰς τὸ μέσον ἥξομεν· – *AL* Intendere autem oportet et ad que et ipsi facile mobiles sumus; alii enim ad alia apti nati sumus. Hoc autem erit notum ex delectacione et tristicia facta circa nos. In contrarium autem nos ipsos attrahere oportet. Multum enim abducentes a peccato in medium veniemus.

[1705] *Verg. Aen. 6,743 (Mynors 250).*

Simile adducit artificum dirigentium incurva ligna, nam illi, ut recta ea faciant, in contrariam partem flectunt. Unde sic probat nostrum esse ad illam inclinare partem, in quam minime propensi sumus, ita ut deflectamus quam maxime ad extremum nostrae propensioni oppositum. At quispiam fortasse quaerat: istae actiones vergentes ad alterum extremum nostrae inclinationi oppositum, quod alioqui per se vitiosum est, sunt ne secundum rectam rationem? Distinguimus loquendo simpliciter, non secundum rectam rationem. Illa enim, quantum potest fieri, expetit medium, at secundum quid secundum rectam rationem dici possunt, quoniam illa iudicat sic ¦ faciendo nos posse facilius ad medium pertingere. Non tamen istis actionibus oppositi vitii generatur virtus, sed per istas actiones ad moderatas tandem pervenimus, et ex illis moderatis denique virtus gignitur. Docet hoc nos simile inductum, nunc exercitio maxime opus esse in corrigendis vitiis ac virtutibus acquirendis. Addit tertio cavendum esse a voluptate ac suavitatis illecebris omnibus modis. Rationem eiusmodi assignat, quia de illa non iudicamus incorrupte ac sinceriter.

Actiones, quae ad alterum extremum vergunt, an sint secundum rationem.

356 Z_2

Voluptates cavendae, quia de illis non recte iudicamus.

Ἀδέκαστοι sunt illi, qui munera non accipiunt, ut secundum aliquos decernant.[1706] At rari et nulli propemodum sunt, qui non voluptatis esca et blanditiis utcunque non capiantur. Sententia Homeri confirmat, quod dixerat. Helena[1707] cum duellum esset futurum inter Paridem[1708] et Menelaum[1709], ascendit in turrim, ut spectaret, in qua item

Z. 8 non] non sunt Z_2 10 nos] nor Z_1 15 *Marg.* recte] rectae Z_1 20 non capiantur] capiantur Z_2 20 Sententia] Scientia Z_2

[251*] *AG* ὅπερ οἱ τὰ διεστραμμένα τῶν ξύλων ὀρθοῦντες ποιοῦσιν· ἐν παντὶ δὲ μάλιστα φυλακτέον τὸ ἡδὺ καὶ τὴν ἡδονήν· οὐ γὰρ ἀδέκαστοι κρίνομεν αὐτήν· ὅπερ οὖν οἱ δημογέροντες ἔπαθον πρὸς τὴν Ἑλένην, τοῦτο δεῖ παθεῖν καὶ ἡμᾶς πρὸς τὴν ἡδονήν, καὶ ἐν πᾶσι τὴν ἐκείνων ἐπιλέγειν φωνήν· οὕτω γὰρ αὐτὴν ἀποπεμπόμενοι ἧττον ἁμαρτησόμεθα· ταῦτ' οὖν ποιοῦντες, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, μάλιστα δυνησόμεθα τοῦ μέσου τυγχάνειν· – *AL* Quod tortuosa lignorum dirigentes faciunt. In omni autem maxime observandum delectabile et delectacionem. Non enim non accipientes iudicamus eam. Quod igitur plebis senes paciebantur ad Helenam, hoc oportet pati et nos ad delectacionem, et in omnibus illorum dicere vocem. Sic igitur abicientes ipsam, minus peccabimus. Hoc igitur facientes, ut in capitulo dicamus, maxime poterimus medium adipisci.

[1706] *Vgl. Streb. eth. 99v:* ἀδέκαστοι, qui non ceperunt dona et munera, quo rectius iudicent.

[1707] *Helena, Tochter des Zeus und für ihre Schönheit berühmt, deren Entführung durch Paris den troianischen Krieg auslöste. – NP V 278–280.*

[1708] *Paris, Sohn des mythischen troianischen Königs Priamos, Entführer der Helena. – NP IX 334–336.*

[1709] *Menelaos, mythologischer König von Sparta und bedeutende Figur im Mythenzyklus vom troianischen Krieg. – NP VII 1231–1233.*

Priamus erat et eius proceres. Δημογέροντες sunt consiliarii et senatores, qui honoratissimi sunt in populo. Ii animadversa pulchritudine mulieris obstupuerunt ac dixere non esse invidiosum aut graviter accusandum, quod Graeci Troianique fortissimae nationes pro tali forma inter sese tam acriter certarent, nam Helena vultu non ho|mines, imo deas ipsas refert. »Attamen, utut sit tam pulchra, referatur ad naves et hinc asportetur, ne nobis aut liberis nostra sit damnosa.«[1710] Ita nos voluptatem etsi miramur eamque fatemur iucundam et pulchram esse, nihilominus illam debemus ablegare, quoniam propter eam saepissime committuntur permulta iniusta et atrocia. Est poetae non vulgare artificium, quod hanc sententiam non iuvenibus, sed senioribus attribuit, in quibus iam calores libidinum et perturbationum sunt propemodum restincti. Laudant quidem voluptatem, sed illam cum detrimento nolunt retinere. Ut detrimento sit iuvenibus facile fieri potest ac illi etiam seipsos adiungunt, quoniam et senes quandoque deturbat. Pervertit enim humanum iudicium. Nam Paris Minerva et Iunone spreta, sapientia inquam et civili virtute, sequutus est Venerem.[1711] Apparent hinc fructus poeticae lectionis. Quae illi fabulose scripserunt, gravia sunt, si allegorice ad vitam instituendam transferantur. Sed quod illi fecerunt, nempe philosophi in poetis, nos multo commodius in divinis literis facere debemus, ubi nullae sunt fictiones, nullae fabulae, sed omnia serio dicuntur.

391 Z_1 (~~392~~)

Fructus poeticae lectionis.

1109b 14–26 *Difficile fortassis hoc et praesertim in singularibus. Non enim est facile definire, quibus, qualibus et quam diu sit irascendum, si quidem et nos interdum ¦ eos laudamus, qui deficiunt, eosque lenes appellamus, interdum vero acerbos ut viriles commendamus. At qui parum a recto discesserit, minime vituperabitur, sive id fuerit ad exuperantiam sive ad defectum. Qui vero nimium, haud quaquam latebit. Quousque vero aut usque ad quantum vituperandus quispiam sit, oratione definire non est facile neque aliud quippiam sensibilium, nam huiusmodi | sunt singula et iudicium eorum penes sensus. Hoc vero tantum id manifestat, medium habitum in omnibus esse laudabilem et oportere declinare interdum ad exuperantiam, interdum vero ad defectum. Sic enim facillime rectum ac medium assequemur.* [252*]

357 Z_2

392 Z_1

Z. 1 Δημογέροντες] Δημνοέροντες $\mathcal{Z}_1$ Δυμνοέροντες $\mathcal{Z}_2$

[1710] *Hom. Il. 3,159f. (Ludwich I 125):* ἀλλὰ καὶ ὣς τοίη περ ἐοῦσ' ἐν νηυσὶ νεέσθω, μηδ' ἡμῖν τεκέεσσί τ' ὀπίσσω πῆμα λίποιτο.

[1711] *Vgl. Hyg. fab. 92,2–4 (Marshall 86).*

Repetit adhuc inveniendi medii difficultatem rationemque affert, quod in singulis non sit certitudo neque in actionibus facile sit circumstantias definire. Imo inquit nos ipsi haud iudicamus eodem modo semper, imo quandoque laudamus remissos iracundia, nonnunquam autem vehementes. Id vero nobis accidit, ut sumus affecti, si oderimus illum, in quem quispiam irascitur, vehementem eius iram laudamus; at si amemus illum cupiamusque tractari mitius, remissam adversus eum iram ut clementiam et lenitatem mirifice praedicamus.[1712] Excitantur vero affectus alioqui nobis innati variis de causis: aut consuetudine aut corporis temperamento, loco, tempore, ob commoda, incommoda, delectationem, molestiam etc. Quid ergo faciundum in tanta difficultate? Respondet: si parum a medio ipso deflexerimus vel excedendo vel deficiendo, non erimus reprehensibiles. Est enim, ut videtur, medii quaedam latitudo, intra quam sese continentes bene agunt. At si quis e diverso longius a medio divagetur, non latebit, sed reprehensioni multorum exponetur. Quousque tamen a medio abire liceat, inquit non posse definiri, quoniam singularium iudicium non est rationis, verum sensus et in rebus sensibilibus nihil definiri aut statui certi potest. Graeca scholia meminerunt hic argumenti acervalis aut soritae, calvariae

Ratio servanda in assequendo medio.

[252*] *AG* χαλεπὸν δ' ἴσως τοῦτο, καὶ μάλιστ' ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον· οὐ γὰρ ῥᾴδιον διορίσαι καὶ πῶς καὶ τίσι καὶ ἐπὶ ποίοις καὶ πόσον χρόνον ὀργιστέον· καὶ γὰρ ἡμεῖς ὁτὲ μὲν τοὺς ἐλλείποντας ἐπαινοῦμεν καὶ πράους φαμέν, ὁτὲ δὲ τοὺς χαλεπαίνοντας ἀνδρώδεις ἀποκαλοῦντες· ἀλλ' ὁ μὲν μικρὸν τοῦ εὖ παρεκβαίνων οὐ ψέγεται, οὔτ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον οὔτ' ἐπὶ τὸ ἧττον, ὁ δὲ πλέον· οὔτος γὰρ οὐ λανθάνει· ὁ δὲ μέχρι τίνος καὶ ἐπὶ πόσον ψεκτὸς οὐ ῥᾴδιον τῷ λόγῳ ἀφορίσαι· οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν τῶν αἰσθητῶν· τὰ δὲ τοιαῦτα ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, καὶ ἐν τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις· τὸ μὲν ἄρα τοσοῦτο δηλοῖ ὅτι ἡ μέση ἕξις ἐν πᾶσιν ἐπαινετή, ἀποκλίνειν δὲ δεῖ ὁτὲ μὲν ἐπὶ τὴν ὑπερβολὴν ὁτὲ δ' ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν· οὕτω γὰρ ῥᾷστα τοῦ μέσου καὶ τοῦ εὖ τευξόμεθα· – *AL* Difficile autem forsitan hoc et maxime in singularibus. Non enim facile determinare qualiter et quibus et in qualibus et quantum tempus determinandum; et enim nos quandoque quidem deficientes laudamus et mansuetos dicimus. Quandoque autem gravantes viriles vocamus. Set qui quidem parum a bene transgreditur non vituperatur neque ad maius neque ad minus, set qui plus. Iste enim non latet. Hic autem usque quo et in quantum vituperabilis, non facile sermone determinare. Neque enim aliud aliquid sensibilium. Talia autem in singularibus, et in sensu iudicium. Hoc quidem igitur tantum ostendit quoniam medius habitus in omnibus laudabilis. Declinare autem oportet quandoque quidem ad superhabundanciam, quandoque autem ad defectum. Sic enim facile medium et quod bene adipiscemur.

[1712] *Vgl. Streb. eth. 99v–100r:* Si cupiamus in aliquem graviter animadverti, aut infensi aut opinione ducti laudamus eum, qui crudeliter et acerbe tractat etiam innocentem dicimusque poena gravire dignum. […] Si vero nolimus eum corrigi, qui grande scelus admisit, ut filium mater, dicimus eum lenem clementemque, cuius indulgentia factum est, ut homo scelestus non dederit poenas.

item, in quibus docent omnino nihil esse concedendum, sed tantum per indefinitam propositionem esse respondendum.[1713] Attamen ne videatur nihil dixisse, hoc tantum ait se declarasse, habitum mediocrem esse laudabilem et declinandum interdum ad exuperantiam, interdum ad defectum, quo facilius medium assequamur.

Quomodo haec cum divinis literis consentiant.

¦ Superest modo, ut sententias huius capitis ad divinas literas exigamus. Quod dicitur difficile esse invenire medium, admittimus atque id intelligentes ne erremus, ipsum medium a divinis literis petemus. Quae ibi praecipiuntur, summae esse moderationis et aequitatis | non dubitamus. Laborare vero, ut ratione humana inveniamus ipsi media in affectibus aut actionibus, vanum putamus et iuxta Solomonis dictum vanitatem vanitatum et afflictionem spiritus.[1714] Medium attingere laudabile esse et cum primis quaerendum fatemur; quod tamen illi, qui circa mediocritatem versantur, sint magis reprehensibiles quam extremi, est per accidens. Meretrices et publicani, qui sunt extremi, praecedunt scribas et pharisaeos, qui circa mediocritatem versabantur.[1715] Et in Apocalypsi dicitur: »Utinam calidus esses aut frigidus! Sed quia tepidus es, incipiam te evomere«[1716]. Non inquam id est, quod mediocritas mala sit, sed quia illi, qui circa illam versantur, saepe laborant superbia, saturi sunt et aliis bonis, praesertim coelestibus, egere se non arbitrantur. Ob hoc itaque accidens reprehenduntur, non propter mediocritatem. Ab extremo, quod magis reipsa pugnat cum mediocritate, magis est deflectendum. Ideo in divinis literis proponitur decalogus, in quo crassa vitia ostenduntur vitanda, quae maxime contra virtutis medium pugnant, quae postea Christus est interpretatus, et ostendit quomodo ad absolutas perfectasque virtutes deflexio illa pertineat, nempe ut vel in corde ipso talium vitiorum semina et initia restinguamus.[1717]

358 Z_2

393 Z_1

[1713] *Graec. schol. II (Heylbut 140,2–7):* ἐν τοῖς τοιούτοις οὐ δεῖ τὴν ἀκρίβειαν ‹ζητεῖν› ὡς εὑρήσοντας τῷ λόγῳ οὐδὲ τοῖς τοὺς τοιούτους ἐρωτῶσι λόγους συγκαθιέναι δεῖ, ἀλλὰ προλέγειν τοιαύτην οὖσαν τὴν ἐφ' ὧν ἐρωτῶσι φύσιν, ὡς μὴ δέχεσθαι τὸ ὡρισμένον καὶ ἀκριβές, ὃ ἀπαιτοῦσιν οἱ οὕτως ἐρωτῶντες· οὐ γὰρ ἔστιν ὁρίσαι τῷ λόγῳ περὶ τί τῶν προστιθεμένων ὁ σωρός, ὥσπερ οὐδὲ ἐπὶ τῶν πρακτῶν. *Graec. schol. transl. II (Mercken 234,31–37):* In talibus non oportet certitudinem quaerere ut invenire debentes ratione, neque tales interrogantibus rationes condescendere oportet, sed praedicere talem existentem eam de quibus interrogant naturam, ut non recipiat determinatum et certum quod expetunt sic interrogantes. Non enim est determinare ratione vel sermone iuxta quid propositorum collectio, quemadmodum neque in operabilibus.

[1714] *Koh 1,2* Vanitas vanitatum. *Koh 1,14* Ecce universa vanitas et afflictio spiritus.

[1715] *Mt 21,31* Dicit illis [sacerdotibus] Iesus: Amen dico vobis, quia publicani et meretrices praecedunt vos in regno Dei.

[1716] *Offb 3,15f.*

[1717] *Vgl. Mt 5,27f.* Audistis, quia dictum est antiquis: Non moechaberis. Ego autem

Admonet deinde Aristoteles, ut a nostra inclinatione caveamus, vultque, ut quisque seipsum respiciat et ea vitet, ad quae se magis viderit propensum esse. Ita Paulus, quia infirmi sunt proni ad condemnandos et iudicandos firmiores, ipsis mandat, ne id faciant.[1718] Et vicissim, quia firmi et sapientes sunt proclives ad contemnendos infirmos, urget, ne id faciant.[1719] Divites etiam, quia sunt faciles ad fidendum opibus et erigendos animos, ab iis vitiis illos avocat.[1720] Quod vero statuit de voluptate, ut ab illa caveamus, hoc omnino suadent et divinae literae, cum ubique a nobis exigant mortificationem.[1721] An vero theologicae virtutes medium sectentur, theologi scholastici negant,[1722] ego affirmo, sed earum medium est in divinis literis praescriptum. Fides enim haud plus credere debet, quam in sacris literis habeatur, neque item minus, quam illae praecipiant. Peccant etiam, qui plus sperant, quam scriptura sancta praescribat, ut chiliastae;[1723] quive minus ut Origenistae,
394 Z_1 qui resurrectionem sperant, sed | non verae carnis.[1724] Describit quoque fines dilectionis Dei sancta scriptura. Plura voluit facere Petrus causa Christi, quam ille vellet,[1725] at multi alii nolunt eius causa facere, quae

dico vobis, quoniam omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam moechatus est eam in corde suo.

[1718] *Röm 14,2f.* Alius enim credit manducare omnia. Qui autem infirmus est holus manducat. Is, qui manducat, non manducantem non spernat et qui non manducat, manducantem non iudicet.

[1719] *Röm 15,1* Debemus autem nos firmiores inbecillitates infirmorum sustinere et non nobis placere.

[1720] *Vgl. 1Tim 6,17* Divitibus huius saeculi praecipe non sublime sapere neque sperare in incerto divitiarum, sed in Deo, qui praestat nobis omnia abunde ad fruendum.

[1721] *Vgl. Röm 8,13* Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini; si autem Spiritu facta carnis mortificatis, vivetis. *Kol 3,5–9* Mortificate ergo membra vestra […] expoliantes vos veterem hominem cum actibus eius.

[1722] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia-IIae q. 64 a. 4 co. (STO II 435):* Bonum talis virtutis [theologicae] non consistit in medio, sed tanto est melius, quanto magis acceditur ad summum.

[1723] *Chiliasmus bezeichnet die Vorstellung einer 1000 Jahre umfassenden Zeitspanne (vgl. Offb 20f.), in der die biblischen Verheißungen auf Erden zur Realisierung kommen. In der Reformationszeit wurden chiliastische Vorstellungen vor allem am sogenannten »linken Flügel« (Thomas Müntzer, Melchior Hofmann) gehegt. – TRE VII 723–745; RGG⁴ II 139f.*

[1724] *Die Lehre einer ausschließlich geistlichen Auferstehung vertrat etwa der durch Origenes beeinflusste Mönch Hierakas, vgl. Epiph. haer. 67 (PG XLII 174A):* Βούλεται γὰρ καὶ οὗτος [Ἱερακᾶς] τὴν σάρκα μὴ ἀνίστασθαι τὸ παράπαν, ἀλλὰ τὴν ψυχὴν μονωτάτην· πνευματικὴν δὲ τὴν ἀνάστασιν φάσκει. *Die Origenisten wurden im Jahre 543 durch ein Edikt des Kaisers Justinian I. verurteilt, vgl. DH 403–411.*

[1725] *Vgl. Joh 18,10f.* Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum et percussit pontificis servum et abscidit eius auriculam dextram. […] Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?

ille petit. Hoc sane modo potest recte defendi virtutes etiam theologicas medium sequi.

Finis libri secundi

395 Z_1
359 Z_2

|¦ IN TERTIUM LIBRUM ETHICORUM NICOMACHIORUM ARISTOTELIS D[OMINI] PETRI MARTYRIS VERMILII FLORENTINI COMMENTARIA

Caput primum

‹III,1› *Cum virtus tam in actionibus quam in affectionibus versetur cumque sitae sint laudes ac vituperationes in spontaneis, in coactis vero sit venia et interdum misericordia, necessarium fortassis erit de virtute agentibus voluntarium et non voluntarium definire. Erit etiam id utile legislatoribus cum ob praemia tum propter poenas.* [253*] 1109b 30–35

Quae modo tractanda sunt, ita iam dictis cohaerent. Aristoteles virtutis definitionem in universum definierat illiusque causas ostenderat, at denique singulas inductione quadam protulerat pingui Minerva[1726] ostendendo illas medium sectari. Nunc requirebatur, ut singillatim exquisita doctrina de omnibus ageret. Quod facturus est, sed illi videtur prius quaedam interponere de principiis humanarum actionum agetque de voluntario et non voluntario, de electione, consultatione ac voluntate omniaque ista tandem applicabit ad institutum, quod tractandum suscepit. Partitio vero loci huius est: primum proponet de quibus agendum; secundo a non voluntario auspicabitur, quod per vim fiat; tertio loquetur de non voluntario per ignorationem; quarto denique scribet de voluntario. Methodus. Partes huius capitis.

Proponit agendum esse de voluntario et non voluntario. Cuius ratio est, quia laus, vituperium, venia et quandoque misericordia sunt vo- Quare agendum sit de voluntario.

[253*] *AG* Τῆς ἀρετῆς δὴ περὶ πάθη τε καὶ πράξεις οὔσης, καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς ἑκουσίοις ἐπαίνων καὶ ψόγων γινομένων, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκουσίοις συγγνώμης, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐλέου, τὸ ἑκούσιον καὶ τὸ ἀκούσιον ἀναγκαῖον ἴσως διορίσαι τοῖς περὶ ἀρετῆς ἐπισκοποῦσι, χρήσιμον δὲ καὶ τοῖς νομοθετοῦσι πρός τε τὰς τιμὰς καὶ τὰς κολάσεις· – *AL* Virtute itaque et circa passiones et operaciones existente, et in voluntariis quidem laudibus et vituperiis factis, in involuntariis autem venia, quandoque autem et misericordia, voluntarium et involuntarium necessarium forsitan determinare de virtute intendentibus. Utile autem et legislatoribus et ad honores et penas.

[1726] *Vgl. Erasm. adag. 37 (ASD II/1 152).*

lun|tarium. Est argumentum a consequentibus. Laudes et vituperia faciunt ad scientiam moralem, quia ut mores actionesque laudabiles expetendae sunt, ita ¦ vituperabiles evitandae. At iudicari non possunt huiusmodi laudes et vituperia, nisi sciamus, an volenti an invito animo factae fuerint. Ergo de iis est agendum. Aliam adiicit praeterea causam, quod sit haec doctrina pars civilis facultatis, ad quam leges ferre spectat. Leges vero proponunt praemia et poenas observatoribus et transgressoribus, propterea opus est, ut quae sint voluntaria sciant quaeve non voluntaria. Nam inviti non consequuntur praemia et qui coacti peccarunt, non sunt afficiendi poenis.[1727] Aliqui rationem hanc legumlatorum eo torquent, ceu cavere illi debeant, ne aliquid praecipiant necessarium quodve praestari non possit, sed tantum quae sint in nostra manu, ideoque cognoscant oportet voluntarii et non voluntarii rationem.[1728] Scio equidem legis definitionem esse, ut sit ratio praecipiens honesta et revocans ab inhonestis;[1729] at illud, quod isti afferunt, ut possibilia praecipiat, solum de civilibus legibus concederem, non autem de divinis. Nam illae impossibilia exigunt, praesertim quo ad statum naturae corruptae ac vitiatae. Sed tamen Aristoteles hac ratione non est usus, illa solum attigit, quae de poenis et praemiis ego memoravi.

396 Z_1

360 Z_2

An leges non debeant praecipere impossibilia.

Cur affectuum meminerit.

Sed cur meminit affectuum, cum illi non sint voluntarii, sed naturaliter insint in animis nostris? Respondent Graeca scholia, quia et si quo ad substantiam et radicem a natura sint, voluntarii tamen possunt quoquo modo appellari, quoniam usu ac exercitio relaxari aut reprimi queant.[1730] Aut respondebimus utriusque Aristotelem meminisse, affec-

Z. 25 Aristotelem] Aristolem Z_1

[1727] *Vgl. Verm. Rom. 249:* Nihil habendum esse pro peccato, quod ab electione non pendeat.

[1728] *Diese Meinung wird beispielsweise von Streb. eth. 101v–102r vertreten:* Non potest autem [lex] iubere, ut ea faciamus, quae non sunt in nostra potestate. Hinc vulgo fertur non uti lege necessitatem nec vetare potest, ne faciamus ea, quae necessario facienda sunt, quia pugnat vis et ratio. Quapropter habenda legumlatori ratio necessitatis et eorum, quae sunt in nostra potestate.

[1729] *Vgl. Cic. leg. 1,18 (Keyes 316):* Lex est ratio summa insita in natura, quae iubet ea, quae facienda sunt, prohibetque contraria.

[1730] *Vgl. Aspas. eth. Nic. (Heylbut 58,10–13):* δοκεῖ γὰρ ἀκούσια εἶναι τὰ πάθη· ἢ τὸ διαθεῖναί πως οὕτως ἑαυτὸν καὶ ἕθεσι καὶ λόγῳ, ὥστε μὴ πάσχειν κακῶς ἑκούσιον; καὶ ταύτῃ λέγοιτ' ἂν τὰ πάθη ἑκούσια ἐνίοτε· ἀκούσια δέ πως ἂν εἴη ἢ ἁπλῶς ἢ κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν. *Vgl. auch Felic. mor. Nic. 53r:* […] affectus inviti esse tantum videntur. Sed licet absolute atque ex natura sua inviti sint, eatenus tamen dici spontanei possunt, quatenus homo sponte ita se praeparare assuetudine ac studio valet, ut eos cohibeat ac moderetur. – *Zum Verhältnis der* Graeca scholia *zu Aspas. eth. Nic./Felic. mor. Nic. vgl. oben S. 8.*

tuum inquam et actionum, sed voluntarium tantummodo ad actiones referendum. Quod si fiat, pertinebit etiam ad virtutes, quae versantur in affectibus. Nam et illae per actiones acquiruntur, quas, cum rectae sint et laudabiles, oportet voluntarias ponere.

Ad haec cur Aristoteles dixit *Interdum misericordia*? Quia non semper illos misericordia prosequimur, quibus damus veniam. Etenim aliquis tuendo seipsum occidit eum, qui se aggressus erat, non volens fecit; datur illi venia, sed illius non miseremur.[1731] *Fortasse*, inquit, *necessarium est*. Si necessarium est, quid oportuit addere »forte«? Dicunt scholia Graeca hoc solum factum quo ad ordinem, nam fortassis potuissent
397 z_1 haec differri aut anticipari, licet necessario essent dicenda. | Aut ἴσως isto loco non est fortassis, sed aequaliter ac similiter, ac si sensus esset: cum res hoc pacto habeat, ut de illis diximus, pariter ac similiter de voluntario et non voluntario dicendum est.[1732] Potuit etiam Aristoteles more Academicorum loqui, cum quibus assuetus erat, neque in Ethicis est in iis loquendi formis plus quam oporteat scrupulosus.[1733]

361 z_2 ¦ Ut autem notitia voluntarii et non voluntarii faciat ad poenas legum moderandas, potest multis modis ostendi. In eos, qui inviti aut coacti aliquid admiserint, non animadvertitur. Et in legibus civilibus permulti sunt tituli, qui subveniunt ignorationi aut coactioni. Ut de iis, quae fiunt metus causa, et »De dolo malo« et »De minoribus 25 annis«,[1734] etc. Insano quoque ac furore percito ignoscitur, imo furiosus, si fuerit parricida, non plectetur.[1735] Divinae leges absolvunt caesorem lignorum, qui casu et non volens alterum interfecerit, quod forte securis egressa fuerit manubrium, dabanturque civitates refugii.[1736] Plato

Voluntarii et involuntarii notitia facit ad poenas moderandas.

[1731] *Vgl. Streb. eth. 101v:* Qui tuendi sui causa vim afferentem necavit, veniam, non misericordiam impetrat.

[1732] *Graec. schol. III (Heylbut 141,5–9):* τὸ ἴσως οὐ πρὸς τὸ ἀναγκαῖον (ἀναγκαῖον γὰρ αὐτὸ διαλαβεῖν), ἀλλὰ τὸ ἴσως πρὸς τὸ πρῶτον διορίσαι (τοῦτο γὰρ λείπει), καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν μελλόντων περὶ ἀρετῆς λέγεσθαι· οὐ γὰρ ὡς ἀναγκαῖος ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος, οὕτω καὶ ἐν τῇδε τῇ τάξει· ἢ τὸ ἴσως ἀντὶ τοῦ ὁμοίως, ὥς ‹τινες ἀξιοῦσιν›. *Graec. schol. transl. III (Mercken 236,15–20):* Hoc scilicet forsitan non ad »necessarium« (necessarium enim ipsum assumere et pertractare), sed hoc ipsum forsitan ad »primum« determinare (hoc enim deficit) et ante alia dicenda de virtutibus. Non enim ut necessarius qui de ipso sermo ita et in hoc ordine. Vel hoc ipsum forsitan pro »similiter«, ut quidam dignificant.

[1733] *Vgl. Streb. eth. 101v:* Academici […] nihil affirmabant. Aristoteles imbutus ea disciplina, quanquam nonnihil affirmat, hoc tamen facit in iis praesertim, quae dubia videri possunt, ut ne plane affirmare videatur.

[1734] *Digest. 4,2–4 (Mommsen/Krueger 80–91).*

[1735] *Digest. 48,9,9 (Mommsen/Krueger 854):* Sane si per furorem aliquis parentem occiderit, impunitus erit.

[1736] *Dtn 19,5* Abisse simpliciter cum eo in silvam ad ligna caedenda et in succisione

etiam in 9. De legibus multa ostendit esse condonanda, si voluntas defuerit.[1737] Proinde legislatores et legum custodes ob poenas et praemia conferenda nosse voluntarium et involuntarium valde conducit.

1109b 35–1110a 1 *Videntur autem non voluntaria, quae vel per vim vel per imprudentiam fiunt.* [254*]

Non voluntarii definitio et partitio.

Incipit a non voluntario. Nam privatio hic reipsa videtur notior. Etenim per tenebras melius cognoscitur lux et morbus efficit magis conspicuum sanitatis bonum. Definitio haec non voluntarii constat partium eius enumeratione, unde potius partitio est quam definitio, quamvis iustae plenaeque divisiones interdum definitionis locum habeant. Et illis potissimum tunc utimur, quando id, quod partibus est commune, aliqua certa notione ac una explicari non potest. Sciendum tamen non voluntarium de iis duabus formis aut speciebus univoce dici, nam et id, quod fit per vim et per imprudentiam, est non voluntarium. Probatur autem divisionem duorum membrorum iuste esse factam, quoniam voluntarium, quod oppositum est non voluntario, duobus constat, notitia et appetitu. Primum novimus, quod expetendum est, deinde motu appetitus in illud ferimur.[1738] Alterutrum autem horum duorum potest impediri. Ignoratio tollit notitiam, vis autem impedit appetitum. Voluntario igitur duo haec merito opponuntur. Quid | autem sit vis, hoc modo definitur: est impetus vehemens, qui sustineri non possit aut aegre sustinetur.[1739] Sed mirabitur quispiam, quomodo uni duo opponantur. Voluntario quippe opponitur, quod fit per vim et quod fit per imprudentiam. Ad hoc respondetur unum revera opponi uno, spontaneo seu voluntario invitum seu non voluntarium opponi. Sed

Quid sit vis.

398 Z_1

[254*] *AG* δοκεῖ δὴ ἀκούσια εἶναι τὰ βίᾳ ἢ δι' ἄγνοιαν γινόμενα· – *AL* Videntur autem involuntaria esse que violenta vel propter ignoranciam facta.

lignorum securis fugerit manu ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit et occiderit, hic ad unam supradictarum urbium confugiet et vivet.

[1737] *Vgl. Plat. leg. IX 866d–867a (Burnet V ibid.). Auch Streb. eth. 102v verweist in diesem Zusammenhang auf Plat. leg.:* Plato nono sermone De legibus ostendit multa esse condonanda, quum voluntas defuit.

[1738] *Vgl. Thom. Aqu. eth. 3,1,5 (STO IV 161):* Ratio huius divisionis est, quia involuntarium est privatio voluntarii. Voluntarium autem importat motum appetitivae virtutis, qui praesupponit cognitionem apprehensivae virtutis, eo quod bonum apprehensum movet appetitivam virtutem.

[1739] *Vgl. Digest. 4,2,2 (Mommsen/Krueger 80):* Vis autem est maioris rei impetus, qui repelli non potest.

istud invitum seu voluntarium postea in duas partes distribuitur. Aliud enim est, quod fit per vim, aliud vero, quod fit per imprudentiam.

362 z_2 ¦ *Violentum est, cuius principium extrinsecum fuerit, cui, quod agit et patitur, nullum adiumentum affert. Quemadmodum si ventus aliquo nos asportaret vel homines, qui potestatem in nos habeant.* [255*] 1110a 1–4

Violenti principium exterius est, sic tamen ut, quod agit aut patitur, aliquid adiumenti conferat.

Ab eo declarando auspicatur, quod fit per vim. Principium, inquit, motionis eius exterius oportet esse, nam quae moventur ab interiori principio, naturaliter moventur, non violenter. Sed aliqui putant posteriorem particulam, »ita ut quod patitur aut agit«, non conferat illi principio ullum adiumentum. Dicunt enim, quando principium motus extrinsecus est, id consequitur, ut, quod agit aut patitur, non afferat illi adiumentum. Sed qui sic dicunt, falluntur. Nam ut videbimus de iactu, qui fit in magna tempestate, principium eius extrinsecum est, nimirum sunt venti, fluctus et procellae. Sed iactus non fieret, nisi etiam ipsi nautae illa, quae iacienda sunt, e navibus promerent. Et qui sub tyranno est adigiturque ad turpia facienda, suarum actionum principium habet extrinsecum, nempe iussionem tyranni, at illa non fierent, si et ipsi ad ea facienda non se accommodarent. Itaque apparet ista principium exterius habere ac nihilominus ei aliquod adiumentum conferre. Alii sunt, qui frustra putent addi »agens«. Nam si principium sit exterius motus, tum patiens si diceretur, satis esset; id enim, quod movetur, patitur, non agit. Respondemus: quae moventur violenter, potest fieri, ut ipsa quoque agant ceu instrumenta.[1740] Nam baculus a nobis motus movet lapidem. Et in aliqua turba conferta, ubi premuntur homines, cum ibi aliquis praefocatur, a circumstantibus comprimitur, ita ut illi dicantur in eum agere, quamvis agant | non sponte, sed acti ab aliis et a reliqua turba impulsi.[1741] Exempla ab Aristotele adducta ita sunt, ut unum sit animatum, quando asportamur ab hominibus, in quorum potestate sumus nolentes. Alterum est eorum, quae

An quae moventur violenter etiam ipsa agant.

399 z_1

[255*] *AG* βίαιον δὲ οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, τοιαύτη οὖσα ἐν ᾗ μηδὲν συμβάλλεται ὁ πράττων ἢ ὁ πάσχων, οἷον εἰ πνεῦμα κομίσαι ποι ἢ ἄνθρωποι κύριοι ὄντες· – *AL* Violentum autem est cuius principium extra, tale existens in quo nil confert operans vel paciens; puta si spiritus tulerit alicubi vel homines domini existentes.

[1740] *Vgl. Streb. eth. 102v–103r:* Quomodo agere dicitur is, qui nihil affert adiumenti? […] Tum videtur agere velut instrumentum, cuius principium extrinsecus est quodque, si non moveatur ab aliquo, non agat.

[1741] *Vgl. Streb. eth. 103r:* Multi in turba hominum conferta perierunt oppressi, qui interemerunt eos vi pulsi, quod minime voluere, fecerunt. Eodem tempore patiebantur et agebant.

An idem sit spontaneum et voluntarium.

animi sunt expertia, ut cum vento ferimur, quo nollemus, quod saepe navigantibus accidit. Si quaesierit quispiam, an voluntarium et spontaneum idem sit, respondebimus spontaneum latius patere quam voluntarium, quia spontaneum etiam rebus animo carentibus convenit, non autem voluntarium. Nec requiritur, ut sit principium primum motus in nobis. Nostra quippe notitia ex obiecto externo provenit, quamvis ille motus, quo sensus ab obiecto afficitur, est alterius ordinis. Principium, de quo modo loquitur Aristoteles, causa est et non quaevis, sed tantum efficiens. Et ea intelligitur, quae per se ad movendum fuerit satis.

1110a 4–11

¦ *Quae autem ob timorem maiorum malorum fiunt vel ob aliquod honestum, ut si tyrannus quippiam turpe iubeat nos facere aut parentes nostros aut filios in potestate habens, ita qui fecerint, servent, qui non fecerint, perdant, ambiguum est, an huiusmodi voluntaria sint an involuntaria. Huiusmodi quippiam usu venit de iacturis, quae fiunt in tempestatibus. Etenim simpliciter nemo est, qui sponte ac volens abiiciat sua, propter salutem vero sui ipsius ac reliquorum omnes, qui sapiant, id faciunt.* [256*] 363 Z_2

Quaestio proposita de actionibus mediis quomodo accipienda sit.

Movetur quaestio de actionibus quibusdam, quae mediae videntur, dubitatque, an voluntariae sint an involuntariae. Quaestio autem proposita potest esse aut simplex aut bimembris. Simplex est, si dixeris: quae fiunt ob timorem maiorum malorum quam ob aliquod bonum sive honestum consequendum, an sint voluntaria. Nam ἢ potest esse aut nota comparationis aut nota disiunctionis. Si comparatio est, tum referetur ad comparativum μειζόνων, et scholia Graeca | lectionem hanc indicarunt.[1742] Atque talem rem evenisse produnt Socrati, qui 400 Z_1

Z. 7 afficitur] efficitur Z_2

[256*] *AG* ὅσα δὲ διὰ φόβον μειζόνων κακῶν πράττεται ἢ διὰ καλόν τι, οἷον εἰ τύραννος προστάττοι αἰσχρόν τι πρᾶξαι κύριος ὢν γονέων καὶ τέκνων, καὶ πράξαντος μὲν σῴζοιντο μὴ πράξαντος δ' ἀποθνήσκοιεν, ἀμφισβήτησιν ἔχει πότερον ἀκούσιά ἐστιν ἢ ἑκούσια· τοιοῦτον δέ τι συμβαίνει καὶ περὶ τὰς ἐν τοῖς χειμῶσιν ἐκβολάς· ἁπλῶς μὲν γὰρ οὐδεὶς ἀποβάλλεται ἑκών, ἐπὶ σωτηρίᾳ δ' αὐτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν ἅπαντες οἱ νοῦν ἔχοντες· – *AL* Quecumque autem propter timorem maiorum malorum operata sunt vel propter bonum aliquod, puta si tyrannus precipiat turpe aliquod operari, dominus existens parentum et filiorum, et operante quidem salventur, non operante autem moriantur. Dubitacionem habet utrum involuntaria sunt vel voluntaria. Tale autem aliquid accidit et circa eas que in tempestatibus eiecciones. Simpliciter quidem nullus esset voluntarius. In salute autem sui et aliorum omnium, intellectum habentes.

[1742] *Vgl. Aspas. eth. Nic. (Heylbut 60,18f.):* ἢ τὸ λεγόμενον τοιοῦτόν ἐστιν, εἰ ἑκούσια

noluit parere triginta tyrannis, qui ab eo requisiverunt, ut civem quendam Atheniensem occideret. Quod ille noluit facere, cum tamen illi comminati essent ei se patrem eius et liberos esse occisuros. Id autem quaerebant, ut illum viderentur habere socium ac participem suorum crudelissimorum consiliorum.[1743] Posset etiam, quod mihi magis arridet, quaestio bimembris fieri, nempe an illa sint voluntaria, quae timore maiorum malorum fiunt vel ob aliquod honestum consequendum, quae alioqui non fierent. Ut mendacium, quod sua natura est turpe, si dicatur, dubium est, an sit voluntarium vel non voluntarium, cum instituitur vel ad suam ipsius vel aliorum vitam tuendam. Adulterium quoque turpe est, quod per seipsum nemo eligeret, sed ad tyrannum interficiendum si quis insinuaret se illius uxori et cum illa misceret, quo per eam paratum aditum haberet ad occidendum tyrannum, dubium est, an illud adulterium dici deberet voluntarium.[1744] Atque haec exempla sunt honestorum finium. At καλόν potest etiam utile commodumque significare. Omnesque scimus, quanta tolerent mercatores, quae ambitiosi, quae voluptuarii ut suis fruantur finibus; illa vero, quae faciunt, non tolerarent nisi propter suum commodum. Quare dubitatur, an ea sint voluntaria. Quae vero appellentur magna mala, si quis ambigat, ad e¦orum opposita se convertat videatque bona maiora esse, nempe vitam, pudicitiam, libertatem, pietatem; intelligetque magna esse mala mortem, pudicitiae violationem, servitutem, impietatem et consimilia.[1745] Quae adeo gravia sunt, ut nonnulla turpia

Quae appellentur magna mala.

364 Z_2

ὅσα διὰ φόβον μειζόνων κακῶν πράττεται μᾶλλον ἢ διὰ καλόν τι. *Vgl. auch Felic. mor. Nic. 53v:* Unde fortasse ita est intelligendum, ut dubitare Aristoteles dicatur non, an ea, quae ob honestum aliquid fiunt, spontanea fiunt, sed quae maiorum malorum timore magis quam honestatis causa aguntur. – *Zum Verhältnis der* Graeca scholia *zu Aspas. eth. Nic./Felic. mor. Nic. vgl. oben S. 8.*

[1743] *Vgl. Aspas. eth. Nic. (Heylbut 60,26–30):* ὅπερ οὐκ ἐποίησεν ὁ Σωκράτης, ἀλλὰ τῶν τριάκοντα κελευσάντων ἄγειν ἐπὶ θάνατόν τινα τῶν πολιτῶν Λέοντα ὄνομα, ἵνα δὴ μὴ κοινωνήσῃ αὐτοῖς τῶν πράξεων, καταφρονήσας καὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας καὶ τῶν τέκνων καὶ τῆς γυναικός, οὐχ ὑπηρέτησε τὸ προσταχθὲν διὰ τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον. *Vgl. auch Felic. mor. Nic. 53v–54r:* Id quod tamen Socrates facere nunquam est passus. Nam cum ei a triginta tyrannis fuisset mandatum, ut civem quendam Leonem nomine ad mortem duceret, quo scilicet consiliorum eorum particeps esse videretur, illis tum sua tum liberorum et uxoris salute postposita obtemperare nunquam voluit, ut honestatem nimirum et iustitiam inviolatam servaret. – *Zum Verhältnis der* Graeca scholia *zu Aspas. eth. Nic./Felic. mor. Nic. vgl. oben S. 8.*

[1744] *Graec. schol. III (Heylbut 142,10f.):* τὸ γὰρ ψεῦδος αἰσχρόν, ἀλλ' ἐὰν ἐπ' ὠφελεία, οὐκ αἰσχρῶς, καὶ τὸ μιγῆναι ἀλλοτρίᾳ γυναικί, ἀλλὰ εἰ ἐπὶ τυράννου καθαιρέσει, οὐκ αἰσχρῶς. *Graec. schol. transl. III (Mercken 238,71f.):* Mentiri enim turpe, sed si pro utilitate, non turpe, et misceri alienae mulieri, sed si pro tyranni ablatione, non turpe.

[1745] *Vgl. Streb. eth. 103r:* Quae sunt maiora mala? An ea, quae nobis maioribus sunt

Minora mala eligantur ad evitanda maiora.

saepius ad illa evitanda committantur. Quam foeda saepe fiant, ut mors evadatur, facile potest cognosci. Cato se occidit, ne serviret.[1746] Regulus, ne falleret fidem, ad mortem rediit Carthaginem.[1747] Virginius filiam potius occidit, quam illam violatam et servam sineret vivere.[1748] Habent et sacrae literae multa consimilia. Lotus potius obtulit constuprandas filias, quam vellet pati suis hospitibus iniuriam fieri.[1749] Filiae vicissim eius potius incestu se polluerunt cum patre, quam vellent orbem deseri.[1750] Abrahamus ad mortem evitandam Saram iussit dicere se fratrem illius esse atque illius pudicitiam periculo exposuit.[1751] Iuditha quoque ad suum populum liberandum cum periculo castitatis ad Holofernem sese conferebat.[1752] Hic non disputatur, an haec recte vel perperam facta fuerint, sed solum quae|ritur, an voluntaria vel non 401 Z_1
voluntaria dici debeant. Et est magnum discrimen sceleratorum hominum, qui se ad ista ultro facienda offerunt adulando tyrannis vel quod pravis aut turpibus operibus delectentur et illorum, qui ob probitatem non possunt adduci, ut istae committant nisi magnis gravissimisque malis propositis aut magnis praemiis. Audiasque nonnullos, qui sibi proposito aliquo magno bono dicant se cogi ad quodvis agendum pro eo consequendo. Certe dicitur etiam alia ex parte a tyrannis, qua crudelissime premunt populos ac tantum sui causa imperant, multos cogi, ut turpiter agant. Multique hodie sunt, qui a christiana veritate deficiant crudelissima vi tyrannorum coacti. Adducitur quoque simile de rerum eiectione, quae fit in navi tempestate urgente, non quod hoc ad mores quicquam faciat, sed ex rei evidentia magis potest, quod modo quaeritur, apparere.

1110a 11–19 *Mixtae igitur sunt huiusmodi actiones, accedunt vero magis ad voluntaria, nam tunc expetendae sunt, cum fiunt. Finis autem actionis ad temporis opportunitatem accommodatur et utique voluntarium ac non voluntarium tum dicendum est, cum id quispiam agit; agit autem voluntarius, qui haec agit.*

Z. 1 *Marg.* eligantur] eliguntur Z_2

contraria? Ut mors, violatio pudoris, servitus, ut liberorum, parentum, coniugis amissio.

[1746] *Plut. vit. Cat. 64–72 (Flacelière/Chambry 138–147).*

[1747] *Vgl. Cic. off. 1,39 (Miller 42):* Regulus […] ad supplicium redire maluit quam fidem hosti datam fallere.

[1748] *Liv. 3,48,5f. (Conway/Walters I ibid.).*

[1749] *Gen 19,6–8.*

[1750] *Gen 19,32–36.*

[1751] *Gen 20,1–5.*

[1752] *Jdt 11f.*

Etenim in huiusmodi actionibus principium movendi organicas partes in ipso est, qui agit, quorum autem principium in ipso est agente, agere vel non agere
365 z_2 ¦ *est in eius potestate. Voluntaria itaque sunt huiusmodi simpliciter, at forte non voluntaria, nemo enim ullas eiusmodi actiones per se deligeret.* [257*]

Actiones mixtae magis accedunt ad voluntarias.

Mixtae dicuntur eae actiones, quae commemoratae sunt. Nam qua omitti possunt et non ita sunt necessariae, ut illas omnino fieri oporteat, voluntariae videntur; qua vero eas nemo per seipsas eligeret, videntur non voluntariae. Magis tamen accedunt ad voluntariorum
402 z_1 na|turam, quia in illis est collatio quaedam malorum. Duo mala proponuntur aut cum rerum iactura pauperies aut cum illis substantiis mors praesens. Deligit voluntas minus malum et maius cupit evitare. Unde, cum voluntas in iis officio suo fungatur, non poterunt ista non dici voluntaria. Monuit deinde Aristoteles in Rhetoricis minus malum rationem boni habere atque ideo expetendum esse, cum bonum id sit, quod appetitur.[1753] Neque dubium est voluntatem esse, quae finem deligit.[1754] Finis autem harum actionum, de quibus disputamus, accommodatur ad temporis rationem. Cum enim salus non possit haberi, quam nautae optant, nisi iactis in mare facultatibus, voluntas eiectionem deligit. Est igitur tempus in hac tota re considerandum, non quidem praeteritum aut futurum, quia nemo ante illum casum haec eligeret et postea, cum evaserunt, nautae dolent et illas eiectiones factas aegre ferunt. At res iudicari debet iuxta tempus praesens, dum fit. Proinde cum ibi sit electio resque vocetur in deliberationem et principium agendi sit in agente, qui potest agere ac non agere, illa dicenda sunt voluntaria. Non possumus de actione iudicare in universum, sed

[257*] *AG* μικταὶ μὲν οὖν εἰσιν αἱ τοιαῦται πράξεις, ἐοίκασι δὲ μᾶλλον ἑκουσίοις· αἱρεταὶ γάρ εἰσι τότε ὅτε πράττονται, τὸ δὲ τέλος τῆς πράξεως κατὰ τὸν καιρόν ἐστιν· καὶ τὸ ἑκούσιον δὴ καὶ τὸ ἀκούσιον, ὅτε πράττει, λεκτέον· πράττει δὲ ἑκών· καὶ γὰρ ἡ ἀρχὴ τοῦ κινεῖν τὰ ὀργανικὰ μέρη ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσιν ἐν αὐτῷ ἐστίν· ὧν δ' ἐν αὐτῷ ἡ ἀρχή, ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ πράττειν καὶ μή· ἑκούσια δὴ τὰ τοιαῦτα, ἁπλῶς δ' ἴσως ἀκούσια· οὐδεὶς γὰρ ἂν ἕλοιτο καθ' αὑτὸ τῶν τοιούτων οὐδέν· – *AL* Mixte quidem igitur sunt tales operaciones. Assimulantur autem magis voluntariis. Voluntarie enim sunt, tunc cum operate sunt. Finis autem operacionis secundum tempus est, et voluntarium autem et involuntarium quando operatur dicendum; operatur autem volens; et enim principium movendi organicas partes in talibus operacionibus in ipso est. Quorum autem in ipso principium, in ipso et operari, et non. Voluntaria itaque talia. Simpliciter autem forsitan involuntaria. Nullus enim utique eligeret secundum se ipsum talium aliquid.

[1753] *Arist. rhet. 1,10, 1369b 23–25 (Ross 46):* τίθημι γὰρ καὶ τὴν τῶν κακῶν ἢ φαινομένων κακῶν ἢ ἀπαλλαγὴν ἢ ἀντὶ μείζονος ἐλάττονος μετάληψιν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς.

[1754] *Arist. eth. Nic. 3,2, 1111b 26 (Bywater 45):* ἡ μὲν βούλησις τοῦ τέλους ἐστὶ μᾶλλον.

Quare actiones mixtae non simpliciter dicantur voluntariae.

ad circumstantiam temporis est respiciendum. Simpliciter dicuntur attamen ista non voluntaria, quoniam per se ipsa nemo illa expeteret. Sed tamen cum simpliciter non considerantur, sed in isto casu sunt expetenda et illi, qui ea expetit, non deest notitia, scit enim quid agat et voluntas vel appetitus haec deligens adest, ideo sunt voluntariae actiones. Nam omnia debent iudicari, ut acta sunt; acta autem non possunt esse nisi certo tempore; unde pro illo sunt iudicandae. Non autem ut ratione apprehenduntur. Sic enim non sunt voluntariae, nam, dum simpliciter considerantur, a tempore absolvuntur. Atque hoc est, quod Aristoteles intelligit, cum inquit *simpliciter* aut *fortassis non voluntaria*. Simpliciter hic est res absolute considerata. Neque dubitandum est hic intervenire voluntatis assensum, non enim fierent, nisi voluntas assentiretur. Verum quidem est neminem illa velle propter seipsa, sed propter aliud; at istud non efficit, quin sint voluntaria. Si violenta essent, ¦ agens non inferret aliquam vim, at principium agendi 366 Z_2 et assentiendi est in ipso agente, ut Aristoteles monuit. Cum haec relative dicantur et referantur ad voluntatem, non simpliciter iudicanda sunt, verum pro respectu, quem ad voluntatem habent. Unde cum voluntas in iis (ut declaratum est) locum habeat, voluntaria sunt dicenda.

1110a 19–23

| *In eiusmodi autem actionibus quandoque et laudantur homines cum turpe quippiam aut molestum toleraverint pro magnis rebus et bonis consequendis, sin e diverso, vituperantur. Turpissima quippe ferre pro nullo bono aut mediocri pravum est.* [258*] 403 Z_1

Actiones mixtae sunt voluntariae, quia ob has laudamur aut vituperamur.

Duabus rationibus hactenus probatum est mixtas has actiones voluntarias esse. Prima, quod aestimari debeant ex natura temporis praesentis quo fiunt. Altera, quoniam sunt in potestate facientis. Nisi enim voluntas organicas partes moverit, non utique fierent. Tertia modo ratio instituitur a laude et vituperio: quia homines interdum laudantur, interdum vituperantur foeda et turpia ista patiendo, apparet id esse voluntarium. Non enim sequitur laus et vituperium nisi ad voluntaria.

Z. 31 sequitur] loquitur Z_2

[258*] *AG* ἐπὶ ταῖς πράξεσι δὲ ταῖς τοιαύταις ἐνίοτε καὶ ἐπαινοῦνται, ὅταν αἰσχρόν τι ἢ λυπηρὸν ὑπομένωσιν ἀντὶ μεγάλων καὶ καλῶν· ἂν δ' ἀνάπαλιν, ψέγονται· τὰ γὰρ αἴσχιστ' ὑπομεῖναι ἐπὶ μηδενὶ καλῷ ἢ μετρίῳ φαύλου· – *AL* In operacionibus autem talibus quandoque et laudantur, quando turpe aliquid vel triste sustinent pro magnis et bonis. Cum autem e converso, vituperantur. Turpissima enim suffere pro nullo bono vel modico, pravi.

Ait *interdum*, quia non semper, ut videbimus. Nam aliquando non laus istis datur, sed venia conceditur. *Sin e diverso*, inquit, *vituperantur*. Illud »e diverso« duo significat. Aut non volunt homines tolerare foeda pro magnis et honestissimis rebus; aut ferunt quidem talia, sed pro levibus et indignis causis, in iis inquam reprehenduntur. Alterius autem istorum duorum tantum meminit Aristoteles, alterum tacet. Ista magna bona et honesta, propter quae patienda sunt molesta et dura, censentur ab interpretibus patria, parentes, liberi, uxor, iustitia et consimilia. Zopyrus Persa, ut refert Herodotus[1755], truncavit sibi nares, aures, labra, ut Babyloniorum urbem proderet suo Dario.[1756] Ulysses, ut ab Homero dicitur, suum corpus passus est verberari ac foedari vibicibus, aptavitque sibi sordidas vestes, illoque habitu quasi transfuga esset servus ad Troianos se contulit, et urbem ingressus illam exploravit.[1757] Dolonem[1758] e diverso vituperant omnes, quod, ne tormenta ulla cogeretur pati, arcana suorum prodidit.[1759] Sed notandum, turpia cum dicitur interdum patienda, id non debet ad scelera referri vel crimina, non enim ea committenda sunt pro quavis utilitate vel honestate.[1760] Sed tantum illa dicuntur interdum ferenda, quae aliquam habeant molestiam et foeditatem. Ut si magistratus iubeatur instar servorum per ¦ publicas plateas currere aut stola muliebri publice uti. Haec si maxima honestas et commoditas iustissima proponatur, facere non

Propter quae bona patiendae sint res durae.

Quae nam turpia patienda sint ob magnum bonum.

367 Z_2

Z. 20 publicas] blicas Z_2, *mit Reklamant S. 366* publi-

[1755] *Herodot (ca. 485–424 v. Chr.) aus Halikarnassos, Verfasser der »Historien«, eines Geschichtswerks über die Jahre um 700 bis 479 v. Chr. mit besonderem Fokus auf die Geschichte der Perserkriege. Herodot wird von Cicero (Cic. leg. 1,1,5) als »Vater der Geschichtsschreibung« bezeichnet. – NP V 469–475; GGL I/2 550–673.*

[1756] *Her. hist. 3,154 (Dietsch I 314). Vgl. Graec. schol. III (Heylbut 142,4f.):* Ὡς Ζώπυρος ‹ὁ Πέρσης τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα αὐτοῦ ἀποτεμὼν νίκης χάριν τῶν οἰκείων›. *Graec. schol. transl. III (Mercken 238,64f.):* Ut Zopyrus Persis, nares et aures suas abscindens victoriae gratia familiarium. – *Dareios I. (gest. 486 v. Chr.), ab 522 v. Chr. Großkönig des persischen Achämenidenreichs, vgl. NP III 322f. – Zum persischen Adligen Zopyros vgl. NP XII/2 834f.*

[1757] *Hom. Odyss. 4,244–246 (Ludwich I 76):* αὐτόν μιν πληγῇσιν ἀεικελίῃσι δαμάσσας, σπεῖρα κάκ' ἀμφ' ὤμοισι βαλών, οἰκῆϊ ἐοικώς, ἀνδρῶν δυσμενέων κατέδυ πόλιν εὐρυάγυιαν. *Vgl. Graec. schol. III (Heylbut 142,5f.):* Ὀδυσσεὺς πληγῇσιν ἑαυτὸν ἀεικελίῃσιν δαμάσας οἰκῆι ἐοικώς, ὡς γελᾶσθαι τοῖς μνηστῆσι. *Graec. schol. transl. III (Mercken 238,65–67):* Odysseus […] plagis indecentibus se ipsum edomans, uxori assimulari fingens, ut derideat ducturis eam.

[1758] *Dolon, Gestalt der griechischen Mythologie, Sohn des Herolds Eumedes. – NP III 734f.*

[1759] *Hom. Il. 10,413–445 (Ludwich I 419–421). Vgl. Graec. schol. III (Heylbut 142,6f.):* ψέγεται δὲ Δόλων φόβῳ τοὺς οἰκείους προδούς. *Graec. schol. transl. III (Mercken 238,67):* Vituperatur autem Dolon, timore proprios tradens.

[1760] *Vgl. Streb. eth. 104r:* Non sunt igitur admittenda mala causa bonorum. *Vgl. auch Röm 3,8.*

detrectabit. Oportet ergo maxima esse, quorum gratia ista fiunt, si quis inde velit laudem reportare. Non mihi probantur scholiorum exempla. Nam turpia haec ferenda cum declarant, mendacium proponunt dicendum aut consuescendum cum uxore | tyranni, ut maritus eius occidatur.[1761] Ista enim vitiosa sunt neque de iis (ut dixi) Aristoteles loquitur. Neque talia possunt laudari, cum in primo libro habuerimus virtutibus convenire laudationes et vitiis vituperationes. Aliqui reperiuntur adeo abiecti animi et viles, ut merito vituperari debeant, cum pro iusto et honesto nil omnino pati velint. Ita vituperantur milites, qui deserunt stationem quique dedunt non coacti arces et munitiones. Vituperantur et illi, qui, ne cogantur solvere aliquam pecuniarum summam, quidvis parati sunt facere. 404 Z_1

1110a 23–29 *In quibusdam autem rebus non laus sed venia datur, quando propter ea quis fecerit, quae non decet, et ea sunt, quae naturam humanam vincunt, neque illa facile quis ferret. Ad quaedam vero fortasse non licet pati se cogi, sed magis moriendum est gravissima patiendo, nam ridicula videntur esse, quae Alcmaeonem Euripidis coegerunt matrem interimere.* [259*]

Tolerantiam non semper laus sequitur.

Nunc apparet evidenter, cum superius dixerit, *interdum* laudem sequi tolerantiam molestissimarum rerum, quia id non est perpetuum; aliquando enim illis, qui turpia ferunt, neque laus neque vituperatio ex eo accidit, sed venia datur. Id autem fit, quando illa comminantur tyranni aut subeunda sunt, nisi turpia perferamus, quae vim naturae humanae superant. Ibi Aristoteles inquit veniam damus. Proponitur hominibus, ut adurantur, secentur, ubi si succumbant vel arcana revelando vel aliquid turpe patiendo vel agendo, venia datur. Et quidam iis casibus

Z. 2 scholiorum] scholiarum Z_2 18 cum] cur Z_2 24 secentur] secenter Z_2

[259*] *AG* ἐπ᾽ ἐνίοις δ᾽ ἔπαινος μὲν οὐ γίνεται, συγγνώμη δ᾽, ὅταν διὰ τοιαῦτα πράξῃ τις ἃ μὴ δεῖ, ἃ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερτείνει καὶ μηδεὶς ἂν ὑπομείναι· ἔνια δ᾽ ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθανετέον παθόντι τὰ δεινότατα· καὶ γὰρ τὸν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι· – *AL* In aliquibus autem laus quidem non fit, venia autem quandoque propter hoc operatur aliquis que non oportet, que humanam naturam excedunt, et nullus utique sustineret. Quedam autem fortassis non est cogi, set magis moriendum pacientem durissima. Et enim Eucipedis Almeona derisoria videntur cogencia matrem occidere.

[1761] *Graec. schol. III (Heylbut 142,10f.):* τὸ γὰρ ψεῦδος αἰσχρόν, ἀλλ᾽ ἐὰν ἐπ᾽ ὠφελεία, οὐκ αἰσχρῶς, καὶ τὸ μιγῆναι ἀλλοτρίᾳ γυναικί, ἀλλὰ εἰ ἐπὶ τυράννου καθαιρέσει, οὐκ αἰσχρῶς. *Graec. schol. transl. III (Mercken 238,71–73):* Mentiri enim turpe, sed si pro utilitate non turpe, et misceri alienae mulieri, sed si pro tyranni ablatione, non turpe.

putant licere mentiri.[1762] Addit Aristoteles nihilominus quaedam esse, ad quae nullus debeat sinere se cogi. Potius quaevis pati debet et dum succumbit, illi non dabitur venia nec excusabitur. Unde sapiunt nostri martyres, qui potius quaevis pati decreverunt, quam a pietate discedere. Exemplum sumitur ex tragoedia Euripidis.[1763] Etenim Alc¦maeoni[1764] venia non est data, quod parricidium admiserit, cum levi aut potius ridicula causa fuerit ad tantum scelus adductus. Cum istae actiones, de quibus agimus (ut dictum est), mixtae sint ex involuntario et voluntario, cum voluntarium dominatur, aut laus aut vituperium illas consequitur; at si non voluntarium superet videaturque invitus fecisse, datur venia. Quae | enim mixta sunt, ex duobus ita sunt comparata, ut alterutrum eorum, ex quibus componuntur, superet aut vincat. Recte autem excepit Aristoteles gravia scelera, quibus venia non detur. Nam quis ignoscat ei, qui condemnet innocentem, qui homicidium committat, adulterium, proditionem patriae, pietatis abnegationem ob tormentorum asperitatem? Ista nullo pacto excusari possunt aut debent. Anaxarchus[1765], ne tyranno gratificaretur, cum in mortario tunderetur pistillis ferreis, aiebat: »Fortiter tunde, tunde saccum Anaxarchi«;[1766] tantum aberat, ut voluntatem mutaret aut tormentis succumberet. Et Zeno inter tormenta sibi linguam praecidit, ne vi doloris cogeretur prodere coniuratos.[1767]

368 Z_2 405 Z_1

Ad quaedam nemo se cogi patiatur.

Quomodo iudicandum de actionibus mixtis.

De Alcmaeone autem res ita se habet. Amphiaraus vates erat, uxorem autem habuit Eriphilem, ex qua filium Alcmaeonem susceperat.[1768]

Alcmaeon.

Z. 6 admiserit] admiserat Z_2 18 tunde saccum] saccum Z_2

[1762] *Vgl. Streb. eth. 105r:* Veniam impetrant ii, qui tulerunt aliquid turpe, ut eiusmodi mala vitarent, quae naturam superent humanam et quae nemo sustineat, ut qui leviter est mentitus, ut mortem gravissimam fugeret.

[1763] *Alkmaion war Protagonist zweier Tragödien des Euripides (»Alkmaion in Korinth«, »Alkmaion in Psophis«), die beide verschollen sind, vgl. GGL I/3 351f., 656f.*

[1764] *Alkmaion, Gestalt der griechischen Mythologie, Sohn des Sehers Amphiaraos und der Eriphyle. Um seinen Vater zu rächen, ermordete er seine Mutter. – NP I 507f.*

[1765] *Anaxarchos (um 380–320 v. Chr.), demokritischer Philosoph, begleitete Alexander den Großen auf dessen Zug in den Orient. Nach Alexanders Tod ließ ihn Nikokreon, der Tyrann von Salamis, verhaften und in einem Mörser zerstampfen. – NP I 670; DPhA I 188–191.*

[1766] *Tert. apol. 50,6 (CCSL I 170,27–29):* Anaxarchus cum in exemplum ptisanae pilo contunderetur: »Tunde, tunde, aiebat, Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis«.

[1767] *Graec. schol. III (Heylbut 143,2f.):* Ζήνωνι τῷ τὴν γλῶσσαν ἀποφαγόντι καὶ ἀποπτύσαντι καὶ τὰ ἀπόρρητα μὴ ἐξειπόντι. *Graec. schol. transl. III (Mercken 241,35f.):* […] Zenoni linguam morsu rescindenti et expuenti et ineffabilia non narranti.

[1768] *Zu den genannten Gestalten der griechischen Mythologie vgl. NP I 609 (Amphiaraos); PRE¹ VI/1 460–463 (Eriphyle); NP I 507f. (Alkmaion).*

Expeditionem Polynices[1769] adversus Thebas instituebat. Praevidit Amphiaraus fore, si eo accessisset, ut periret, ideoque latebat. Sola uxor eius conscia fuit latibuli, quo se celabat, sed adducta munere torquis aurei maritum prodidit et in castra ire cum rege coactus est. Id adeo aegre tulit, ut iusserit filio: »Cum exitium meum audiveris, matrem interficito, alioqui pessimis et crudelissimis diris te devoveo.« Patris audita morte Alcmaeon matrem occidit, patris diras et execrationes metuens.[1770] Aristoteles pro levi ac ridicula istam causam habet. Ovidius Alcmaeonem pium et impium vocat, pium in patrem, impium in matrem.[1771] Sunt itaque quatuor genera hominum, quae Aristoteles proponit. Unum est eorum, qui gravia ferendo laudantur; secundum eorum, qui vituperantur; tertium eorum, qui veniam consequuntur; quartum eorum, qui nec veniam consequuntur.[1772]

1110a 29–1110b 1 *Est difficile interdum iudicare, qualia pro qualibus expetenda sint et quid pro quo tolerandum. At id est difficilius in iis, quae decreta fuerint permanere. Etenim, quae expectantur, sunt plerunque tristia, turpia vero, quae urgent. Unde laudes et vitupera¦tiones illis eveniunt, qui vel cogi vel non cogi potuerunt.* [260*] 369 Z_2

In ferendis aut non ferendis rebus molestis aut turpibus honesta de causa duo tradit occurrere difficilia. Primum ad facultatem iudi|candi attinet, quod saepe ignoremus, quae ferri debeant alicuius rei gratia, an aliquid in bonis animis tolerandum sit, an in corpore, an in fortunis et adhuc qualia ferre qualiave non ferre debeamus. 406 Z_1

Z. 4 prodidit] prodit Z_2

[260*] *AG* ἔστι δὲ χαλεπὸν ἐνίοτε διακρῖναι ποῖον ἀντὶ ποίου αἱρετέον καὶ τί ἀντὶ τίνος ὑπομενετέον, ἔτι δὲ χαλεπώτερον ἐμμεῖναι τοῖς γνωσθεῖσιν· ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολύ ἐστι τὰ μὲν προσδοκώμενα λυπηρά, ἃ δ' ἀναγκάζονται αἰσχρά, ὅθεν ἔπαινοι καὶ ψόγοι γίνονται περὶ τοὺς ἀναγκασθέντας ἢ μή· – *AL* Est autem difficile quandoque iudicare quale pro quali eligendum, et quid pro quo sustinendum. Adhuc autem difficilius inmorari cognitis; ut enim in multum est, que quidem expectantur, tristia, que autem coguntur, turpia. Unde laudes et vituperia fiunt circa coactos vel non.

[1769] *Polyneikes, in der griechischen Mythologie Sohn des Ödipus. – NP X 73f.*

[1770] *Vgl. Hyg. fab. 73 (Marshall 73). Streb. eth. 105v.*

[1771] *Ov. met. 9,408 (Anderson 216):* Natus erit facto pius et sceleratus eodem. *Vgl. Streb. eth. 105v:* Pium vocat [Ovidius], qui patrem sit ultus, sceleratum, qui interfecerit matrem.

[1772] *Vgl. Streb. eth. 105r:* Statuit hominum quatuor genera. Unum, quod laudetur […]; alterum, quod vituperetur […]; aliud, quod non laudetur, sed veniam impetret; quartum, quod neque laudetur neque veniam mereatur.

Quomodo dubitetur, quid ferendum sit.

Interdum recte ait, quoniam aliquando ista difficultas non occurrit. Omnes enim norunt scelera non esse ulla de causa ferenda. At dubitavit Achilles, an potius debuerit optare vitam longaevam, sed ingloriam domi latitando, an potius gloriam illustrem una cum vita brevi certando ad Troiam.[1773] Dubitabit etiam filius, an tacere debeat, an prodere patrem, quem noverit patriam expilare, in aerarium penetrare vel per cuniculos et inde furari publicam pecuniam.[1774] Dubitabit etiam David, an illum oporteat simulare se fatuum, an potius ferre, ut a rege barbaro trucidetur.[1775] Causa dubii animi est, quia tristia comparanda sunt cum turpibus,[1776] neque inter ista facile omnibus est iudicare aut discernere. Et virtus in rebus difficilibus sita est. Ideo hinc sunt laudes aut, si ad vitium a virtute deflexerimus, vituperationes. Auget hic difficultatem varietas circumstantiarum, quae facit, ut certas regulas non queamus in iis habere. Aliud genus difficultatis ex infirmitate virium oritur, non iudicii. Nam cum sumus extra periculum aut dolorem, videmus, quid sit eligendum, et recte saepe decernimus. At cum venitur ad doloris, poenarum atque tormentorum sensum ac experientiam, non manemus in sententia. Unde etiam fit, ut, cum valemus, recta consilia aegrotis damus, at nobis ipsis aegrotantibus non recte consulimus.[1777] Et illi vehementer laudandi sunt, qui sanis decretis et in bona sententia steterint, et e diverso, qui a sana defecerint sententia, vituperantur. Themistocles[1778] mirifice commendatur, qui potius mori

Z. 15 cum] quum Z_2 16 cum] quum Z_2 19 damus] demus Z_2

[1773] *Hom. Il. 9,412–416 (Ludwich I 373):* εἰ μέν κ' αὖθι μένων Τρώων πόλιν ἀμφιμάχωμαι, ὤλετο μέν μοι νόστος, ἀτὰρ κλέος ἄφθιτον ἔσται· εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν, ὤλετό μοι κλέος ἐσθλόν, ἐπὶ δηρὸν δέ μοι αἰὼν ἔσσεται, οὐδέ κέ μ' ὦκα τέλος θανάτοιο κιχείη. *Vgl. Graec. schol. III (Heylbut 143,4f.):* καὶ Ἀχιλλεῖ πότερον παραμενετέον ἐν τῇ πατρίδι σωζόμενον ἢ πολεμοῦντα τοῖς Τρωσὶ θανεῖν καὶ κλέος ἄφθιτον ἔξειν. *Graec. schol. transl. III (Mercken 242,44–46):* […] et Achilli utrum rursus sustinendum in patria salvatum vel pugnantem cum Troianis mori et gloriam incorruptibilem habebit.

[1774] *Vgl. Streb. eth. 106r:* Si pater fana expilet, cuniculos agat in aerarium, indicetne id magistratibus filius?

[1775] *1Sam 21,13f.* Extimuit [David] valde a facie Achis regis Geth et inmutavit os suum coram eis et conlabebatur inter manus eorum et inpingebat in ostia portae defluebantque salivae eius in barbam.

[1776] *Vgl. Streb. eth. 106r:* Pugnant interdum turpia cum tristibus, foeda cum molestis.

[1777] *Vgl. Streb. eth. 106r:* Hisce de rebus iudicare facile non est. Facilius tamen, quam, quod decretum fuerit, in eo permanere. Nam facile omnes, quum valemus, recta consilia aegrotis damus. Tu si hic sis, aliter sentias.

[1778] *Themistokles (um 525–459 v. Chr.), athenischer Politiker und Feldherr, der in der Seeschlacht von Salamis 480 v. Chr. die Perser besiegte. – NP XII/1 306f.*

voluerit, quam patriae suae arma inferre.[1779] At illi maxima e contra vituperatione sunt digni, qui potius abnegare pietatem voluerint, quam vel tormenta vel mortem perferre.

1110b 1–9 *Qualia vero ea sunt, quae dicuntur violenta? An simpliciter quae causam extrinsecam habuerint et is, qui agit, nihil adiuvat? Quae autem per seipsa quidem non voluntaria sunt, nunc vero prae quibusdam ex¦petenda et principium est in agente, magis accedunt ad voluntaria, siqui|dem actiones sunt circa singula. Et haec sunt voluntaria. Qualia autem pro qualibus expetenda sint, non est facile tradere, quoniam in singulis rebus plurimae sunt differentiae.* [261*] 370 Z_2 407 Z_1

Nil hoc loco novi affertur, sed epilogo quodam perspicuo, quae hactenus tradita sunt, commemorantur. Nempe illa esse non voluntaria simpliciter, quae principium extrinsecum habent, et id, quod agit, nullo est ei adiumento. Sed alia sunt non voluntaria per se quidem, at nunc et pro isto momento temporis, quo aguntur, prae quibusdam rebus durioribus expetuntur. Quin et principium earum actionum est in agente, magis accedunt ad voluntaria. Cum dicuntur *per se non voluntaria*, per se nil aliud est, quam si naturaliter consideretur citra suas circumstantias. At in actionibus huiusmodi cogitatio est propemodum vana, cum actiones circa singula sint; at in singulis nostris actionibus, dum aguntur, intrinsecum voluntatis principium deprehenditur esse in nobis. Unde concluditur istas actiones ad voluntariorum naturam accedere. Distinctio quaedam non voluntariorum ex iis verbis elicitur,

Z. 1 suae] sua Z_2 14 est ei] ei est Z_2 18 consideretur] considerentur Z_2

[261*] *AG* τὰ δὴ ποῖα φατέον βίαια; ἢ ἁπλῶς μέν, ὁπότ' ἂν ἡ αἰτία ἐν τοῖς ἐκτὸς ᾖ καὶ ὁ πράττων μηδὲν συμβάλληται; ἃ δὲ καθ' αὑτὰ μὲν ἀκούσιά ἐστι, νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε αἱρετά, καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ πράττοντι, καθ' αὑτὰ μὲν ἀκούσιά ἐστι, νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε ἑκούσια· μᾶλλον δ' ἔοικεν ἑκουσίοις· αἱ γὰρ πράξεις ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, ταῦτα δ' ἑκούσια· ποῖα δ' ἀντὶ ποίων αἱρετέον, οὐ ῥᾴδιον ἀποδοῦναι· πολλαὶ γὰρ διαφοραί εἰσιν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα· – *AL* Qualia utique dicendum violenta, vel simpliciter quidem quando causa in hiis que exterius est. Et qui operatur nichil confert. Que autem secundum se ipsa quidem involuntaria sunt. Nunc autem pro hiis voluntaria; quorum autem et principium in operante, secundum se ipsa quidem involuntaria sunt, nunc autem et pro hiis voluntaria. Magis autem assimulantur voluntariis. Operaciones enim in singularibus, hec autem voluntaria. Qualia autem pro qualibus eligendum, non facile tradere. Multe enim differencie sunt in singularibus.

[1779] *Plut. vit. Themist. 31,4–7 (Flacelière/Chambry 138f.). Vgl. Streb. eth. 106r:* Quapropter in honore sunt, qui tristia quam turpia ferre maluerunt, ut Themistocles interire, quam arma sumere in patriam.

nam quaedam dicuntur non voluntaria, quod simpliciter huiusmodi sint, alia vero, quod per se ac generaliter considerata sint non voluntaria, sed quo ad praesens tempus expetuntur. Et haec revera dicenda sunt voluntaria, licet nonnihil habeant non voluntarii. Non voluntariorum distinctio.

Si quis vero dixerit iucunda et bona violenta esse, quod extrinseca sint et quadam necessitate urgeant, omnia hoc pacto erunt isti violenta, nam horum gratia omnes omnia faciunt. Licet, qui vi et inviti, aegre faciant; qui autem ob iucunditatem mala committunt, cum voluptate. Est vero admodum ridiculum accusare, quae sunt extrinsecus et non seipsum, qui se facile ab iis capi sinat et honestarum quidem actionum seipsum faciat authorem, turpium vero causam in iucunda reiiciat. [262*] 1110b 9–17

371 Z_2 408 Z_1 ¦ Duo genera involuntariorum hactenus enumeraverat, nunc illorum opinionem explodit, qui adhuc tertium genus faciebant non | voluntariorum. Aiebant enim actiones pravas, quas committimus ob voluptatem vel utilitatem assequendam, esse violentas et illas tantum actiones faciebant voluntarias, quae rationi recte consentientes essent. Rationibus istis confutantur. Prima, quia tunc omnes nostrae actiones essent violentae, nam quicquid agimus, propter ista facimus, nimirum iucunditatem et utilitatem. Secunda ratio, quia violentum cum dolore ac tristitia est coniunctum, at illi, qui agunt ob voluptatem, laeti agunt, non tristes. Quare apparet tales actiones non esse violentas. Tertia ratio, quia tunc omnis pravus excusaret suas pravas actiones culpam in res externas transferens, nimirum in iucunda et utilia, a quibus se coactum diceret, quod est ridiculum. Quarta ratio, non est maior ratio, cur honestarum actionum faciant isti se authores et turpium res iucundas aut commodas, quia tam istarum quam illarum in seipsis princi- An sint involuntaria, quae voluptatis aut utilitatis causa fiunt.

Z. 3–4 sed ... voluntaria] *om.* Z_2 5 extrinseca] intrinseca Z_2 10 seipsum] ipsum Z_2 19–20 cum dolore ac] cum Z_2 24 non est] non Z_2

[262*] *AG* εἰ δέ τις τὰ ἡδέα καὶ τὰ καλὰ φαίη βίαια εἶναι (ἀναγκάζειν γὰρ ἔξω ὄντα), πάντα ἂν εἴη αὐτῷ βίαια· τούτων γὰρ χάριν πάντες πάντα πράττουσιν· καὶ οἱ μὲν βίᾳ καὶ ἄκοντες λυπηρῶς, οἱ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ καὶ καλὸν μεθ' ἡδονῆς· γελοῖον δὲ τὸ αἰτιᾶσθαι τὰ ἐκτός, ἀλλὰ μὴ αὑτὸν εὐθήρατον ὄντα ὑπὸ τῶν τοιούτων, καὶ τῶν μὲν καλῶν ἑαυτόν, τῶν δ' αἰσχρῶν τὰ ἡδέα· ἔοικε δὴ τὸ βίαιον εἶναι οὗ ἔξωθεν ἡ ἀρχή, μηδὲν συμβαλλομένου τοῦ βιασθέντος· – *AL* Si quis autem delectabilia et bona dicat violenta esse. Cogunt enim exterius existencia. Omnia utique sic erunt violenta. Horum enim gracia omnes omnia operantur. Et qui quidem vi et nolentes cum tristicia, qui autem propter bonum, cum delectacione. Ridiculum autem causari que exterius, set non ipsum bene venabilem existentem a talibus. Et bonorum quidem se ipsum, turpium autem delectabilia. Videtur utique violentum esse cuius extrinsecus principium, nichil conferente vim passo.

pium habent. Notandum aliquos textus habere: »Si quis dixerit iucunda et mala violenta esse«, ita ut non legatur καλά sed κακά.[1780] Atque tunc sensus erit: si quis dixerit violenta esse, quae agimus, ut iucunditatem consequamur vel ut molesta seu mala effugiamus, illi profecto omnia humana violenta erunt, quoniam omnes agunt omnia propter ista duo, nimirum ut aliquam voluptatem assequantur utque fugiant et vitent incommoda. Sed cum vulgata lectio καλά obtineat, non videntur mutanda temere, praesertim cum illa idem significetur ac exprimatur, quod altera tradit. Evitare quippe molesta et incommoda est utile atque inter τὰ καλά debet censeri. Ad summam, si vera esset istorum sententia, nulla essent hominum peccata seu scelera, quae non possent inviti seu violenti praetextu excusari. Ratio est allata, quoniam omnes agunt ob istas causas, nempe iucunditatis et utilitatis. Quod utique verum est, si etiam sub voce καλά, honesta comprehendas. Nam multi sunt, qui multa honestatis causa faciunt. At dices: adversarii non ita illud vocabulum usurparunt, ut notarint illo solum voluptuosa et utilia. Scio. Sed hoc Aristoteles arguit et illos ait ridiculos, qui potius velint res iucundas et utiles accusare quam seipsos, qui se tam faciles captu istis rebus exhibent. Haec est illorum iusta reprehensio, quod se tam facile ab iis rebus capi sinant et a iustis actionibus avocari. Quid oportet sibiipsis attribuere honesta et turpia rebus externis adscribere, cum et illa sint in potestate nostra? Quemadmodum apparet in hominibus | temperatis et continentibus, qui ab istis facile sibi temperant. Et adhaec mirum est, quare non eadem ratione dicant se ab honestis rebus ¦ cogi, cum illas deligunt, cum et ipsae sint non minus externae quam voluptates et utilia. Certe si nobis iure adscribimus honesta, turpia quoque ad nos pertinebunt. Nam contraria et ad idem genus pertinent[1781] eademque regula sunt metienda. Videntur ista in Platonem dici. Nam is in Memnone dicit bonos non effici bonos natura,[1782] ac si diceret: voluntate fiunt boni et electione. E diverso autem de malis in 9. De legibus dixit eos omnes quo ad omnia esse pravos, sed invitos.[1783] Sed Aristoteles hoc loco affirmat tam bonos quam malos

409 Z_1

372 Z_2

Z. 7 cum] quum Z_2 7–8 videntur] videtur Z_2 8 cum] quum Z_2 22 cum] quum Z_2

[1780] *Vgl. Streb. eth. 106v:* Sunt qui non leguntur iucunda et honesta, sed iucunda et molesta.

[1781] *Arist. met. 5,10, 1018a 25–28 (Jaeger 101):* ἐναντία λέγεται […] τὰ πλεῖστον διαφέροντα τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει.

[1782] *Plat. Men. 89b-c (Burnet III ibid.):* οὐ φύσει οἱ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ γίγνονται.

[1783] *Plat. leg. IX 860d (Burnet V ibid.):* οἱ κακοὶ πάντες εἰς πάντα εἰσὶν ἄκοντες κακοί. *Auf diese beiden Stellen aus Plat. Men. und Plat. leg. verweist auch Streb. eth. 107r.*

sponte ac voluntariis actionibus fieri. Sunt enim tam probitatis quam malitiae principia moventia extrinseca, res nimirum, quae sese nostrae intelligentiae offerunt, sed in utrisque cum fiunt, a nobis eligentibus ac decernentibus auxilium adiumentumque praestatur.

‹III,2› *Quicquid per ignorationem agitur, non est voluntarium. Quod autem est invitum, molestum est et affectum poenitendi excitat. Qui enim per ignorantiam quippiam facit neque suam postea aegre fert actionem, volens non facit, quod prius non noverat, et cum tristitia non afficiatur, non dicetur invitus fecisse. Per ignorantiam alius agit cum poenitentia et invitus fecisse videtur; alius vero cum fecerit, ipsum non poenitet, qui quoniam a priori diversus est, ideo non volens aut non voluntarius dicatur. Quia enim illo differt, praestat, ut proprium nomen habeat.* [263*] 1110b 18–24

Haec huius capitis est altera pars, in qua cum egerit de non voluntario, quod per vim fit, nunc de non voluntario scribit, quod ab ignorantibus prodit. Et primum ab eo, quod fit per ignorantiam, aufert voluntarium. Nihil enim, quod ab ignorante fiat, potest dici voluntarium, quando id cognitionem eius, quod agitur, exigit. Sed pro|ponit distinctionem quandam eorum, qui agunt quippiam ignorantes. Nam quidam eorum, cum resciverint postea, quid egerint, eos poenitet; alios vero minime poenitet, sed potius ratum habent, quod actum fuerit. Duo ista ignorantium genera, quia inter sese multum differunt, diversas formas aut species ignorationis consti¦tuunt, et quia re distant a se invicem, convenit etiam, ut diverso nomine appellentur. Ille itaque, quem poenitet, postquam rescivit errorem, dicetur ἄκων, id est invitus. Is vero, quem minime poenitet, dicetur fecisse non volens, nomen quippe generis retinebit, ut sit non voluntarius. Ab initio nostrae actiones divisae sunt, quod aliquae sint voluntariae, aliquae non voluntariae. A non

Ignorantium duo genera.

410 Z_1 373 Z_2

Z. 7 volens non] non volens ζ_2 9 invitus] i invitus ζ_1 10 cum] quum ζ_2 19 cum] quum ζ_2

[263*] *AG* Τὸ δὲ δι' ἄγνοιαν οὐχ ἑκούσιον μὲν ἅπαν ἐστίν, ἀκούσιον δὲ τὸ ἐπίλυπον καὶ ἐν μεταμελείᾳ· ὁ γὰρ δι' ἄγνοιαν πράξας ὁτιοῦν, μηδέν τι δυσχεραίνων ἐπὶ τῇ πράξει, ἑκὼν μὲν οὐ πέπραχεν, ὅ γε μὴ ᾔδει, οὐδ' αὖ ἄκων, μὴ λυπούμενός γε· τοῦ δὴ δι' ἄγνοιαν ὁ μὲν ἐν μεταμελείᾳ ἄκων δοκεῖ, ὁ δὲ μὴ μεταμελόμενος, ἐπεὶ ἕτερος, ἔστω οὐχ ἑκών· ἐπεὶ γὰρ διαφέρει, βέλτιον ὄνομα ἔχειν ἴδιον· – *AL* Quod autem propter ignoranciam non voluntarium quidem omne est, involuntarium autem quod triste et in penitudine. Qui enim propter ignoranciam operatur quodcumque nichil tristatus in operacione, volens quidem non operatus est quod non scivit, neque rursum nolens non tristatus de eo quod propter ignoranciam. Qui quidem in penitudine, nolens videtur. Qui autem non penitet, quia aliter, sic non volens; quia enim differt, melius est habere nomen proprium.

voluntario est orsus membrorum partitionis huius declarationem et non voluntarium distinxit rursus in invitum seu violentum, quod per vim geritur, et id, quod fit per ignorationem. Violentum definivit, cuius principium sit extra, et id, quod agit aut patitur, nullum adiumentum praestat. Alterum membrum, involuntarii nempe, quo agitur per ignorantiam, nunc tradit idque facit duplex, nimirum vel cum poenitentia vel sine poenitentia. Quod est cum poenitentia simpliciter est invitum, at illud, quod ea caret ab initio, non est voluntarium, sed post cognitionem facti, quia non poenitet, videtur nonnihil, imo plurimum distare ab invito, imo potius aliquid habere voluntarii. Distinguentur igitur ista nomine. Primus dicetur invitus, alter non voluntarius. Oedipus[1784] in fabulis invitus occidit patrem et duxit matrem; nam quod fecerat resciscens, ita ipsum poenituit, ut sibi oculos effoderit.[1785] E diverso Tiberius ignorans torsit hospitem Rhodium, quem postea cum agnovisset, illum interemit.[1786] Proinde ab initio, cum torquendo ignoraret, non volens fecit, quia tamen postea illum non poenituit, dici non potuit invitus fecisse. Potest et aliud exemplum adduci. Invitus facit, qui occidit hominem, cum feram esse putaret, si postea doleat. Verum si aliquis, cum sibi deberetur aes, accepit aurum neque illum erroris poeniteat, sed potius gaudeat, dicitur fecisse non volens, haud tamen invitus. Ita ratio componi posset:

Exempla utriusque ignorantiae.

Quicquid violenter agitur aut invito, dolorem seu poenitentiam coniunctam secum habet.
At non omnia, quae ab ignaro aguntur, poenitentiam aut dolorem coniunctum habent.
Ergo non sunt omnia huiusmodi violenta seu invita.[1787]

1110b 24–1111a 2 | *Aliud praeterea videtur per imprudentiam facere et aliud imprudentem facere. Nam qui vel ebrius est vel iratus, non videtur per imprudentiam facere, sed propter aliquid eorum, quae diximus, non tamen prudens et ignorans. Nam quilibet pravus igno¦rat, quae facere oporteat quaeve sint evitanda, atque* 411 Z_1 374 Z_2

Z. 22 invito] invite Z_2

[1784] *Ödipus, Sohn des Laios, zentrale Figur des thebanischen Sagenkreises. – NP VIII 1129–1132.*
[1785] *Vgl. Hyg. fab. 67,35 (Marshall 67).*
[1786] *Suet. Tib. 62,1 (Ailloud 49f.):* […] ut Rhodiensem hospitem, quem familiaribus litteris Romam evocarat, aduenisse sibi nuntiatum torqueri sine mora iusserit, […] deinde errore detecto et occidi, ne ulgaret iniuriam. *Streb. eth. 107r führt die Beispiele von Ödipus und Tiberius im selben Zusammenhang an.*
[1787] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Baroco.

propter huiusmodi errorem, iniusti atque omnino mali fiunt. Invitum autem dici debet, non si quis ignoret, quod est utile, quia ignoratio, quae est cum electione, inviti causa non est, sed potius malitiae. Neque ignorantia illa, quae universalis est, nam homines propter illam vituperantur. At quae de singularibus est, invitum efficit, circa quae singula est actio. Etenim in his misericordia est et venia. Qui enim aliquid istorum ignorat, invitus agit. [264*]

Ignorationis alia distinctio.

Alia modo commemoratur distinctio. Aliud, inquam, esse agere per ignorantiam et aliud ignorantem agere. Ex ignorantia vel per imprudentiam ii dicuntur agere, quibus causa est aliquo modo ignorantia, quod agant. Ignorantes e diverso multi agunt, qui errorem quodammodo sibiipsis accersunt ob aliquam gravem perturbationem, cuius ipsi sunt causa. Differunt haec ut genus et species, late patens et contractum. Nam quicunque per ignorantiam agit, est ignorans; at non e diverso quilibet ignorans, per ignorantiam agit. Exempla ipse affert, primum ebrietatis: multa committuntur ab ebriis, in quibus nesciunt, quid agant; non tamen per imprudentiam proprie dicuntur quid facere, quoniam abstinere potuerant a nimio vino et plus aequo bibentes ignorationem sibiipsis accersiverunt, unde tale vitium non efficit, ut dicantur inviti fecisse. Alterum simile est de ira. Qui enim magno irae furore perciti fuerint, ii saepenumero, quid agant, ignorant, verum non faciunt inviti, quia oportuit eos temperare iram, et virtutem sibi comparare, qua perturbationem eiusmodi compescerent. Quod
412 z_1 cum | facere noluerint, de iis non excusantur, quae per iram male commiserint. Et in summa dicitur ignorantiam eius generis non inviti,

Z. 15 committuntur] committumtur z_2

[264*] *AG* ἕτερον δ' ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν τοῦ ἀγνοοῦντα· ὁ γὰρ μεθύων ἢ ὀργιζόμενος οὐ δοκεῖ δι' ἄγνοιαν πράττειν ἀλλὰ διά τι τῶν εἰρημένων, οὐκ εἰδὼς δὲ ἀλλ' ἀγνοῶν· ἀγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς ὁ μοχθηρὸς ἃ δεῖ πράττειν καὶ ὧν ἀφεκτέον, καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν ἄδικοι καὶ ὅλως κακοὶ γίνονται· τὸ δ' ἀκούσιον βούλεται λέγεσθαι οὐκ εἴ τις ἀγνοεῖ τὰ συμφέροντα· οὐ γὰρ ἡ ἐν τῇ προαιρέσει ἄγνοια αἰτία τοῦ ἀκουσίου ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας, οὐδ' ἡ καθόλου (ψέγονται γὰρ διά γε ταύτην) ἀλλ' ἡ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις· ἐν τούτοις γὰρ καὶ ἔλεος καὶ συγγνώμη· ὁ γὰρ τούτων τι ἀγνοῶν ἀκουσίως πράττει· – *AL* Alterum autem videtur et propter ignorantiam operari, ab eo quod est ignorantem facere. Ebrius enim vel qui irascitur, non videtur propter ignoranciam operari, set propter aliquid eorum que dicta sunt, non sciens autem, set ignorans. Ignorat quidem igitur omnis malus que oportet operari, et a quibus fugiendum. Et propter tale peccatum iniusti et universaliter mali fiunt. Involuntariumque vult dici, non si quis ignorat quod confert. Non enim que in eleccione ignorancia causa voluntarii, set malicie, neque que universalis; vituperatur enim propter hanc; set que in singularibus in quibus et circa que operacio. In hiis enim misericordia et venia; horum enim aliquod ignorans, involuntarie operatur.

sed pravitatis esse causam. Alioqui pravus quilibet est ignorans nec tamen propterea excusandus. Pravos ignorantes esse inde confirmat, quod, quae sequenda sint quaeve fugienda, nesciunt. Nam decipiuntur suis cupiditatibus, propter quas ita falluntur, ut vere iucunda, vere utilia et e diverso vere tristia vereque damnosa non intelligant. Sunt itaque iudicio corrupti et finis naturam, propter quam operantur, ignorant. Ratio ita componatur:

Analysis.

Non omnis malus operatur per ignorantiam.
¦ Omnis malus operatur ignorans. 375 Z_2
Ergo ignorantem agere et per ignorantiam differunt.[1788]

Maior est manifesta, quoniam excusarentur pravi (ut dictum est), si per ignorationem agerent. Quod vero, ut habetur in minori, sint ignorantes, paulo ante declaravimus. *Ignorantia universalis*, inquit, *non excusat*. Universalis dicitur, quae non est circumstantiarum, sed totius ipsius rei. Ut si quis dicat ignorare se scortationem aut adulterium esse peccata, non excusatur, quoniam haec scire debuit. Imo potius ob hanc ignorationem gravius accusabitur. Particularis autem ignoratio, id est circumstantiarum, excusat et meretur veniam, quia sciri non possunt. Ii quandoque casus eveniunt, ut nemo possit habere compertas huiusmodi circumstantias. At e diverso universalis ignorantia misericordiam non consequitur, quia in ignorantium potestate fuit discere. Unde si ignorant, per eos stetit, quo non scirent, ignorantiamque suam videntur affectasse. Atque si valeret excusatio ignorantiae universalis, tum nulli pravi homines possent accusari. Causa erroris eorum est, quod tantum voluptatem et utilitatem sectantur, virtutes autem et honestatem negligunt, quod tamen imprudentes faciunt. Unde Plato id probe exponit in suo Memnone. Primum accipit neminem esse, qui velit esse miser atque infelix. Quod cum datum fuerit, subiicit neminem igitur esse, qui mala expetat; cum esse miserum atque infelicem nihil aliud sit quam in malis versari atque illis delectari. Quare patet pravos, quae mala sunt, sibi deligere imprudentes.[1789] Atque hunc er-

Ignoratio universalis et particularis.

Z. 2 inde] id Z_2 20 ignorantia] ignorantio Z_1

[1788] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Felapton.

[1789] *Plat. Men. 78a-b (Burnet III ibid.):* ΣΩ· Ἔστιν οὖν ὅστις βούλεται ἄθλιος καὶ κακοδαίμων εἶναι; ΜΕΝ· Οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Σώκρατες· ΣΩ· Οὐκ ἄρα βούλεται, ὦ Μένων, τὰ κακὰ οὐδείς, εἴπερ μὴ βούλεται τοιοῦτος εἶναι· τί γὰρ ἄλλο ἐστὶν ἄθλιον εἶναι ἢ ἐπιθυμεῖν τε τῶν κακῶν καὶ κτᾶσθαι; ΜΕΝ· Κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν, ὦ Σώκρατες· καὶ οὐδεὶς βούλεσθαι τὰ κακά.

rorem, ut inquit Cicero, suximus cum lacte nutricis.[1790] Causa vero, cur ignoratio ista universalis non efficiat invitum, est, quia non impedit electionem, imo cum illa est coniuncta. Eligunt enim mali potius furari
413 Z_1 quam la|borare, potius ociari quam artem aliquam exercere, potius crapulam quam abstinentiam.[1791] Fieri potest, ut res tota quandoque in universum ignoretur, quandoque scitur in universum, sed privatim et particulariter ignoratur. Ut si quis dixerit se nosse adulterium esse peccatum, ignorare autem seorsim hoc adulterium esse prohibitum, et neutra istarum ignorationum digna est venia. Quod si quis circumstantias ipsas in universum nesciat, putetque non habendam rationem finis, non loci, neque temporis neque materiae, circa quam egerit, an erit iste misericordia seu venia dignus? Nequaquam. Scire enim debuit hoc. Pertinetque communis ista notio ad scientiam universalem, quae omnino haberi debet. Sed ignoratio singillatim huius aut illius circumstantiae potest excusare, cum illas nemo singillatim omnes aut queat aut valeat exploratas habere. Quare solum ignorantia earum actionem facit invitam.

376 Z_2 ¦ *Fortassis igitur definire haec non ab re fuerit, quae nam et quot sint. Quis itaque et quid, circa quid, vel in quo agat quispiam, quandoque autem et quo ceu organo et cuius causa, quemadmodum salutis. Et quomodo, id est vehementer vel leniter. Omnia vero haec nemo, qui non desipiat, ignoraverit. Certum est illum non ignoraturum ipsum efficientem. Quomodo enim seipsum ignoret?*[265*] 1111a 3–8

[265*] *AG* ἴσως οὖν οὐ χεῖρον διορίσαι αὐτά, τίνα καὶ πόσα ἐστί, τίς τε δὴ καὶ τί καὶ περὶ τί ἢ ἐν τίνι πράττει, ἐνίοτε δὲ καὶ τίνι, οἷον ὀργάνῳ, καὶ ἕνεκα τίνος, οἷον σωτηρίας, καὶ πῶς, οἷον ἠρέμα ἢ σφόδρα· ἅπαντα μὲν οὖν ταῦτα οὐδεὶς ἂν ἀγνοήσειε μὴ μαινόμενος, δῆλον δ' ὡς οὐδὲ τὸν πράττοντα· πῶς γὰρ ἑαυτόν γε; – *AL* Forsitan igitur non malum determinare hec et que et quot sint, et quis utique, et quid, et circa quid, vel in quo operatur. Quandoque autem et quo, puta instrumento, et gracia cuius, puta salutis, et qualiter, puta quiete vel vehementer. Omnia quidem igitur nullus utique ignorabit non insanus. Manifestum autem quod neque operantem. Qualiter enim se ipsum?

[1790] *Cic. tusc. 3,1,2 (Kĭng 226):* Simul atque editi in lucem et suscepti sumus, in omni continuo pravitate et in summa poinionum perversitate versamur, ut paene cum lacte nutricis errorem suxisse videamur. *Hinweise auf Plat. Men. und Cic. tusc. finden sich auch bei Streb. eth. 107v.*

[1791] *Vgl. Streb. eth. 107v:* Haec ignoratio dicitur esse cum selectione iuncta, propterea quod, qui ducitur hoc errore, non agit invitus, sed eligit, quod potissimum sequatur; ut qui mavult furari, quam mendicare, necare virum, quam iniuriam pati, dormire, quam laborare, potare vinum, quam ieiunare.

Circumstantiae. Quia circumstantiae huiusmodi sunt magni ponderis, dant enim veniam et misericordiam cum ignorantur, ideo illas enumerat, ut exploratae atque cognitae habeantur. Sunt numero septem vel octo. Vulgatum est carmen in scholis:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.[1792]

Sunt istae septem, sed una deest: circa quid. Qua voce significatur materia vel subiectum actionis. Et cum dicitur *in quo*, ab Aristotele duo
Quare octo sint circumstantiae. significantur, nempe locus et tempus. Octo itaque sunt, si iustum velimus habere numerum, huiusque summae ratio haec potest assignari. Quia vel causas actionis respicimus, vel ipsam actionis naturam vel substantiam | consideramus. Causa si est efficiens, dicitur »quis«, aut 414 Z_1
finis, et habemus »cuius causa«, seu materia, ideo adiectum est »circa quid«, vel instrumenta vel organa, quae referuntur ad efficientem causam. Quod si actio ipsa consideretur, eius natura exprimitur per »quid«. Cum vero mensura illius attenditur, habemus tempus et locum. Et postremo est mensura modi, qui ad qualitatem pertinet et est »quomodo«. Nemo potest, inquit, omnes istas circumstantias, intelligito simul, ignorare. Privatim nesciri possunt, sed simul omnes minime, nisi ab eo, qui vehementer desipiat. Quomodo enim quis ignoraverit seipsum? Hoc non est verum in universum, quoniam efficientem causam potest quispiam optime ignorare. Si ipse fuerit efficiens, difficilius fateor seipsum nescire, at etiam hoc quandoque fieri potest, ut aliquis interdum aliquid aliud agens navim moveat neque se id facere animadvertit. Sed quod modo dicitur, est in pluribus neque in moralibus exigitur ista subtilitas.

1111a 8–19 *Quis facile id, quod agit, ignoraverit. Quemadmodum aiunt, qui dictitant sibi excidisse vel minime ¦ scire illa fuisse arcana ut Aeschylus mysteria, sive qui* 377 Z_2
voluerit ostendere, iecerit, ut qui emittit catapultam. Potest etiam quis arbitrari filium esse hostem uti Merope aut hastam esse obtusam, quae fuerit acuto ferro munita, seu lapidem esse pumicem. Interficiatque aliquis quempiam salutis causa aut qui demonstrare voluerit, ut qui summis manibus aut

[1792] *Thom. Aqu. STh Ia-IIae q. 7 a. 3 co. (STO II 367):* Tullius, in sua Rhetorica, assignat septem circumstantias, quae hoc versu continentur, quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. *Vgl. Cic. inv. 1,29 (Hubbell 60):* Probabilis erit narratio, si in ea videbuntur inesse ea quae solent apparere in veritate; si personarum dignitates servabuntur; si causae factorum exstabunt; si fuisse facultates faciendi videbuntur; si tempus idoneum, si spati satis, si locus opportunus ad eandem rem qua de re narrabitur fuisse ostendetur; si res et ad eorum qui agent naturam et ad vulgi morem et ad eorum qui audient opinionem accomodabitur.

digitis percutiunt. Itaque circa omnia haec, in quibus actio sita est, cum fuerit ignoratio, qui aliquid horum nesciverit, invitus egisse videtur et maxime in iis, quae praecipua sunt. Praecipua vero esse videntur, in quibus est actio et cuius rei causa. [266*]

Circumstantiae quomodo excusent.

Exemplis res demonstratur. Circumstantia »quid« excusavit Aeschylum[1793] tragicum poetam. Is tragoedia quadam sacra Cereris arcana visus est invulgasse. Quod tantum excitavit tumultum in thea|tro, ut propemodum sit interfectus, ad aram Bacchi fugit, inde ad iudicium Areopagitarum adductus. Causam dixit, excusavit se nescivisse illa fuisse mysteria et quia ignoravit, quid ageret, est absolutus.[1794] Alius item

415 Z_1

[266*] *AG* ὃ δὲ πράττει ἀγνοήσειεν ἄν τις, οἷον λέγοντές φασιν ἐκπεσεῖν αὐτούς, ἢ οὐκ εἰδέναι ὅτι ἀπόρρητα ἦν, ὥσπερ Αἰσχύλος τὰ μυστικά, ἢ δεῖξαι βουλόμενος ἀφεῖναι, ὡς ὁ τὸν καταπέλτην· οἰηθείη δ' ἄν τις καὶ τὸν υἱὸν πολέμιον εἶναι ὥσπερ ἡ Μερόπη, καὶ ἐσφαιρῶσθαι τὸ λελογχωμένον δόρυ, ἢ τὸν λίθον κίσηριν εἶναι· καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ πίσας ἀποκτείναι ἄν· καὶ θῖξαι βουλόμενος, ὥσπερ οἱ ἀκροχειριζόμενοι, πατάξειεν ἄν· περὶ πάντα δὴ ταῦτα τῆς ἀγνοίας οὔσης, ἐν οἷς ἡ πρᾶξις, ὁ τούτων τι ἀγνοήσας ἄκων δοκεῖ πεπραχέναι, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κυριωτάτοις· κυριώτατα δ' εἶναι δοκεῖ ἐν οἷς ἡ πρᾶξις καὶ οὗ ἕνεκα· – *AL* Quid autem operatur, ignorabit utique aliquis, puta dicentes aiunt excidere ipsos vel non scire quando ineffabilia erant, quemadmodum Ayscyli mistica, vel monstrare volens dimittere, ut qui telum. Existimabit utique aliquis et filium obpugnatorem esse, quemadmodum Meropem, et rotundari lanceatam astam vel lapidem punicem esse, et in salutem percuciens, occidere utique, et ostendere volens quemadmodum pugiles percuciant utique. Circa omnia utique hec ignorancia existente in quibus operacio, qui horum aliquid ignorat, nolens videtur operari et maxime in principalissimis; principalissima autem esse videntur, in quibus operacio, et cuius gracia.

[1793] *Aischylos (525/24–456/55 v. Chr.), griechischer Tragödiendichter. – NP I 350–357; GGL I/2 182–309.*

[1794] *Vgl. Streb. eth. 108r:* Multas scripsit [Aeschylus] tragoedias […], in quibus de Cerere et mysteriis sive cerimoniis eius arcanis, quas magnopere sacerdotes mystaequae caelabant, liberius est locutus. Ea de causa (ut scribit Heraclides Ponticus) parum abfuit, quin occideretur in scena, quum versus hominis recitarentur audiente populo. Tumultum sensit et ad aram Bacchi salutis gratia confugit. Ductus ad Areopagitas, quum ostendisset ignorasse se, quae dixisset, in arcanis et mysteriis esse, iudices tum propter ignorationem venia dignam tum propter viri et fratris eius in praelio Marathonio fortitudinem, absolutum dimiserunt. *Graec. schol. III (Heylbut 145,26–32):* λέγει δὲ περὶ Αἰσχύλου καὶ Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Ὁμήρου, ὡς κινδυνεύοντος ἐπὶ σκηνῆς ἀναιρεθῆναι ἐπὶ τῷ τῶν μυστικῶν περιφέρειν τινὰ δοκεῖν, εἰ μὴ προαισθόμενος κατέφυγεν ἐπὶ τὸν τοῦ Διονύσου βωμόν, καὶ Ἀρεοπαγιτῶν αὐτὸν παραιτησαμένων ὡς ὀφείλοντα κριθῆναι πρῶτον, ἐδόκει ὑπαχθῆναι εἰς δικαστήριον καὶ ἀποφυγεῖν, αὐτὸν τῶν δικαστῶν ἀφέντων μάλιστα διὰ τὰ πραχθέντα αὐτῷ ἐν ‹τῇ ἐπὶ› Μαραθῶνι μάχῃ. *Graec. schol. transl. III (Mercken 246f.,79–85):* Dicit autem et de Aischylo Heraclides Ponticus in primo De Homero, velut periclitante in tabernaculo occidi in eo quod videbatur mysticorum quaedam circumferre, nisi praesentiens fugisset ad templum Dionysii, et Ariopagitis ipsum recusantibus debentem iudicari primum, visus est subduci in iudicium et evadere, ipsis iudicibus dimittentibus maxime propter ea quae operatus est in marathonico bello.

catapultam, machinam inquam iacientem lapides, extruxerat, cuius effectum cum demonstrare vellet, iecit et ictu quempiam occidit, excusavit se nescivisse, quid ageret. »Circa quid«, quod est materia sive subiectum actionis, exemplo Meropes[1795] exponitur. Illa insidias filio struxit et occidit putans hostem esse, cum esset eius filius. Hic error fuit »circa quid«. Hoc autem dicitur haberi apud Euripidem in tragoedia Crespontis, quae non extat.[1796] Instrumentum interdum nescitur, id est »quo«, ut si putet quispiam hasta concurrere obtusa et ea fuerit mucrone acuto munita. Vel existimans iacere se pumicem levem, emisit lapidem, quo aliquis ictus aut vulneratus est aut interfectus. Aliquando ignoratur finis. Quispiam sanitatis aut salutis causa venam incidit, pharmacum dabit aut percutiet et contrarius consequetur effectus: aut morietur aut laedetur. Finis ignoratus excusat. Modus quoque actionis, quando non volebat, excusat. Qui summis manibus aut digitis inter sese pugnant (est genus luctae[1797]) unusque vult docere alterum et putans leviter ferire percutit gravius, excusatur. Quando in iis est ignoratio, invitum erit, quod agitur, praeser¦tim si eae circumstantiae nos 378 Z_2
lateant, quae sunt magis praecipuae. Eae vero sunt finis et »circa quid« vel »in quibus«. At noster Aristoteles in suis exemplis omisisse videtur circumstantiam loci ac temporis. Non mirum id est, quoniam satis notae potuerunt videri, ut quae non egerent exemplis. Neque id exigitur, cum explicantur multa eiusdem generis, ut de omnibus afferantur exempla. Nam id satis est, ut aliqua ita esse demonstrentur. Nam exempla, quae aliqua illorum patefaciunt, aliis quoque declarandis inserviunt; ne tamen desiderentur, fieri posse dicimus: ut aliquis nesciat

Z. 15 luctae)] luctae Z_2

[1795] *Merope, in der griechischen Mythologie Witwe des Kresphontes. – NP VIII 9.*

[1796] *Graec. schol. III (Heylbut 146,15–17):* ἡ Μερόπη τοῦ περί τι παράδειγμά ἐστι· καὶ ἔστι παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ Κρεσφόντῃ ἐπιβουλεύουσα τῷ υἱῷ Κρεσφόντῃ ὡς πολεμίῳ δι' ἄγνοιαν. *Graec. schol. transl. III (Mercken 247f.,3–5):* Merope huius circa quid exemplum est. Et est apud Euripidem in Cresphonte ipsa insidians Cresphonti filio velut oppugnatori propter ignorantiam. *Vgl. auch Streb. eth. 108v:* Interpres Graecus scribit Euripidem nomine Cresphontis edidisse tragoediam quandam. Ea non venit in meas manus.

[1797] *Vgl. Streb. eth. 109r:* Quid sit manibus summis dimicare […], demonstrat Suidas. Qui contendebant hoc genere certaminis, more pugilum feriebant sine complexu. Qui prehenderat manus extremas adversantis, infringebat eas, donec se victum fateretur. *Suda* A *1023 (Adler I 94,8–14):* Ἀκροχειρίζεσθαι· πυκτεύειν ἢ παγκρατιάζειν πρὸς ἕτερον ἄνευ συμπλοκῆς, ἢ ὅλως ἄκραις ταῖς χερσὶ μετ' ἄλλου γυμνάζεσθαι· καὶ Ἀκροχερσίτης οὕτω καλούμενος· λαμβανόμενος γὰρ ἄκρων τῶν χειρῶν τοῦ ἀνταγωνιστοῦ ἔκλα καὶ οὐ πρότερον ἠφίει, πρὶν αἴσθοιτο ἀπαγορεύσαντος· ἦν δὲ καὶ Λεοντίσκος, Μεσσήνιος ἐκ Σικελίας, παραπλησίως ἀγωνιζόμενος· οὗτος δὲ ἐπάλαιε· καὶ Ἀκροχειρὶς, τὸ ἄκρον τῆς χειρός.

sacrum esse locum, in quo aliquid mali committit, ignoratur etiam tempus nonnunquam festum aut feriatum aut natalitium fuisse.

Cum itaque invitum dicatur, quod per hanc ignorationem agitur, oportet adhaec actionem molestiam esse. [267*] 1111a 19–21

416 Z_1 Invitum si adscribi debeat actionibus, quae fiunt per imprudentiam, | dum ignorantur istae singulares circumstantiae, requiritur praeterea, ut errore cognito ac retecto actio sit molesta doleatque accidisse, quod evenit nobis imprudentibus. Nam si molestia haec non accesserit, actio quidem poterit dici non voluntaria, non tamen erit invita. Sed hic operaeprecium est videre, quomodo ignoratio causa dicatur inviti. Hoc ideo est, quia privat notitiam, quae si adfuisset, non admissum esset, quod iam factum est, aut si fuisset factum, actionem constituisset voluntariam. Vel ergo privat notitiam, a qua pendet voluntarium, vel eam notitiam, quae si intervenisset, actio non esset consequuta. Et potest fieri, ut qui imprudens agit, ignorationem coniunctam habeat simul cum actione, quam agit, non tamen id, quod agitur, nolit, sed potius cupiat. Unde non sequitur postea dolor, cum res cognita fuerit. Et hoc ignorantiae genus non excusat neque parit invitum. Ut cum quis putat occidere cervum, hostem suum interficit, quem antea voluisset occisum, et nunc interfectum gaudet, licet ignoraverit tum, quid ageret. Est praeterea quaedam ignorantia, quam nonnulli de industria volunt. Hoc enim sibi expetunt ac deligunt, ut ignorent, ne per scientiam retrahantur a peccando vel a voluptatibus. Atque ignorantia haec graviter accusanda est nedum excuset. Alia est ignoratio, qua fit, ut aliquis sciens ius et fas, cum ad actionem venitur, omittat cogitationem illam honesti ac rectitudinis et utilitatem potius aut voluptatem consideret. Idque fit vel ex animi vehementi perturbatione vel ex pravo aliquo habitu. Nec ista quoque ignoratio excusat, quia sic ignorans ex
379 Z_2 ¦ incogitantia non facit, quod potuit et debuit efficere. Ignoratio interdum est ex eo, quod quispiam addiscere negligit, vel quod laborem fugiat, vel quod studium et diligentiam nullam adhibeat. Universalia quippe iura quisque scire debet, cum itaque neque iste faciat, quod potest ac debet, non est excusandus. Est attamen in iis actionibus aliquid non voluntarium, nam ignorantia haec antevertit actiones seu

Ignoratio quomodo sit causa inviti.

Ignorantia quae non excusat.

Z. 24 qua] quae Z_2

[267*] *AG* τοῦ δὴ κατὰ τὴν τοιαύτην ἄγνοιαν ἀκουσίου λεγομένου ἔτι δεῖ τὴν πρᾶξιν λυπηρὰν εἶναι καὶ ἐν μεταμελείᾳ· – *AL* Secundum talem utique ignoranciam involuntario dicto, adhuc oportet operacionem tristem esse et in penitudine.

motum voluntatis, qui si adesset, notitia minime sequeretur. Postrema ignorantia est ea, de qua sumus loquuti. Excusat, consequitur veniam et misericordiam, quod ignorentur circumstantiae atque post actionem sequatur dolor et molestia.

1111a 22–24 *Cum itaque invitum sit, aut quod per vim agitur aut quod per ignorationem, volunta|rium esse videbitur, cuius initium est in ipso efficiente, qui etiam noverit singula, in quibus actio consistit.* [268*] ‹III,3› 417 Z_1

Voluntarium. Haec est huius capitis postrema pars, in qua de voluntario agit eiusque (ut apparet) definitio duplici constat membro. Primum, inquit, oportere principium intrinsecum esse. Deinde, ut notae sint circumstantiae. Nam si voluntarium opponitur invito et invitum duo habet membra, contraria earum necesse est, ut in definitione voluntarii ponantur. Hinc videmus praeclaram Aristotelis methodum: nisi prius naturam violenti et ignorantiae tradidisset, non tam facile fuisset ei nunc voluntarium definire.

1111a 24–25 *Fortassis enim non recte dicitur invita esse, quae vel per iram vel per cupiditatem fiunt.* [269*]

Ad haec scribenda ideo adducitur Aristoteles, quoniam illa, quae ab iratis fiunt aut a cupientibus, in definitione voluntarii comprehenduntur, nam et principium agendi est in eo homine, qui agit, et singula sciunt ac probe norunt. Utuntur enim deliberationibus et iudicio acri ad ulciscendum vel ad consequendum optata, quod minime fieret, si laborarent ignoratione circumstantiarum. Ergo concluditur ea voluntaria esse atque illos errare, qui putaverint huiusmodi esse invita. Sed cur dicit ἴσως, »fortasse«, cum ratio ista sit ἀποδείξις? Quia voluit modeste agere. Non imminuit hac loquutione vim suae rationis, sed potius morato sermone uti voluit et quia fortassis adversarii noluissent omnino assentiri definitioni ἀκουσίου iam allatae. Quid autem ¦ moverit illos, ut putarint ista invita esse, facile potest intelligi. Viderunt difficile omnino esse iis duobus affectibus, ut qui caeteris sint violen-

Quare quidam putent invita esse, quae ab iratis et cupientibus fiunt.

380 Z_2

[268*] *AG* Ὄντος δ' ἀκουσίου τοῦ βίᾳ καὶ δι' ἄγνοιαν, τὸ ἑκούσιον δόξειεν ἂν εἶναι οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ εἰδότι τὰ καθ' ἕκαστα ἐν οἷς ἡ πρᾶξις· – *AL* Existente autem involuntario quod vi et propter ignoranciam, voluntarium videbitur utique esse cuius principium in ipso sciente singularia in quibus est operacio.

[269*] *AG* ἴσως γὰρ οὐ καλῶς λέγεται ἀκούσια εἶναι τὰ διὰ θυμὸν ἢ ἐπιθυμίαν· – *AL* Forsitan enim non bene dicitur involuntaria esse que propter iram vel propter concupiscenciam.

tiores, resistere, ideo putarunt homines ab illis cogi. Unde aiebat Heraclitus: Χαλεπὸν θυμῷ μάχεσθαι.[1798] Et Plato 2. De repub[lica]: Ἀμαχόν τε καὶ ἀνίκητον θυμός.[1799] Quod si adversus eam pugnari non potest nec potest expugnari, videtur cogere atque actiones invitas reddere. Idcirco idem Plato De legibus 9. dixit hominem iratum ὅμοιον τῷ ἀκουσίῳ.[1800] Non quidem ait prorsus invitum, sed similem ipsius. Atque Cato censorius iratum dixit a furenti homine tempore solum differre.[1801] Quin et alii, ut | Evenus[1802], ausi sunt dicere iram multo deteriorem esse insania.[1803] De cupiditate autem Plato in Cratilo scribens eam vinculo firmissimo comparavit.[1804] Quare nos quoque minime dubitamus hos duos affectus vehementes esse ac magnam vim habere, attamen non ita esse validos, ut ratione non frenari possint, quod fieri videmus in hominibus temperatis ac lenitate caeterisque virtutibus praeditis. Haud tamen inficiarer magis voluntarias esse actiones, quae absque impulsu talium affectuum fiant,[1805] quod tamen non efficit, ut istae ab earum censu excludantur.

418 Z$_1$

Primum quidem nullum caeterorum animalium sponte quicquam aget nec pueri quidem.[270*] 1111a 25–26

Z. 7 furenti] furente Z_2

[270*] *AG* πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων ζῴων ἑκουσίως πράξει, οὐδ' οἱ παῖδες· – *AL* Primum quidem enim nullum adhuc animaliorum aliorum voluntarie operabitur neque pueri.

[1798] *Vgl. Arist. pol. 5,9 (Rackham 472):* Ἡράκλειτος εἶπε, χαλεπὸν φάσκων εἶναι θυμῷ μάχεσθαι. *Streb. eth. 109r:* Heraclitus χαλεπὸν θυμῷ μάχεσθαι, cum ira pugnare difficile.

[1799] *Plat. resp. II 375b (Burnet IV ibid.).*

[1800] *Plat. leg. IX 867a (Burnet V ibid.):* ὁ δὲ ἀταμιεύτως ταῖς ὀργαῖς καὶ ἐκ τοῦ παραχρῆμα εὐθὺς χρώμενος ἀπροβουλεύτως ὅμοιος μὲν ἀκουσίῳ. *Auf diese zwei Stellen aus Plat. resp. und Plat. leg. weist auch Streb. eth. 109r hin.*

[1801] *Plut. mor. 199A (Babbitt et al. III 180):* [Κάτων ὁ πρεσβύτερος] τὸν δ' ὀργιζόμενον ἐνόμιζε τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν. *Vgl. Streb. eth. 109r:* Fertur sententia censorii Catonis: iratus a furente tempore solum differre.

[1802] *Euenos (Evenus) von Paros (5. Jh. v. Chr.) war ein Elegiker und Philosoph, den Platon und Aristoteles ihren Lesern als bekannt voraussetzten. – NP IV 226f.*

[1803] *Stob. anth. 3,20,2 (Wachsmuth/Hense III 539,10–12):* Εὐήνου· Πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψεν κρυπτόμενον, μανίας ‹οὐ› πολὺ χειρότερον. *Vgl. Streb. eth. 109r:* Evenus: πολλάκις ὀργὴ μανίας πολὺ χειρότερον, ira saepe furore deterior est.

[1804] *Plat. Crat. 403c (Burnet I ibid.):* ΣΩ· […] εἰπὲ γάρ μοι, δεσμὸς ζῴῳ ὁτῳοῦν ὥστε μένειν ὁπουοῦν, πότερος ἰσχυρότερός ἐστιν, ἀνάγκη ἢ ἐπιθυμία; ΕΡΜ· Πολὺ διαφέρει, ὦ Σώκρατες, ἡ ἐπιθυμία. *Vgl. Streb. eth. 109r:* [Plato] in Cratilo cupiditatem cum vinculo firmissimo comparat.

[1805] *Streb. eth. 109r:* Magis est voluntarium tamen, quod voluntate committitur.

Analysis. Propositio confirmanda est: quae aguntur per vim aut cupiditatem, sunt voluntaria. Declaratum id prius fuit definitione, nunc aliae rationes adduntur, quarum prima est:

> Si essent invitae, neque bruta neque pueri sponte quicquam agerent.
> At multa sponte agunt.
> Ergo illa non sunt invita.[1806]

Syllogismus hypotheticus est a consequente sublato ad eversionem antecedentis. Connexio probatur, quoniam bruta et pueri, cum ratione careant, ex iis affectibus agunt quaecunque faciunt. Ut vero consequens absurdum sit, inde patet, quod videmus haec animantia et pueros quaedam invite facere, ut cum vincuntur aut concluduntur in aliquo loco; e diverso autem cum soluta fuerint et libera, sponte atque ultro permulta faciunt. Deligunt sibi cibos, ingrediuntur sua cubilia et latibula, cum volunt, inde etiam, cum visum fuerit, egrediuntur, pullos tuentur, ad nidos sese recipiunt et infinita huiusmodi sponte sua et ultro faciunt. Gaudent libertate ac e diverso, quando ad aliqua coguntur, dolent ac tristitiam non parvam capiunt. Equus Alexandri Bucephalus alium sessorem nullum admittebat quam Alexandrum, quod ¦ proculdubio non invitus faciebat.[1807] Elephanti suos magistros amant, illis obtemperant, imo genu flectunt, cum iussi fuerint.[1808] Sed quid elephantos oportet spectare? Canes domestici blandiuntur dominis, allatrant alienos, venantur alacriter, sequuntur illos, qui se alunt, atque omnia haec sponte citra controversiam agunt. Multa possent de avibus, piscibus, caeterisque brutis huc spectantia commemorari, quae tam admiranda sunt atque tanta propensione fiunt ab illis, ut multi quandoque | arbitrati sint in brutis esse voluntatem, qua eligant, quae magis placuerint, alia seponendo, quae displicent. Neque defuerunt, qui aliquid rationis eis fuerint impartiti, quod magna industria viderint ab eis agi, quae faciunt, quae nos ex Aristotelis doctrina minime concederemus, cum tamen, ut audimus, affirmandum sit ea sponte agere.[1809]

Pueri et animantia sponte et invite agunt.

381 Z_2

419 Z_1

[1806] *Der vorliegende hypothetische Syllogismus entspricht nach Boeth. syll. hyp. 1 (PL LXIV 847B-C) dem 2. Modus der 2. Form, vgl. Prantl 1855, 705.*

[1807] *Plut. vit. Alex. 6 (Flacelière/Chambry IX 35–37). Vgl. Streb. eth. 109v:* Quid, quod equus Alexandri non alium quam dominum admittebat? Id ne faciebat coactus?

[1808] *Vgl. Plin. nat. 8,1 (Mayhoff II 78,10f.):* Nam, quod ad docilitatem attinet, regem adorant [elephantes], genua submittunt, coronas porrigunt.

[1809] *Vgl. Streb. eth. 109v:* Non defuerunt viri doctissimi, qui scriberent in beluis esse

Quod si dixeris feras dici, quod impetu quodam ferantur, non negabimus et tamen asseremus appetitu non carere intrinseco, quo moveantur.[1810] Unde actiones, quae ab illis oriuntur, spontaneas dicere oportet. Non autem mirum est pueros coniunctos fuisse hoc loco cum brutis. Nam et ipsi per aetatis infirmitatem ratione non utuntur, sed tantum affectibus, praesertim ira et cupiditate, moventur. Quis tamen illos negaverit sponte agere? Excurrunt, ludunt, saltant, iocantur, parentibus blandiuntur. Quin si sponte non agerent, magna illis iniuria fieret, cum a praeceptoribus caeduntur.[1811] Quid enim illi aliud quaerunt, nisi ut ab iis abstineant, a quibus illos posse sibi temperare norunt? Quod vero attinet ad appetitum, sciendum illum esse duplicem. Unus quippe comitatur sensum, alter autem rationem.[1812] Bruta et pueri eo moventur appetitu, qui sequitur sensum, non tamen in utrisque idem est huiusmodi appetitus. Diversitas inde oritur, quia bruta omnino sunt ratione destituta, ideo illorum appetitus nunquam rationi obtemperat. Pueri vero habent rationem, sed non actu, imo potentia; ideo per aetatem ratio erumpit in actum, illorum appetitus rationi poterit obtemperare. Considerandum quoque hoc loco est τὸ ἑκούσιον latius patere quam voluntarium. Nam ad bruta extenditur et pueros, ad quos voluntarium proprie non pertinet, cum voluntate careant, si proprie loqui velimus.

Appetitus duplex.

Deinde an sponte nihil agimus eorum, quae per cupiditatem vel iram facimus? An honesta quidem sponte, invite autem turpia? An id ridiculum est, cum idem sit principium?[271*] 1111a 27–29

Z. 17 ideo] ideo cum Z_2

voluntatem, quod utilia et commoda anteponerent, inutilia et contraria posthaberent quodque in illis eluceret quaedam vis animi solertis. Ut ab eis in ea re dissentio, sic a bestiis multa sponte fieri contendo.

[1810] *Vgl. Streb. eth. 109v:* At ferae dictae sunt, quod impetu ferantur. Sic est, sed ut rationis sunt expertes, ita non carent appetitu.

[1811] *Vgl. Streb. eth. 109v:* [Pueros] agere sponte nemo, ut opinor, ambigit, nisi si quis existimet invite excurrere, ludere, iocari, concertare, ridere, blandiri parentibus. Quod si omnia faciunt invite, iniuriam facit, qui flagris adigit atque castigat.

[1812] *Vgl. Plat. resp. IV 439d (Burnet IV ibid.):* Οὐ δὴ ἀλόγως, ἦν δ' ἐγώ, ἀξιώσομεν αὐτὰ διττά τε καὶ ἕτερα ἀλλήλων εἶναι, τὸ μὲν ᾧ λογίζεται λογιστικὸν προσαγορεύοντες τῆς ψυχῆς, τὸ δὲ ᾧ ἐρᾷ τε καὶ πεινῇ καὶ διψῇ καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἐπτόηται ἀλόγιστόν τε καὶ ἐπιθυμητικόν, πληρώσεών τινων καὶ ἡδονῶν ἑταῖρον. *Plat. resp. IV 441a (Burnet IV ibid.):* ἐν ψυχῇ τρίτον τοῦτό ἐστι τὸ θυμοειδές, ἐπίκουρον ὂν τῷ λογιστικῷ φύσει.

Analysis. Ratio haec disiunctivi syllogismi est, cuius utraque pars destruitur et inde, ¦ quod assumebatur, concluditur fuisse falsum. Id, quod assumi- 382 Z_2
tur, est adversarios dicere, quae aguntur per iram vel cupiditatem, invita | esse; tum sequitur oportere vel omnia eiusmodi esse invita, vel 420 Z_1
honesta spontanea et turpia invita. Atqui neutrum horum dari potest. Ergo falsum id est, unde haec deducuntur. Primum non conatur ostendere falsum, partim quod inferius declarabitur et iam definitione ac prima ratione patefactum est, partim quia non fuerunt adversarii eius sententiae. Sed potius membrum posterius tuebantur. Ideo Aristoteles illud evertit et ait: »Nonne ridiculum est«, cum non minus turpia facta per iram vel cupiditatem habeant idem principium cum honestis, quae ab iisdem affectibus procedunt, haec velle statuere spontanea, illa vero coacta et invita. Ea porro, quae habent idem principium, eodem ordine censeri debent.

1111a 29–31 *Absurdum est fortassis invita dicere, quae oporteat expetere. Oportet autem et quibusdam irasci et aliqua cupere, nempe sanitatem et doctrinam.* [272*]

Est hoc argumentum a natura expetendarum rerum deductum, quarum proprietas est, ut sponte agantur. At, inquit, hoc a nobis exigitur honestatis et iustitiae lege, ut adversus aliquos irascamur, nempe in vitia et viros improbos, quos nisi privati homines corriperent et magistratus punirent, accusandi essent. Sunt etiam multa, quae nephas est non cupere ac summo studio sibi vindicare ut sanitas et doctrina. Dicemus igitur legem honestatis et iustitiae requirere a nobis invita et coacta quaeque non possimus facere vel a quibus non queamus abstinere? Hoc absurdum esset de civilibus legibus.

1111a 32–33 *Videnturque invita molesta esse; quae vero ex cupiditate aguntur, suavia sunt.* [273*]

Z. 21 nephas] nefas Z_2

[271*] *AG* εἶτα πότερον οὐδὲν ἑκουσίως πράττομεν τῶν δι' ἐπιθυμίαν καὶ θυμόν, ἢ τὰ καλὰ μὲν ἑκουσίως τὰ δ' αἰσχρὰ ἀκουσίως; ἢ γελοῖον ἑνός γε αἰτίου ὄντος; – *AL* Deinde utrum nichil voluntarie operamur eorum que propter concupiscenciam vel iram, vel bona quidem voluntarie, mala autem non voluntarie. Set ridiculum una causa existente.

[272*] *AG* ἄτοπον δὲ ἴσως ἀκούσια φάναι ὧν δεῖ ὀρέγεσθαι· δεῖ δὲ καὶ ὀργίζεσθαι ἐπί τισι καὶ ἐπιθυμεῖν τινῶν, οἷον ὑγιείας καὶ μαθήσεως· – *AL* Inconveniens autem forte involuntaria dicere que oportet appetere. Oportet autem et irasci in quibusdam et concupiscere quedam, puta sanitatem vel disciplinam.

Ducitur haec ratio a consequentibus. Quaecunque sunt invita, molestiam doloremque secum habent coniunctum; at quae per iram et cupiditatem fiunt, iucunda sunt; tantum abest, ut molestiam ac tristitiam secum afferant. De cupiditate hoc minime dubium erat, ideo Aristoteles hoc membrum expresse posuit. De ira vero, quia dubium esse potuit, nihil dixit. Verum quod modo tacet, in Rhetoricis disertis verbis
421 Z_1 expressit et dum tractaret illa, quae voluptatem pariunt,[1813] | et dum affectum irae describit,[1814] adducitque Homeri carmen, qui scribit iram fuisse Achilli quasi mel, quod sub lingua eius liquesceret.[1815] Neque vero aliud est ira quam cupiditas ulciscendi.[1816]

Quae per iram fiunt, iucunda sunt.

383 Z_2 ¦ *Ad haec quid interest invita esse illa, quae secundum rationem vel iuxta iram perperam commissa fuerint? Evitabilia enim ambo sunt.* [274*] 1111a 33–34

Videtur ista ratio constare peccati natura. Cum enim peccatum sit in iis, quae debent et possunt evitari, atque ista conditio tam reperiatur in iis, quae male committuntur a ratione, quam in iis, quae perperam ab ira cum cupiditate geruntur, utraque dici debent voluntaria. Cur itaque magis ista quam illa ponuntur ab adversariis esse invita?

Videnturque non minus esse humani irrationales affectus et actiones hominis esse videntur, quae ab ira vel cupiditate proficiscuntur. Absurdum igitur est haec invita statuere. [275*] 1111b 1–3

[273*] *AG* δοκεῖ δὲ καὶ τὰ μὲν ἀκούσια λυπηρὰ εἶναι, τὰ δὲ κατ' ἐπιθυμίαν ἡδέα· – *AL* Videntur autem involuntaria quidem tristia esse. Que autem secundum concupiscenciam delectabilia.

[274*] *AG* ἔτι δὲ τί διαφέρει τῷ ἀκούσια εἶναι τὰ κατὰ λογισμὸν ἢ θυμὸν ἁμαρτηθέντα; φευκτὰ μὲν γὰρ ἄμφω· – *AL* Adhuc autem quid differunt in essendo voluntaria que secundum cogitacionem vel iram peccantur? Fugienda enim ambo.

[275*] *AG* δοκεῖ δὲ οὐχ ἧττον ἀνθρωπικὰ εἶναι τὰ ἄλογα πάθη, ὥστε καὶ αἱ πράξεις τοῦ ἀνθρώπου ‹αἱ› ἀπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας· ἄτοπον δὴ τὸ τιθέναι ἀκούσια ταῦτα· – *AL* Videntur autem non minus commune esse irracionabiles passiones, quarum et operaciones hominis, ab ira et concupiscencia. Inconveniens itaque ponere involuntaria hec.

[1813] *Arist. rhet. 1,11, 1370b 10f. (Ross 49):* διὸ καὶ τὸ ὀργίζεσθαι ἡδύ.

[1814] *Arist. rhet. 2,2, 1378b 1f. (Ross 71):* πάσῃ ὀργῇ ἕπεσθαί τινα ἡδονήν, τὴν ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τοῦ τιμωρήσασθαι.

[1815] *Hom. Il. 18,109 (Ludwich II 270):* [χόλος] ὅς τε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο. *Vgl. Arist. rhet. 1,11, 1370b 12 (Ross 49) und 2,2, 1378b 6f. (Ross 71).*

[1816] *Arist. rhet. 2,2, 1378a 30 (Ross 71):* Ἔστω δὴ ὀργὴ ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας.

Affectus sunt humani.

Ratio est huiusmodi. Quia humanae sunt affectiones irrationabiles, quas habemus, humanaeque sunt actiones, quae ab ira vel cupiditate nascuntur, sunt etiam voluntariae atque spontaneae. Quod enim humanum est, est voluntarium. Nemo autem dixerit cupiditates et iras non esse in animis hominum affectiones, quemadmodum ratio in illis eisdem est. Unde si actiones humanae sunt, quae a ratione eliciuntur, quia ratio pars est animi nostri, sic illae humanae fuerint, quae ab ira vel cupiditate derivantur. Nam vis irascens et cupiens in animis hominum sunt. Potest fieri, ut per occupationem tali occurratur obiectione. Actiones, quae ab ira et cupiditate sunt, a parte irrationali proficiscuntur. Verum est, inquit. Sed tamen istae vires humani animi sunt. Ergo actus inde prodeuntes humani erunt. Et istae facultates, etsi per essentiam rationem non habent, illius tamen sunt participes et ab ea regi possunt, quod non accidit in brutis. Deinde spontanea sunt principia istae affectiones et actiones, quia possunt a voluntate coerceri. Neque de illis est, ut de vi nutriente atque alente, quae vel nobis nolentibus agit.[1817] Ideo concluditur absurdum esse statuere haec invita seu coacta.

Quomodo haec cum sacris literis consentiant.

Quomodo ista cum sacris literis faciant, modo tractandum | est. De 422 Z_1
voluntario et non voluntario agendum esse dixit Aristoteles, quod laudationes et vituperia comitentur voluntaria, praemia, poenae ac misericordia. Ita in Psal[mo] 111. laudantur fideles, quod sint spontaneus populus.[1818] Eunuchi etiam lau¦dantur non facti vi aut sic nati, sed qui 384 Z_2
se sponte castraverint ob regnum coelorum.[1819] Remittitur poena caesori lignorum, qui casu socium occidit, quoniam actio illa non fuit voluntaria.[1820] Diabolus cogitur verum dicere,[1821] cogitur discedere ab obsessis,[1822] non tamen ullam meretur laudem aut praemia. Balaam ab angelo cogitur gladio, ne populum Dei execretur;[1823] nulla est eius laus, quia non sponte fecit. Definitio violenti, ut principium sit extrinsecum,

Z. 6 humanae] humana Z_2

[1817] *Vgl. oben S. 461f.*

[1818] *Vgl. Ps 111,2 (Vulg. 110,2)* Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius.

[1819] *Mt 19,12.*

[1820] *Dtn 19,5* Abisse simpliciter cum eo in silvam ad ligna caedenda et in succisione lignorum securis fugerit manu ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit et occiderit, hic ad unam supradictarum urbium confugiet et vivet.

[1821] *Vgl. Joh 8,44* Cum loquitur [Diabolus] mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est.

[1822] *Vgl. Mt 8,28–32; Mt 9,32f.; Mk 1,34; Lk 4,40f.*

[1823] *Num 22,31–35.*

ita ut agens vel patiens non praestet adiumentum, declarat originis peccatum non esse rem violentam, quoniam intrinsecum nobis est vitium et illud iuvamus pravitate illa, quam quotidie addimus. Quod si dixerit quispiam deesse scientiam seu notitiam, quando contrabitur idemque causetur de primis motibus animi nostri pravis, in quibus nulla datur electio aut deliberatio; respondebimus, quae Aristoteles ait, de moralibus et actualibus actionibus esse intelligenda, ista vero ille peccata minime novit. Sed hoc nobis est satis, non posse talia violenta dici, cum principium intrinsecum habeant. Mixtas quoque actiones concedimus et statuimus eas accenseri debere voluntariis, ideo ad eas nos divinae literae hortantur suadentes, ut quidvis patiamur, ne incurramus in peccata. Paulus inquit nunquam facienda mala, ut bona eveniant;[1824] »Deo magis parendum est quam hominibus«[1825]; vocamurque, ut nostram crucem accipiamus et Dominum sequamur,[1826] et ille dicitur animam suam invenisse, qui eam perdiderit.[1827] Neque alio spectat suiipsius abnegatio. Mixtae sunt hae actiones, quia nemo extra casum haec eligeret, sed ista volumus et facimus, partim ut evitemus peccata, partim ut Domino iungamur. At dixeris: haec principium habent externum, ergo potius violenta sunt. Nisi enim Deus in nobis ageret, haec nullus nostrum faceret. Fatemur principium, quo nostrae voluntates mutantur, extrinsecum esse. At nostrae voluntates immutatae a Spiritu Dei nobis intrinsecae sunt et illarum iussu ad istas actiones movemur, ideo voluntariae dici debent. Non enim a Deo sine nobis fiunt. Imo laudamur et vituperamur ob istas mixtas actiones, nam Christus inquit se negaturum coram Patre illos, qui se coram hominibus negaverint. »Nec«, inquit, »erubescam illum, qui de me non erubuerit coram hominibus«[1828]. Et illi utique commendantur, qui
423 Z_1 Christi causa | vexationes gravissimas patiuntur. »Beati, qui persequutionem«, inquit, »patiuntur, nam illorum est regnum coelorum«[1829]. In quibusdam huiusmodi, ait Aristoteles, venia datur. Ut cum David, ne

[1824] *Röm 3,8.*
[1825] *Apg 5,29.*
[1826] *Mt 10,38* Qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus.
[1827] *Lk 9,24* Qui perdiderit animam suam propter me, salvam faciet illam.
[1828] *Vgl. Mt 10,32* Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo, qui est in caelis. *Lk 9,26* Qui me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua et Patris et sanctorum angelorum.
[1829] *Mt 5,10* Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum.

trucidetur, insanum se fingit coram rege Achis.[1830] Sed quaedam sunt, ad quae committenda nunquam adduci debemus. Quae nam sunt ista? Peccata, et dici solet: »Usque ad aras.«[1831] Iobus exemplo nobis est, ut execraretur Deum nunquam adversis casibus neque uxoris petulantia et insultatione impelli potuit.[1832] Quique ¦ ad haec impelluntur, tantum 385 Z_2
abest, ut misericordiam inveniant, ut potius a spe illius excidant, ut ad Hebraeos de illis dicitur, qui ab agnita veritate resiluerunt.[1833] Ita contigit Spierae Italo et iis, qui se, cum Evangelium abiurassent, interemerunt.[1834] Duo difficilia proponit Aristoteles. Unum est: quid nam pro quo sit patiendum. Nos expedimur facile. Patienda sunt quaevis, ne a Christo divinisque mandatis recedamus: »Quid prodest homini, si universum mundum lucretur, animi vero sui detrimentum patiatur?«[1835] »Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere«[1836], ait Dominus. Difficultatem alteram in nobis ipsis experimur multosque videmus temporarios, qui solum ad tempus credunt.[1837] Et: »Spiritus promptus est, caro autem infirma«[1838]. Sed vicissim consolamur nosipsos, quia omnia possibilia sunt credenti.[1839] Et Paulus aiebat se omnia in Christo posse, a quo confirmabatur.[1840] Iuste adhaec reprehendit Aristoteles illos, qui honesta iustaque censebant voluntaria, turpia vero statuebant non voluntaria. Secus omnino sen-

Z. 12 detrimentum] aetrimentum Z_1

[1830] *1Sam 21,13f.* Extimuit [David] valde a facie Achis regis Geth et inmutavit os suum coram eis et conlabebatur inter manus eorum et inpingebat in ostia portae defluebantque salivae eius in barbam.

[1831] *Vgl. Erasm. adag. 2110 (ASD II/5 112).*

[1832] *Hiob 2,9f.* Dixit autem illi uxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo et morere. Qui ait ad illam: Quasi una de stultis locuta es; si bona suscepimus de manu Domini, quare mala non suscipiamus? In omnibus his non peccavit Iob labiis suis.

[1833] *Hebr 10,26* Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia.

[1834] *Der zum Protestantismus konvertierte Anwalt Francesco Spiera (1502–1548) widerrief 1548 vor der Inquisition seinen evangelischen Glauben und verstarb sodann in der Überzeugung, die unvergebbare Sünde wider den Heiligen Geist begangen zu haben. – RGG⁴ VII 1579. Zur Verwendung des »Falls Spiera« in der protestantischen Publizistik vgl. Overell 1995.*

[1835] *Mt 16,26.*

[1836] *Mt 10,28.*

[1837] *Mk 4,16f.* Hii sunt similiter, qui super petrosa seminantur, qui, cum audierint verbum statim cum gaudio accipiunt illud et non habent radicem in se, sed temporales sunt; deinde orta tribulatione et persecutione propter verbum confestim scandalizantur.

[1838] *Mk 14,38.*

[1839] *Mk 9,22* Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia credenti.

[1840] *Phil 4,13* Omnia possum in eo, qui me confortat.

tiendum est. Paulus dicebat: »Scio, quod non habitet in me, id est in carne mea, bonum«[1841]. Imo si quid boni habemus, id totum Deo est transcribendum, nam ad Philipp[enses] habetur Deum esse, qui operetur in nobis et velle et perficere.[1842] Nunc de ignoratione videamus. Quaedam est, ad quam poenitentia statim sequitur errore deprehenso, nonnunquam poenitentia nulla sequitur. De posteriori membro Dominus ait: »Ignosce illis, quia nesciunt, quid agant«[1843]. Idem oravit Stephanus.[1844] Inter eos tamen, pro quibus orabatur, aliquos poenituit aliquando, aliquos nunquam. Ionathas quoque mel gustavit ignarus, quid pater sanxisset, et cognito patris decreto non doluit, sed potius illi succensuit.[1845] At Paulus detecto errore doluit.[1846] Doluerunt et illi, de quibus Petrus in Actis dixit: »Scio, quod per ignorantiam fecistis«[1847]. Quod autem doluerint, ea declarant, quae dixerunt: »Viri fratres, quid oportet nos facere?«[1848] Dolor, qui sequitur, non semper indicat nullum
424 Z_1 | peccatum intervenisse. Nam et qui Dominum crucifixerunt, peccarunt et Paulus peccavit, nam ignorarunt isti, quod scire debuerant. Sed si quaedam ignoratio intervenisset circumstantiae, quae non potuisset nosci, ut in Noah cum est inebriatus, vinum antea non viderat, illius vim et proprietatem minime noverat;[1849] utque Iacobo accidit, quando Leae loco Rachelis est commixtus.[1850] Nam uterque illorum ignoravit, quid ageret, et sunt excusati. At legum universalia et summa capita qui nescit, non excusatur. Idcirco dictum est a Paulo in Epistola ad Corinth[ios] priori: »Qui ignorat, ignoret«[1851]. Atque ista ignoratio, quae non excusat, interdum a Deo infligitur ut poena, dum punit peccata peccatis. Ad Thessalonicenses posteriori scribitur, quia charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo
386 Z_2 ¦ immittet Deus in illos efficaciam erroris.[1852] Et in Ezechiele: »Si propheta seductus fuerit, ego

Z. 3 transcribendum] transscribendum Z_2 15 peccarunt] peccacarunt Z_1

[1841] *Röm 7,18.*
[1842] *Phil 2,13.*
[1843] *Lk 23,34* Iesus autem dicebat: Pater dimitte illis; non enim sciunt, quid faciunt.
[1844] *Apg 7,59* Positis autem genibus clamavit [Stephanus] voce magna: Domine, ne statuas illis hoc peccatum.
[1845] *1Sam 14,27–29.*
[1846] *Vgl. Apg 9,3–6.*
[1847] *Apg 3,17.*
[1848] *Apg 2,37.*
[1849] *Gen 9,20f.*
[1850] *Gen 29,21–24.*
[1851] *1Kor 14,38* Si quis autem ignorat, ignorabitur.
[1852] *2Thess 2,10f.* […] eo quod caritatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. Ideo mittit illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio.

seduxi eum«[1853]. Rex quoque Achab est seductus a malo spiritu Deo volente.[1854] Habemus ergo, quae ignoratio excuset et quae non excuset. Addit Aristoteles, quae fiunt per ebrietatem et iram, esse voluntaria, quod etiam nos affirmamus, quandoquidem accepimus de iis legem: »Irascimini et nolite peccare, sol non occidat super iracundia vestra«[1855], et prohibemur dicere alicui: »Fatue«[1856]. Quo vero ad ebrietatem, dicitur a Domino: »Cavete, ne graventur corpora vestra crapula vel ebrietate«[1857]. Paulus quoque: »Nolite inebriari vino, in quo est luxuria«[1858]. Quae itaque per iram vel ebrietatem fiunt, non excusant, cum ista vel non admitti vel frenari potuerint. Omnes vero pravos et impios ignorantes esse, licet non excusentur, scripturae ubique clamant: »Dixit insipiens in corde suo: non est Deus«[1859]. Proverb. 7. de illis, qui trahuntur cupiditate ac voluptatibus, habetur: »Ut bos ducitur ad victimam, ut stultus in compedibus ad castigationem«[1860]. Ad Romanos: »Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt«[1861], et: »Infatuatum est insipiens cor eorum«[1862]. Ad Ephes[ios]: »Non ambuletis, ut caeterae gentes in vanitate mentis suae, alienati a vita Dei propter ignorantiam, quae est in ipsis, et obcaecationem cordis eorum«[1863]. Imo (ut inquit Isaias et omnes evangelistae testantur): »Videntes non vident et audientes non audiunt; et cum sint in tenebris, nesciunt, quo vadant«[1864]. Inter circumstantias autem, quae ignoratae excusant, praesertim recenset finem et »circa quid«. Idque utique verum est. David Absolomum dimisit, ut iret in Hebronem, sed quo fine quove consilio ille id ageret, scire non potuit; excusatur.[1865] Abimaelech etiam uxorem alie|nam habuit, sed, cum qua versaretur, ignorabat. Ideo dicere 425 Z_1

Z. 6 prohibemur] prohibemus Z_2 12 Proverb. 7.] Proverbiorum septimo Z_2 15 Infatuatum] Infatuaton Z_1 20 et cum] quum Z_2

[1853] *Ez 14,9* Et propheta cum erraverit et locutus fuerit verbum, ego Dominus decepi prophetam illum.
[1854] *Vgl. 1Kön 21.*
[1855] *Eph 4,26.*
[1856] *Mt 5,22* Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennae ignis.
[1857] *Lk 21,34* Adtendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula et ebrietate.
[1858] *Eph 5,18.*
[1859] *Ps 14,1 (Vulg. 13,1).*
[1860] *Spr 7,22.*
[1861] *Röm 1,22.*
[1862] *Röm 1,21* Obscuratum est insipiens cor eorum.
[1863] *Eph 4,17f.*
[1864] *Jes 6,9f.; Mt 13,13.*
[1865] *2Sam 15,7–9.*

potuit Deo se fecisse, quod egerat, in simplicitate sui cordis; atque illi est ignotum.[1866] Quod etiam baptizatus fuerit Simon Magus, excusatur ecclesia, quia consilium eius malum et fraudulentum ignoravit.[1867] Sed tamen in iis ignorationibus, quae nos excusant, si non sequatur dolor, sumus rei, nam probamus quod actum est. Is, qui sagittam emisit et casu interemit Achabum regem, si rescivisset factum, non doluisset neque invite ob id ostenderetur fecisse, quod actum est.[1868] At de morte Absolomi sequuta David doluit,[1869] de morte item Abner[1870] et Amasae;[1871] unde apparuit eo nolente atque invito eiusmodi evenisse. Voluntarium duo comprehendit, et ut principium sit intrinsecum, et non interveniat ignoratio eius, quod agitur. Peccatum originis principium habet intrinsecum, et scimus talem corruptionem legi Dei et rectitudini adversari, quamvis ex nostra electione ipsum non accersamus, ideo voluntarium est. In parvulis tamen est, ubi notitia deest. Sed hoc non
387 Z_2 re¦fert, quoniam de actualibus hic agitur. Neque Aristoteles aut moralis facultas ad id genus peccati potest pertingere. Voluntaria esse praeterea, quae per cupiditatem fiunt et iram, certis rationibus est demonstratum. Quod nos admittimus, quoniam de utroque vitio leges accepimus: »Non concupisces«[1872]. Et non iubemur irasci fratri absque causa.[1873] Accipit Aristoteles in suis argumentis bruta sponte agere. Dixit quoque Isaias: »Cognovit bos possessorem suum et asinus praesepe Domini sui«[1874]. Ieremiasque ciconiam dixit tempus visitationis suae nosse, cap[ite] 8.[1875] Et de pueris idem sentimus. Nam Elizaei tempore puniti sunt per ursos.[1876] Isaac quoque, dum ab Ismaele vexaretur, a Sara iubetur eiici.[1877] Sumit etiam requiri ac exigi quandoque a nobis, ut irascamur. »Zelus domus tuae comedit me«[1878]. Atque

Z. 7 At] Ac Z_2 13 accersamus] accessamus Z_1 25–26 exigi ... nobis] quandoque a nobis exigi Z_2

1866 *Gen 20,2–6.*
1867 *Apg 8,9–24.*
1868 *1Kön 22,34.*
1869 *2Sam 18,33.*
1870 *2Sam 3,31.*
1871 *2Sam 20,10.*
1872 *Ex 20,17.*
1873 *Vgl. Mt 5,22* Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio.
1874 *Jes 1,3.*
1875 *Jer 8,7.*
1876 *2Kön 2,23f.*
1877 *Gen 21,9f.*
1878 *Joh 2,17. Vgl. Ps 69,10 (Vulg. 68,10).*

Pinhas est a Deo commendatus, quod sit ultus scortatores impurissimos.[1879] Deinde ponit: quae fiunt ab invitis, habere dolorem coniunctum. Paulus ad Romanos idem testatur: »Infelix ego, idcirco quis me liberabit de corpore mortis huius?«[1880] Cum vero inquit et illa, quae committuntur per iram et cupiditatem, evitabilia esse et illa, quae per rationem seu voluntatem, id corrigimus: evitari quidem posse adiecta Dei gratia. Nam sine illa quis motus irae atque cupiditatis cavebit? Possumus quidem ab externis actionibus temperare nobis, sed istos cordis motus in potestate nostra non habemus. Assentimur | praeterea 426 Z_1
humanas actiones esse, quae a cupiditate atque ira proficiscuntur, nam et de illis quoque sumus rationem reddituri.

Caput II

1111b 4–10 *Cum definierimus spontaneum et invitum, proximum est, ut de electione tractemus. Etenim virtuti maxime propria esse videtur et magis iudicat mores quam actiones. Videtur autem electio esse spontaneum. Non tamen idem cum eo est, nam spontaneum latius patet. Pueri quippe aliaque animantia spontanei participia sunt, non autem electionis.* [276*] ‹III,4›

Partes huius capitis. In tres diducitur partes istud caput. Proponit primo, de quo sit agendum. Deinde ipsius electionis definitionem inquirit. Postremo illam
Quare de electione agendum. conclusam et absolutam ostendit. Est electio virtuti cognata, quoniam in illius definitione comprehenditur. Fusius ¦ patet spontaneum quam 388 Z_2
electio. Cum de illa modo tractandum sit, ratione probat:

Z. 7 cupiditatis] cupitatis Z_1

[276*] *AG* Διωρισμένων δὲ τοῦ τε ἑκουσίου καὶ τοῦ ἀκουσίου, περὶ προαιρέσεως ἔπεται διελθεῖν· οἰκειότατον γὰρ εἶναι δοκεῖ τῇ ἀρετῇ καὶ μᾶλλον τὰ ἤθη κρίνειν τῶν πράξεων· ἡ προαίρεσις δὴ ἑκούσιον μὲν φαίνεται, οὐ ταὐτὸν δέ, ἀλλ' ἐπὶ πλέον τὸ ἑκούσιον· τοῦ μὲν γὰρ ἑκουσίου καὶ παῖδες καὶ τἄλλα ζῷα κοινωνεῖ, προαιρέσεως δ' οὔ, καὶ τὰ ἐξαίφνης ἑκούσια μὲν λέγομεν, κατὰ προαίρεσιν δ' οὔ· – *AL* Determinatis autem voluntario et involuntario, de eleccione sequitur pertransire. Maxime enim proprium videtur esse virtuti et magis mores iudicare operacionibus. Eleccio utique voluntarium esse videtur. Non idem autem, set in plus voluntarium. Voluntario quidem enim et pueri et alia animalia communicant, eleccione autem non. Et repentina voluntaria quid dicimus, secundum eleccionem autem non.

1879 *Num 25,6–8.*
1880 *Röm 7,24.*

De omnibus est agendum, quae ad virtutem spectant.
Electio maxime illi propria est.
Quare de illa oportet agere.[1881]

Alterum argumentum a minori ad maius deducitur. Si de actionibus humanis oportuit tractare, de electione multo magis agendum erit. Et probatur connexio, quod magis iudicantur mores electione quam actionibus. Annotandum quatuor in definitione virtutis esse comprehensa, nimirum habitum, mediocritatem, spontaneum et electionem. Hactenus est de omnibus tractatum praeterquam de ipsa electione. At cur prius de mediocritate scripsit quam de illa et de spontaneo? Quoniam mediocritas ipsam attingit substantiam virtutis.[1882] Est enim virtus habitus mediocris inter duos vitiosos habitus. Neque tantum ipse habitus est mediocris, sed mediocritatem in actionibus et affectionibus captat. Et quia oportuit ante omnia constitui obiectum, in quod ferretur et inclinaret habitus, ideo post habitus tractationem statim de mediocritate coepit agere. Dicit electionem maxime pro|priam virtuti. Nam in definitione primo genus positum est, nimirum habitus. Differentia est adiecta, mediocritatis. Postea coniuncta fuerunt duo propria, nimirum quod per virtutem sponte agamus, postea quod ex electione. Verum ex iis duobus propriis electio magis est propria neque tantum si conferatur cum spontaneo, verum etiam collata aliis virtutis proprietatibus, quae sane multae sunt.[1883] Et eo nomine actiones ex virtute laudantur, quod ex electione fiant. *Mores*, inquit, *iudicantur magis electione quam actionibus*.] Verum quidem est mores ex actionibus cognosci ut arbos ex fructu et tamen fallax est illud iudicium.[1884] Nam hypocritae saepissime fucum faciunt et animo interdum agitur, quod videmus, longe alio quam conveniat. Manichaei ab uxoribus abstinebant, item a carnium esu, non quasi essent castitatis aut sobrietatis cupidi, sed propter illorum erroneas et blasphemas opiniones.[1885] Tyranni aliquando leniter agunt

Quare prius de mediocritate scripsit quam de spontaneo et electione.

427 Z_1

Electio virtuti maxime propria.

Mores electione iudicantur.

Z. 29 leniter] leviter Z_2

[1881] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Darii.

[1882] *Vgl. Streb. eth. 110v:* Cur in explicandis partibus ante de mediocritate disseruit? […] Quod attinet ad substantiam et eam definitionem, quae quid res sit explicat, mediocritas est virtus.

[1883] *Vgl. Streb. eth. 111r:* In definitione virtutis partes sunt quatuor: habitus, mediocritas, agere sponte, facere ex delectu. Habitus est genus, mediocritas differentia, agere sponte et facere cum delectu propria. Ex his magis proprium facere cum delectu.

[1884] *Vgl. Streb. eth. 111r:* Quanquam fructus indicat, qualis sit arbor, tamen actus ille, quem videmus, non semper indicat bonos mores.

[1885] *Vgl. Aug. haer. 46,13 (CCSL XLVI 317,139–145).*

cum civibus, at ut eos decipiant. Atque homines facinorosi abstinent a sceleribus nonnunquam timore poenarum, non amore iustitiae. »Oderunt peccare mali formidine poenae.«[1886] Unde in iudiciis, quando constat de facto, saepe de voluntate, animo atque consilio facientis quaeritur. Neque fortunae unquam exponitur electio quemadmodum actio.[1887] Imo qui deprehenduntur in aliquo crimine, frequenter dicere consueverunt se aliud voluisse facere nec eo animo fecisse, ut talia succederent.[1888] Et facile concedimus actiones evidentiores esse, cum aliorum oculis subiiciuntur; ¦ non faciunt attamen iudicium firmius ac 389 Z_2
certius. De moribus iudicatur a posteriori per opera, sed ex electione iudicium est a causa (ut loquuntur) a priori. Et quandoque fit, ut quispiam nihil agat. Unde non potest ex actionibus aut bonus aut malus iudicari, sed statim ut profert suam electionem, licet nihil egerit, de eo fertur vel quo ad malitiam vel quo ad probitatem iudicium. Sed quo nam pacto dicitur pueros electione carere nec non et bruta, cum praeferant cibos cibis, lusum disciplinae ac prae aliis alia vitent? Dicendum electionem duplicem esse, quandam communem, qua una res anteponitur alteri aut prae altera vitatur. Et hoc electionis genere neque bruta neque pueri carent. Altera propria est electio, quae habet consilium praecedens et iudicio rationis dirigitur. Atque hoc genus electionis neque bruta neque pueri possunt habere. Nam cum persequuntur aliquid prae alio vel unum magis fugiunt, quam aliud vitent, non ratione sed sensu ducuntur.[1889] Illa etiam, quae repente ac subito facimus, carent electione; non quod ra|tione careamus, dum illa commit- 428 Z_1
timus, sed quia spacium ad deliberandum non ponimus. Impediturque consilium iudicium et deliberatio rationis vehementia perturbationis. Unde tria numerantur, quae destituuntur electione. Primo bruta, quod non sint rationis capacia. Secundo pueri, qui, etsi ratione praediti sint, illa tamen per aetatem uti non possunt. Tertio sunt loco animi subiti ac repentini motus, in quibus, licet homines ratione polleant et aetatem habeant, spacio tamen deliberandi carent. Unde solent qui alicuius

Pueri et bruta an electione careant.

Tria destituuntur electione.

Z. 3 formidine] formidinine Z_2 11 causa] causa et Z_2 26 iudicium] iudiciumque Z_2

[1886] *Streb. eth. 111v. Vgl. Hor. epist. 1,16,52f. (Klingner 266):* Oderunt peccare boni virtutis amore. Tu nihil admittes in te formidine poenae.

[1887] *Vgl. Streb. eth. 111v:* Electio non ita fortunae subiicitur ut actio.

[1888] *Vgl. Streb. eth. 111v:* Saepe qui aliquid mali commiserunt, dictitant se aliud voluisse aliudque elegisse.

[1889] *Vgl. Streb. eth. 112r:* Est illis [bestiis et pueris] ex sensu delectus quidam, non ex consiliis electio.

impetu affectus quippiam agunt, dicere se id ex proposito seu consilio non egisse.

Qui autem dicunt illam esse cupiditatem, iram aut voluntatem aut opinionem, recte dicere non videntur. Non enim electio communis est brutis, ut cupiditas et ira. [277*] 1111b 10–13

Definitionem electionis investigat solito more confutando prius aliorum falsas opiniones. Illas itaque recenset et quatuor ostendit fuisse. Possumus autem illa quatuor ista methodo digerere. Cum ad animum pertineat electio, aut est facultatis cognoscentis aut appetentis. Appetitus omnis est tripartitus: aut est nobilioris partis animi et cum ratione coniungitur diciturque voluntas; aut partis crassioris, tumque diducitur in vim cupientem et irascentem.[1890] Hinc dixit Aristoteles quosdam putasse electionem esse voluntatem, alios iram, alios cupiditatem. At si pertineat ad notitiam, occurrunt illi, qui affirmarunt electionem esse 390 Z_2 opinionem, qui fortasse Stoici fuerunt.[1891] ¦ De cupiditate atque ira primum agit et ratiocinatur id inepte dici. Quia tum oporteret electionem concedere brutis, cum ipsa et cupiditate et ira ducantur, quod ut absurdum et indignum reiicit.

Methodus, qua definitio electionis investigatur.

Et incontinens ex cupiditate agit, non autem ex electione; continens vero e diverso non ex electione agit. [278*] 1111b 13–15

Liquido iam apparet Aristotelem movere cupiditatem prorsus ab electione, quia nullo pacto dicere licet cupiditatem esse electionem, quod non ita sentiendum est de spontaneo. Differt quidem ab electione, sed ea non potest ab ipso divelli, cum omnis electio spontanea est. Argu-

Cupiditatem non esse electionem.

[277*] *AG* οἱ δὲ λέγοντες αὐτὴν ἐπιθυμίαν ἢ θυμὸν ἢ βούλησιν ἤ τινα δόξαν οὐκ ἐοίκασιν ὀρθῶς λέγειν· οὐ γὰρ κοινὸν ἡ προαίρεσις καὶ τῶν ἀλόγων, ἐπιθυμία δὲ καὶ θυμός· – *AL* Dicentes autem ipsam concupiscenciam vel iram vel voluntatem vel quandam opinionem, non videntur recte dicere. Non enim commune eleccio et irracionabilium, concupiscencia autem et ira.

[278*] *AG* καὶ ὁ ἀκρατὴς ἐπιθυμῶν μὲν πράττει, προαιρούμενος δ' οὔ· ὁ ἐγκρατὴς δ' ἀνάπαλιν προαιρούμενος μέν, ἐπιθυμῶν δ' οὔ· – *AL* Et incontinens concupiscens quidem operatur, eligens autem non; continens autem e converso, eligens quidem, concupiscens autem non est.

[1890] *Arist. mag. mor. 1,12, 1187b 36f. (Armstrong 492):* Ἔστιν οὖν καθ' ὃ πράττομεν ὄρεξις· ὀρέξεως δ' ἐστὶν εἴδη τρία, ἐπιθυμία θυμὸς βούλησις.

[1891] *Der stoischen Lehre nach sind nur die Affekte und nicht auch die Willensakte* opiniones, *vgl. Cic. tusc. 4,7,14 (King 342):* Sed omnes perturbationes iudicio censent [Stoici] fieri et opinione.

Analysis. mentum, quo nunc utitur, est: si cupiditas esset electio, | quicquid agit 429 Z_1
ex cupiditate, utique ageret ex electione. At non quicquid ex cupiditate agit, ex electione agit. Destructio consequentis hinc apparet, quia incontinens ex cupiditate agit, non autem ex electione, quia illam non sequitur. Proposuit sibi recte agere, sed consilio non stetit. Ideo ex electione, quam in animo habuerat, non egit. Electio appetitio est consiliatrix.[1892] At incontinens dum rapitur cupiditate, consilium non audit. Continens e diverso cupiditatem non audit, sed rectam electionem sequitur. Ratio haec adaptari posset ad iram, nam et qui agit ex ira, non agit ex electione, quod in iracundis hominibus videre licet. Sed Aristoteles brevitati studens id omisit. Uno tamen aut altero verbo postea id attinget. Quis autem sit continens quisve incontinens, quis intemperans et quis temperans, declarabitur suo loco.[1893] Hic sit satis dixisse incontinentem non carere prorsus electione, sed illam quam in mente habet non sequi. Confertur dormienti, ebrio et civitati, cum in ea bonae leges iacent.[1894]

1111b 15–16 *Et electioni cupiditas adversatur, cupiditati vero cupiditas minime.* [279*]

Analysis. Sic ratio componitur: electio adversatur cupiditati; cupiditas non adversatur cupiditati; ergo cupiditas non est electio, in secunda figura.[1895] Ut quae sunt eadem uni tertio, sunt etiam eadem inter sese,[1896] ita quae non adversantur cuipiam tertio, non sunt eadem simul. At dubium oritur, quia cupiditas cupiditati videtur adversari. Est qui cupit famam et illustre nomen, idem laborat cupiditate pecuniarum. Una istarum cupiditatum cum altera pugnat. Augustus cupit dominatum et cupit imitari Syllam abdicatione.[1897] Ista videntur pugnare. Pamphilus cupit esse cum sua Glycerio et tamen desiderat gratificari patri.[1898] Ista de-

An cupiditas adversetur cupiditati.

[279*] *AG* καὶ προαιρέσει μὲν ἐπιθυμία ἐναντιοῦται, ἐπιθυμία δ' ἐπιθυμίᾳ οὔ· – *AL* Et eleccioni quidem concupiscencia contrariatur, concupiscencia autem concupiscencie non.

[1892] *Arist. eth. Nic. 6,2, 1139a 23 (Bywater 115):* ἡ δὲ προαίρεσις ὄρεξις βουλευτική.

[1893] *Arist. eth. Nic. 7,1–10, 1145a 15–1152a 36 (Bywater 130–148).*

[1894] *Vgl. Streb. eth. 113r:* Comparatur [incontinens] cum dormiente, quod in eo ratio sopita videatur; cum ebrio, quia perturbatione vincatur ut ille vino; cum civitate, quae bonas leges habeat, sed non utatur.

[1895] *Dieser Syllogismus entspricht dem Modus* Camestres.

[1896] *Vgl. Thom. Aqu. STh Ia q. 28 a. 3 arg. 1 (STO II 229):* Quae autem uni et eidem sunt eadem, sibi invicem sunt eadem.

[1897] *Vgl. Cas. Dio hist. 52,13,1–4 (Cary VI 104–106).*

[1898] *Pamphilus und Glycerius sind Protagonisten der Komödie* Andria *von Terenz, vgl. Ter. Andr. (Prete 57–112).*

391 Z_2 clarant cupiditates esse contrarias. Est so¦lutio multiplex. Contraria debent perpetuo esse contraria, at ista perpetuo non sunt contraria, ut patet in sophista, qui simul utraque laborat cupiditate, nimirum gloriae ac pecuniarum. Deinde contraria oportet, ut idem spectent, at una istarum cupiditatum respicit famam, altera pecunias. Quae respiciunt idem opposita ratione, vere contraria sunt et simul esse nequeunt, ut cupere famam et cupere non habere famam, esse illustrem et non esse illustrem, cupere ali et non ali. Istae sunt cupiditates contrariae et non possunt simul esse. Non est sensus Aristotelis inter cupiditates non esse
430 Z_1 contrarietatem, | sed contrarias cupiditates non esse posse simul in eodem homine. At sanae electioni semper adversatur in eodem homine ac eodem tempore prava cupiditas. Neque semper omnis electio adversatur cuivis cupiditati, nam electioni, qua statuat quispiam ditari vel iniuste, non adversatur cupiditas furti et electioni tyrannidis non adversatur cupiditas caedis.[1899] Verum (ut dictum est) sana electio semper adversatur pravae cupiditati. At cuiusmodi est contrarietas ista cupiditatis ac delectus? Non propria, sed qualis est oppositorum ventorum aut duorum hostium. Quia propria contraria oportet, ut possint in eodem subiecto esse atque ab eo sese mutuo depellant, ut album et nigrum, frigus et calidum, quod electioni atque pravae cupiditati minime convenit, in diversis quippe animi partibus collocantur. Est enim electio in mente seu ratione sita, cupiditas vero in animi crassiore portione.[1900]

Et cupiditas iucundi est atque molesti. Electio vero neque molesti neque iucundi, multo etiam minus ira. Nam quae per iram fiunt, minime videntur electione fieri. [280*] 1111b 16–19

Postremum argumentum ex obiectis colligit. Quae adversa cum sint, efficiunt ipsas facultates easdem non esse. Cupiditas fertur in ea, quae

[280*] *AG* καὶ ἡ μὲν ἐπιθυμία ἡδέος καὶ ἐπιλύπου, ἡ προαίρεσις δ' οὔτε λυπηροῦ οὔθ' ἡδέος· θυμὸς δ' ἔτι ἧττον· ἥκιστα γὰρ τὰ διὰ θυμὸν κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ· – *AL* Et concupiscencia quidem et delectabilis et tristis, eleccio autem neque tristis neque delectabilis. Ira autem adhuc minus. Nequaquam enim que propter iram secundum eleccionem esse videntur.

[1899] *Vgl. Streb. eth. 113r:* Non omnis cupiditas est electioni contraria, ut cupiditas alienae pecuniae et furti delctus minime pugnant inter se, ut ulciscendi libido cum proposita ratione caedis non contendit.

[1900] *Vgl. Streb. eth. 113v:* Quod est hoc genus contrariorum? Pugnat ut ventus cum vento, Auster cum Aquilone, ut hostis cum hoste […]. Non sunt in eadem animi parte, […] sed electio in mente, cupiditas in appetitu.

An electio sit iucundi et molesti.

iucunda sunt et tristia, nempe ut haec assequatur, illa vero evitet. Electio vero ista non respicit, sed tantummodo turpe ac honestum, utile atque damnosum. Sed hic scrupulus est, quia et iucundorum molestorumque videtur esse electio. Proponitur adolescentibus virtus et voluptas dicunturque in bivio quodammodo statui, ut, cum venerint ad annos pubertatis, vel ad dextram vel ad levam flectant. Unde illis optio datur, ut viam utram voluerint deligant. Ita Pythagorici et poetae rem pinxerunt.[1901] Et Paridi est concessus delectus, offerebat ei Pallas[1902] doctrinam et bonas artes, offerebat Iuno civiles honores et reipublicae felicem administrationem, Venus[1903] denique crassiores voluptates. Electio igitur Paridis fuit et iucundum potius delegit.[1904] ¦ Quin et servator noster proponit viam latam et arctam, portam patentem et angustam.[1905] Quare molesti et iucundi videtur electio esse. Respondemus: si per electionem intelligas actionem animi, qua res una praefertur alteri, non possumus negare, quin etiam iucundi et mo|lesti sit electio, quando iucunditatem aegritudini anteponimus. At deliberatio propria non est de iucundis et crassis voluptatibus. Non enim ad illas nati sumus.[1906] Unde qui praeferunt huiusmodi voluptates honestati austerae aut quandoque sensui molestae, non dicendi sunt eligere, sed potius ipsa duci et rapi cupiditate. Non tamen est negandum quandoque fieri posse, ut honesta, quae delegimus, et utilia sint iucunda, verum id est temere vel (ut vulgo loquuntur) per accidens. Versatur itaque electio circa bonum et malum. Id enim quaerimus nostro delectu, ut bona assequamur et evitemus mala. Quod si quaerat quispiam, an mali electio esse queat, respondebimus id fieri non posse, quia

392 Z_2

431 Z_1

An malum eligatur.

[1901] *Vermigli spielt hier auf die Episode des »Herakles am Scheideweg« an, die in Xenophons* Memorabilia *von Prodikos von Keos erzählt wird, vgl. Xen. mem. 2,1,21–33 (Marchant 94–102). Auch Cicero bezieht sich auf diese Episode, vgl. Cic. off. 1,118 (Miller 120):* Nam quod Herculem Prodicus dicit, ut est apud Xenophontem, cum primum pubesceret, quod tempus a natura ad deligendum, quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est, exisse in solitudinem atque ibi sedentem diu secum multumque dubitasse, cum duas cerneret vias, unam Voluptatis, alteram Virtutis, utram ingredi melius esset.

[1902] *Gemeint ist die griechische Göttin Athene, Patronin des Krieges, Handwerks und der weiblichen Arbeit. – NP II 160–167.*

[1903] *Venus, römische Göttin der Liebe und des erotischen Verlangens. – NP XII/2 17–20*

[1904] *Vgl. Hyg. fab. 92,2–4 (Marshall 86).*

[1905] *Mt 7,13f.* Lata porta et spatiosa via, quae ducit ad perditionem, et multi sunt, qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta via, quae ducit ad vitam, et pauci sunt, qui inveniunt eam.

[1906] *Vgl. Streb. eth. 114r:* Delectus (si proprie loquamur) est […] rerum gerundarum, quae cadunt in consilium. […] Homo natus est ad laborem et virtutem, non ad voluptatem. Illius est igitur deliberare, quae bona sint ac utilia, non item quae iucunda ac molesta.

nunquam mala deligimus. Oportet enim, quod eligitur, aut bonum esse aut saltem speciem aspectumque boni prae se ferre. At dixeris: nonne saepius minora mala prae gravioribus eliguntur? Fateor, at Aristoteles in Rhetoricis ait minus malum eo casu boni rationem habere.[1907] Postremo de ira pauca scribit, illam quoque multo minus electionem esse, quia illa non videntur electione fieri, quae per iram facimus. Hoc quia clarissimum est et vulgo receptum, ideo pluribus demonstrare noluit.

Electio non est ira.

Nec voluntas quidem, etiamsi ei sit affinis. Non enim est electio eorum, quae fieri non possunt. Quod si quispiam talia se fateatur eligere, stolidus esse videbitur. At voluntas est eorum, quae fieri nequeunt, ut immortalitatis. [281*]

1111b 19–23

Duo nobis hic proponuntur. Unum est voluntatem electioni affinem esse, nam utraque in suprema sede animi collocatur.[1908] Deinde vulgus dicit se velle, quae deligit, et nihilominus, utut proxima sint, differunt a se invicem. Nam voluntas fusior est ac liberior quam electio,[1909] nam ad multa extenditur (quemadmodum dicetur), ad quae non pertingit electio, ut ad finem, ad illa, quae fieri nequeunt, ad ea, quae per nosipsos non possumus praestare. Omnes itaque istae rationes, quibus hic Aristoteles utitur, ab obiectis deductae sunt. Electionem eorum non esse, quae fieri non possunt, ex communi omnium sensu probat. Insanus enim haberetur, qui talia deligeret. Voluntatem vero talium esse liquet ex eo, quod multos facile reperias, qui vellent non mori, quod physice |¦ non potest fieri. Sunt etiam, qui vellent esse monarchae totius orbis et omnibus hominibus imperare, quod item esse non potest.

Electio non est voluntas, sed haec duo differunt.

Electio non est impossibilium.

432 Z_1
393 Z_2

Z. 2 prae se] praese $\mathcal{Z}_{1-2}$

[281*] *AG* ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βούλησίς γε, καίπερ σύνεγγυς φαινόμενον· προαίρεσις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν ἀδυνάτων, καὶ εἴ τις φαίη προαιρεῖσθαι, δοκοίη ἂν ἠλίθιος εἶναι· βούλησις δ' ἐστὶ ‹καὶ› τῶν ἀδυνάτων, οἷον ἀθανασίας· – *AL* Set neque voluntas, quamvis propinqua esse videatur. Eleccio quidem enim non est inpossibilium, et si quis dicat eligi videbitur utique insipiens esse; voluntas autem est inpossibilium, puta immortalitatis.

[1907] *Arist. rhet. 1,10, 1369b 23–25 (Ross 46):* τίθημι γὰρ καὶ τὴν τῶν κακῶν ἢ φαινομένων κακῶν ἢ ἀπαλλαγὴν ἢ ἀντὶ μείζονος ἐλάττονος μετάληψιν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς.

[1908] *Vgl. Streb. eth. 114v:* Voluntas affinis est electioni: utraque est in animo superiore.

[1909] *Vgl. Streb. eth. 114v:* Sed liberior est voluntas quam electio.

1111b 23–26 *Est etiam voluntas eorum, quae geri non possunt ab eo, qui ea voluerit, ut aliquem histrionem vel athletam vincere. At nemo talia eligit, sed quae putat per seipsum posse fieri.* [282*]

Argumento superiori probavit ista differre, quod voluntas interdum sit eorum, quae nullo modo fieri possunt, at non electio. Hic addit voluntatem esse quandoque illorum, quae, licet natura sua fieri possint, a volente nihilominus fieri nequeunt, ut quod quispiam vel histrio vel athleta vincat. Histrio est, qui in scena verbis, gestu et voce personas assimulat et substinet, quas voluerit.[1910] Athletae vero certabant inter se.[1911] Ut autem vulgi studia essent propensa quandoque vel in hos vel in illos, cum poetae tum historici tradunt. Ista vero nemo deligat, cum videat a seipso minime posse obiri.

